Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Postilla super totam Bibliam

https://hdl.handle.net/1874/361968

IIII

K 10 S A n. 5
Bibl. et interpp.
Fol. n° 56

Matheus Marcus Lucas Johes

Liber de Lira

547. Nicolaus de Lyra.
Postilla in universam bibliam
Rome, Sweynheim & Pannartz 1471/1472

Ex legato ayghi ayartini Gwmdisse legu doctoris
Canonici ecclie beate ayarie Trucetey

In pñti uolumine continentur
expositionef Nicolai de Lyra
librorú noui testamñti & ṗmo

Matthei	folio	I
Marci	folio	LXXXVI
Luce	folio	CVII
Iohannis	folio	CLI

Liber monasterij sancti pauli apli. in tecto inferiori.

N°. D. 8.

Prologus in Matthеum.

QVattuor facies uni Ezechielis primo. secūdum qđ scribit beatus Gregorius sup Ezech. Prima parte Homelia. iii. Quia p faciē unusquisq; cognoscit recte. per faciem noticia designat. lex aūt seu doctrina euangelica licet sit una. quia ab unigenito filio dei data: & ad unum finem ordinata: ut uidebitur inferius: tamen quadruplici noticia excellit omnē aliam legem datam humanā. seu diuinam: & ideo de ipsa bene dicitur quattuor facies uni. Ad cuius euidentiam aduertendum est q̄ cuiuslibet legis conuenienter date quattuor sunt conditiones. legis enim proprium est. uitia extirpare. mores. seu actus hominum ordinare. & inducere ad felicitatem. & plane ac lucide. tradere ueritatem. In his autem quattuor conditionibus. lex. seu doctrina euangelica excellit omnem aliam legem humanam. & diuinam: ut patebit discurrēdo per singula. Prima igit̄ conditio legis ē q̄ debet uitia extirpare. ad hoc enim leges sunt date: ut quos priuata castigatio cohibere non potuit. metu penarum que legibus infliguntur. a maleficijs retrahantur. propter quod dicit Apostolus prima ad Timotheum primo capitulo. lex iusto non est posita. sed iniustis. & non subditis. impijs. & peccatoribus sceleratis. & cōtaminatis. patricidis: & matricidis: homicidis: & fornicarijs: masculorum concubitoribus: plagarijs: mendacibus: & periurijs & si quod aliud sane doctrine aduersatur. In hac aūt extirpatione uitiorum. lex humana inuenitur defectiua. quia non potest prohibere oīa mala: cuius ratio est. quia lex communitati proponitur obseruenda. In communitate autem pauci reperiuntur uirtuosi: & perfecti. plures aūt imperfecti. & defectuosi. & ideo sicut pueris aliqua admittuntur. que non permitterentur uiris perfectis. ita in legibus. que communitati seruande imponuntur. aliqua mala minora permittuntur. ut maiora euitentur. sicut lex ciuilis meretrices in ciuitatibus permittit: ne res publica. propter imperfectionē multitudinis. que castitatem seruare non potest. dissensiōibus que propter libidinem insurgunt: conturbetur. unde dicit Augu. in libro de ordine. Aufer meretrices a ciuitatibus. omnia conturbabis libidinibus. Veruntamē ista mala. que bono mō auferre non potest. relinquit diuino iudicio punienda. unde dicit Aug. primo de libero arbitrio. Lex ista que regendis ciuitatibus fertur multa cōcedit. atq; impunita relinquit: que per diuinam sententiam uindicantur. Similiter lex mosaica diuinitus data. aliqua tñ mala permittit. sicut dimisit dare libellum repudii ut habet Deut. xxiiii. ne uxores interficerent. & tradere ad usurā extraneis: ne fratres ꝓprios grauarent usuris. ut habet Deut. xxiii. cuius ratio fuit. qa lex illa fuit data populo rudi: dure ceruicis: & imperfecto. ideo sunt eis permissa aliqua mala minora. ut euitentur maiora. Propter qđ Saluator Matthei. xix. dicit Iudeis de permissione libelli repudii. ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. sic igitur patet. q̄ tam lex humana: q̄ mosaica. permisit aliqua mala. & sic quantum ad hoc est imperfecta. Sed lex euangelica. nullum malum permittit tanq̄ perfectissima. sed oīa excludit. & omnia punienda predicat. propter quod legislator euangelicus Iesus Xp̄s dicit. Matthei. xii. Dico autem uobis q̄ de omni uerbo otioso. quod locuti fuerint homines super terram. reddent rationem in die iudicii. Si de omni uerbo otioso multomagis de nociuo. & si de uerbo. multomagis de facto. & sic patet primū: uidelicet q̄ lex euangelica precellit omnem aliam legem. in extirpatione malorū. Secundo ad legem pertinet mores. seu actus humanos ad bonum ordinare. unde dicit Philoso. ii.

N. 9. B.

Ethicoꝝ. Intentio cuiuslibet legislatoris est. ciues facere bonos. In hoc aũt inuenitur lex humana defectiua. quia homo non potest de secretis cordiũ iudicare. & ideo non potest lex humana nisi de actibus exterioribus iudicare. unde dicitur primo Regum xvi. homo uidet ea que patent. deus autem intuetur cor. & ideo ad legem diuinam solum pertinet actus interiores ordinare. Veruntamen lex mosaica inuenitur in hoc defectiua. propter quod dicitur a doctoribus antiquis ꝙ lex uetus prohibebat manũ non animũ. Et habetur in glosa super epistolam ad Philipp. iii. ca. qđ dupliciter põt intelligi. uno mõ erronee: & sic intelligebant doctores Iudeorum dicentes uoluntatẽ malam non esse peccatum. nisi aliquo modo exeat in actũ. ut patet ꝑ Iosephum. iii. libro antiquitatum. & quando arguebatur contra eos. Quia scriptum est Exo. xx. non cõcupisces uxorem proximi tui. Respondebant sic. ꝙ hoc precepto nõ ꝓhibet concupiscentia interior. sed manifestatio exterior. quasi diceret non concupisces id est signa concupiscẽtis non facies. ut per amplexus in oscula: uel consimilia. Sed hoc manifeste patet esse falsũ. quia actus exterior. non habet malitiã. uel bonitatem moralẽ. nisi ĩ quantũ procedit ab actu interiori. quia peccatum inquantum est uoluntarium. qđ si non sit uoluntarium nõ est peccatum. Alio modo intelligitur predictũ uerbũ. scilicet ꝙ lex uetus prohibebat manũ. nõ animũ. sane & bene. uidelicet ꝙ lex uetus in paucis prohibebat animũ seu concupiscentiam interiorẽ. uidelicet in uitio Mechie: & auaritie tantum. & adhuc licet prohiberet in illis concupiscentiã. non tñ transgressoribus infligebat aliquam penam. & ideo in talibus inuenitur imperfecta. Lex aũt euangelica tanꝙ perfectissima. generaliter prohibet concupiscentiam malam: & concupiscentibus indicit penam infligendam. propter quod Saluator Matthei. v. Audistis quia dictũ est antiquis. non occides. qui aũt occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico uobis: quia omnis qui iracitur fratri suo. reus erit iudicio. & eodem modo dicit in aliis preceptis. Ex quo patet ꝙ lex euangelica. non solum ordinat actus exteriores: sed generaliter actus interiores & sic. patet secundũ. Tertio dico ꝙ ad legẽ pertinet. ad felicitatem homines inducere. Veruntamen lex humana non inducit. nisi ad felicitatẽ politicam: que est tranquillus. & pacificus status ciuitatis. in uita ista mortali. homo aũt secundum intellectum. qui est pars principalior hominis immortalis est. ut dicitur. x. Ethicoꝝ. & ideo oportet aliam felicitatem extra uitam istam assignare. ad hanc autem lex diuina ordinat. quod non potest facere lex humana. ꝑ hoc enim necessitas sacre doctrine ab omnibus doctoribus assignatur. quia homo ad quandam beatitudinem supernaturalem ordinatur: ad quam per legem sibi diuinitus reuelatam dirigitur. Veruntamen in hoc lex mosaica inuenitur defectiua. quia beatitudo supernaturalis non habetur nisi per gratiam: secundum quod dicitur ad Ro. vi. Gratia dei uita eterna. hanc autem gratiam. lex mosaica non dabat: sed tantum ad ipsam disponebat. Propter hoc dicitur ad Hebre. vi. Neminem ad perfectum adduxit lex. Sed hanc perfectionem a Christo dandam expectabat. secundũ quod scribitur Iohannis primo lex per Moisen data est: gratia & ueritas per Iesum Xp̃m facta est: propter quod in principio euangelice legis dicit Mat. iii. penitẽtiam agite appropinquabit enim regnum celorum. & sic patet tertium. Quarto ad legem pertinet ueritatẽ plane. ac lucide tradere. cuius ratio est. quia lex proponitur multitudini intelligenda. & seruanda. in multitudine aũt plures sunt deficientes ingenio. & pauci subtiles. & ingeniosi. propter qđ lex que multitudini ꝓponitẽ. debet ueritatẽ lucide & plane tradere. In hoc autem inuenitur lex humana defectiua: quia ibi inueniuntẽ multe obscuritates & perplexitates. qđ patet propter legũ multitudinẽ. ac uarietatẽ:

& mutationem. & aliquaꝫ obrogationem. ut patet intuenti iura ciuilia. & canonica. Similiter in hoc deficit lex mosaica. quia in uelaminibus & figuris tradit ueritatem de agibilibus: & credendis. in cuius figura Moises uelata facie loquebatur. ad populum: ut habet Exo. xxxiii. propter quod dicit Apostolus prima ad Cor. decimo. omnia in figura contingebant illis. Sed lex euangelica in hoc inuenitur perfecta. quia ueritas que in ueteri testamento latebat in figuris occulta. per euidentiã facti. facta est ma/nifesta. In cuius signũ in passione domini. quãdo mysteria noue legis fuerũt impleta. uelum templi scissum est in duo media. Luce. xxiii. propter quod dicit Saluator Io. xvi. uenit hora cũ iam nõ in prouerbiis loquar uobis. sed palam de patre ãnuntiabo uobis. & sequitur. & dicunt ei discipuli. ecce nunc palam loqueris. & prouerbiũ nullum dicis. & sic patet qualiter uidelicet lex euangelica excedit omnem aliam legem in tra/dendo plane ac lucide omnem ueritatem. De his quattuor predictis dicit Psal. xviii. lex domini. i. lex euangelica. que est domini Iesu Christi. immaculata. quia nullum uitium permittit. conuertens animas. quia actus interiores anime perfecte. ordinat. & disponit. testimoniũ domini fidele. quia ad felicitatẽ promissam efficaciter inducit sapientiam prestans paruulis. quia ueritatem palpabilem omnibus tradit lucide. igitur sic patet ex predictis. lex euangelica omnẽ aliam legem excedit. in noticia q̃druplici ideo conuenienter de ipsa dicitur: uerbum preassumptum. Quattuor facies uni. quia per faciem noticia designatur. Ad cuius uerbi ulteriorem intellectum: sciendum ꝙ in uerbo proposito notantur quattuor cause huius euangelice doctrine. uidelicet cã effectiua principalis. subiectiua: siue materialis. finalis. & formalis. Tres aũt prime cause coincidunt in idem numero. ut patebit. & ideo notantur in hoc nomine. uni. causa aũt formalis: sub facie quadruplici: cum dicitur. quattuor facies. Ad euidentiã aũt primi aduertendum: ꝙ Christus siue deus incarnatus: quod idem est. ꝙa Christus est nomen suppositi in duplici natura. diuina scilicet & humana. ipse est cã efficiens huius euãgelice doctrine. huius ratio ẽ: ꝙa in omnibus actibus uidemus. ꝙ architector per ministros disponit materiam. sed per seipsum introducit formã. sicut carpentator per ministros facit lignoꝫ dolationem. sed per seipsum ipsius domus uel nauis cõpagi/nationem: ut habetur primo Meta. lex aũt uetus fuit dispositio ad nouam. propter quod dicitur. ad Gall. iii. lex pedagogus noster fuit in Christo. & ideo licet utrũq; testamentũ sit a deo datum: tamen uetus testamentũ fuit datum ab ipso. mediantibus angelis: ut habet expresse. Actuũ. vii. ubi dicit de Moise. hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo. qui loquitur ei in monte Synai cum patribus nostris qui accepit uerba uite dare nobis quia tantũ ille angelus in persona dei loquebat Moisi. ideo aliquando nominatur angelus. aliquando dominus. secundum quod dicit beatus Gregorius primo mora. Ex quo patet ꝙ uetus testamentum dedit nobis dominus ꝑ ministerium angeloꝝ unde Actuũ. vii. post uerba predicta dicitur Iudeis. recepistis legem in dispositione angeloꝝ. & non custodistis: Sed nouum testamentũ dedit dñs. per seipsum incarnatũ. propter qd̃ Augu. in libro de sermone domini exponens illud Mat. v. Et aperiens os suum. dicit tunc aperuit os suum. qui in lege ueteri apiebat ora prophetaꝝ. & hoc est quod dicit Apostolus ad Hebre. i. multifarie multisq; mõis olim deus loquens patribus in prophetis. nouissime diebus istis. locutus est nobis in filio patet ergo ꝙ Christus est causa effectiua huius euangelice doctrine. Similiter ipse est causa subiectiua. seu materialis. Ad cuius euidentiam sciendum. quod idem est subiectum totius scientie & partis: sub alia tñ ratione. quia sub ratione uniuersali est subiectũ tocius scientie. sub ratiõe aũt determinata. & particulari. est subiectũ ĩ pte.

Sicut patet in philoso. naturali. ubi corpus mobile uniuersaliter sumptū est subiectū. Corpus aūt mobile animatum. in libro de anima est subiectum: & in libris sequentibus ad ipsum. ita similiter illud quod est subiectum. in tota sacra scriptura. sub ratione generali: debet assignari pro subiecto. in pte ipsius: sub ratione determinata. & speciali. De subiecto autē theologie duplex est oppinio. una ꝙ Christus ibi est subiectum sub ratione generali. & secundum hoc dicendum esset: ꝙ Christus ut promissus. ē subiectū in ueteri testamento. & hoc manifeste patet ex processu legis. & prophetarum. ut omnes doctores dixerunt: ꝙ uetus testamentum: non est nisi dispositio ad Christum. Christus autem ut principaliter exhibitus. est subiectū in nouo. ut patet ex processu euangelistarum. & prophetarum. Alia est oppinio de subiecto sacre scripture scilicet ꝙ deus sub ratione deitatis. in communi est subiectū sacre scripture. & per consequēs sub ratione speciali. est subiectū legis euangelice. uidelicet deus inquantū incarnatus. quod est idem qđ Christus. & sic redit ad idem. cum prima oppinione. scilicet ꝙ Xp̄s est nomen suppositi in natura duplici scilicet diuina. & humana. & propter hoc Mat. qui est primus in ordine euangelistarum. intitulat euangelium suum de Christo: tāq̄ de subiecto dicens. liber generationis Iesu Xp̄i. Similiter etiam alii euangeliste: non faciunt aliud nisi facta. & doctrinā. domini nostri Iesu Christi tradere. ex quo patet ꝙ Christus est subiectum. Tertio dico ꝙ Christus est causa finalis huius doctrine. ad cuius euidentiā considerandū ꝙ cuiuslibet scientie duplex est finis. unus extrinsecus. & hic finis est cognitio proprii subiecti. alius est finis extrinsecus. & hic est felicitas ad quā omnis perfectio humana aliqualiter ordinatur. sic in proposito euangelice doctrine duplex est finis. unus intrinsecus: qui est cognitio ipsius Christi enigmatica: que est per fidem: ut habetur in uia. alius est finis extrinsecus. qui est cognitio eius clara. per aptam uisionem. que habetur in patria. & hoc est quod dicitur per Io. xx. hec autem scripta sunt. ut credatis: quoniam Iesus Christus filius est dei. hic est p̄mus finis. sequitur & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. hic est secundus. ergo patet ex predictis ꝙ Christus est causa efficiens. materialis. & finalis: huius doctrine euāgelice & ideo iste tres cause concurrunt in unum in numero. & ideo bene designantur simul in hoc nomine. uni. Et de hoc p̄ōt accipi qđ scribitur prima Io. v. hi tres unum sunt scilicet efficiens: subiectum: & finis. Scđo in uerbo proposito tangitur cā formalis: sub facie quadruplici: cum dicitur: quattuor facies. Ad cuius euidentiam considerandū ꝙ duplex est forma scientie scilicet forma tractandi. & forma tractatus. forma tractandi est modus agendi. Et iste habet quattuor facies. quia quilibet euangelista q̄druplicem noticiam tradidit de Christo. uidelicet noticiam humanitatis. que figuratur in facie hominis. noticiā diuinitatis. que figurat̄ in facie Aquile. desuper ipsoꝝ q̄ttuor. noticiam etiā sui sacerdotii: que figuratur in facie bouis. qui est animal immolatiuū in lege. noticiam etiam sui regni: que notatur in Leone. qui est Rex animalium. uel in facie hominis noticiam sue cōuersationis: & natiuitatis. in facie bouis noticiam passionis. in facie Leonis noticiam resurrectionis. in facie Aquile noticiam sue ascensiōis. & ideo bene dicitur: ꝙ quattuor facies uni. de hoc autem potest exponi quod dicitur Ezechielis primo. Cumq; aspicerem aīalia apparuit una rota habens quattuor facies. ista quattuor animalia sunt quattuor euangelia: seu quattuor euangeliste. que aliqñ dicuntur quattuor: aliquando unum. licet enim Mattheus principaliter uerset̄ circa humanitatem. Io. circa diuinitatem. Lucas circa sacerdotium. Marcus circa regnum. quilibet tamen istorum illa quattuor considerat. unde dicit beatus Gregorius super Ezechielem omeli. prima. Si queras quid Mattheus circa incarnatiōem dñi senserit.

hoc nimirum qđ Marcuſ. Lucaſ. Iohanneſ. & ſic de aliſ. & ſequitur quicquid in uno inueniaſ. hoc ſimul in quattuor recognoſceſ. dicit ergo. cunq; aſpicerem animalia. i. quattuor euangelia. quia doctrina euangelica pre aliſ doctrinis eſt intente. & diligenter conſideranda. quia ibi conſiſtit uita. ſecundum quod ſcribitur Io. vi. uerba que ego uobiſ loquor. ſpiritus ſanctus & uita ſunt. propter quod dicitur Ioban. v. ſcrutamini ſcripturaſ. in quibuſ putatis uitam habere. quia ille ſunt que teſtimonium perhibent de me. apparuit una rota. iſta rota. que eſt circulariſ figure eſt doctrina euangelica: in qua coniungitur finiſ principio ſcilicet natura humana. que ſcribitur ultimo facta Gen. i. & tamen in Chriſto. qui eſt ſubiectū huiuſ doctrine: ē coniūcta ipſi deo. Item circuluſ. qui eſt figura p̄fectiſſima. propter qđ ſignat legē euangelicā: in qua imperfectio cuiuſlibet alteriuſ legiſ. eſt ſuppleta. ſed dicitur habere quattuor facieſ. p̄pter quadruplicem noticiā Chriſti. quā deſcribit. quilibet euangeliſta: & ſic apparet forma tractandi. Forma aūt tractatuſ eſt: diuiſio p̄ libroſ p̄ialeſ. iſta notaṫ per quattuor p̄dictaſ facieſ. Ad cuiuſ euidentiam conſiderandum. q̄ parteſ alicuiuſ totiuſ ethrogenii debent habere adinuicem diſtinctionem: connexionem. & ordinem. aliter non eſſent parteſ actu. Diſtinctio autem euangeliſtarum quattuor connexio & ordo conuenienter deſignanṫ. in quattuor faciebuſ predictiſ. Ad cuiuſ intellectum attendenda eſt breuiter uiſio imaginaria Ezech. prophete. uidebat enī q̄ttuor facieſ in uno corpore. ita q̄ corpuſ erat quaſi rectum. ſicut corpuſ hominiſ. habenſ ſecundū longitudinem quattuor latera: uel ſuperficieſ. & ideo in ſummitate illiuſ corporiſ erāt quattuor capita: in quolibet latere. erat unum caput ſcilicet caput hominiſ in latere. uel ſuperficie anteriori. caput aquile in oppoſita. ſcilicet in poſteriori. caput leoniſ in dextera. caput bouiſ in ſiniſtra. Quod aūt dicitur Ezechieliſ. i. facieſ aquile deſuper ipſorum quattuor. hoc eſt quia collum aquile eſt longiuſ. ideo caput aquile ſupereminebat aliſ. & per conſequenſ habebat illud corpuſ. aſpectum ad quattuor parteſ oppoſitaſ. q̄a poſteriora capitū erant coniuncta interiuſ. & anteriora ſeu facieſ capitū erāt proeminentia exteriuſ. Similiter in illo corpore erant quattuor tibie: & nō habebant flexionem magiſ ad unam partem. q̄ ad aliam: ſicut ſi genu hominiſ eſſet flexibile equaliter ad omnē partem indifferenter: & propter hoc dicuntur pedeſ eoꝝ pedeſ recti. & accipitur ibi peſ pro tota longitudine. a crure uſq; ad plantam pediſ. Ex quo patet q̄ illud animal poterat ire ad quattuor parteſ oppoſitaſ. ſine ſui conuerſione. quia habebat aſpectum ad quattuor parteſ oppoſitaſ. per quattuor facieſ & pedeſ. Similiter flexibileſ ad quattuor parteſ equaliter. & hoc eſt quod dicitur in textu. q̄ per quattuor parteſ illoꝝ ibant: nec reuertebantur: cum ambularent. quia per quattuor parteſ poterant ambulare. ſine illiuſ corporiſ cōuerſiōe. Ex iſtiſ patet diſtinctio euangelioꝝ connexio. & ordo eoꝝ. Per hoc enim q̄ erant capita diſtincta apparet euangelioꝝ diſtinctio. In capite enim hominiſ. uel facie. deſignaṫ euangeliū Matthei. quod principaliter uerſatur circa humanitatem. In facie aquile euangeliū Iohannis qđ deſcribit precipue ipſius diuinitatem. In facie bouiſ euangelium Luce. quod deſcribit Chriſti ſacerdotium. In facie leoniſ euangelium Marci. quod deſcribit ipſius regnum: ſicut ſupra dictum eſt. Vel aliter in facie hominiſ generatio. In facie bouiſ ipſius paſſio. In facie leoniſ reſurrectio. In facie aquile aſcēſio. q̄a licet p̄dicta ab omnibuſ euangeliſtiſ conſiderentur: quilibet tamen illoꝝ circa unum illorum principaliter uerſatur: ut ſupra declaratū eſt: Similiter in predictiſ faciebuſ denotatur connexio euangelioꝝ. & ideo illa quattuor capita erant in uno corpore coniuncta. & per conſequenſ procedēte una facie: alie ſequebanṫ. quia quod in uno euangelio

narratur. per alia tria euangelia probatur. quia ibi idem factū. uel consimile narrat. sicut Io. euangelista solus narrat illuminationem ceci nati. Alii aūt narrant de multis cecis aliis illuminatis. Similiter in predictis faciebus: apparet ordo euangeliorum. sic enim stabat illud corpus. habens quattuor facies in aspectu prophete: q̄ facies hominis erat sibi directe opposita. facies leonis ad dexteram partem illius animalis. facies autē bouis ad sinistram. caput aquile in parte posteriori. quia cū collum aquile est longius ideo supereminebat ceteris. ideo dicitur. facies aquile desup ipsorum quattuor. Isto ergo modo ordinantur euangelia. quia primo ponitur euangelium Matthei. sicut facies hominis primo apponebat aspectui prophete. & secūdo loco euangeliū Marci. quia dextera pars prior est q̄ sinistra. & tertio euangelium Luce. & quarto euangelium Iohannis. quia facies aquile erat in posteriori parte. & hoc est qđ dicit Ezech. primo. Similitudo uultus eorum facies hominis: & facies leonis a dextris ipsorum. iiii. & facies bouis a sinistris ipsorum quattuor & facies aquile desuper ipsorum quattuor. secundum enim ordinem euangeliorum ponitur hic ordo istarum facierum. Igitur qa euangelium Matthei. qđ. i. ponitur in facie hominis figuratur. ideo de ipso potest dici ante faciem hominis similitudo alterius hominis. homo enim est animal rationale mansuetum: & ciuile. ideo signat Matthеum euangelistam. qui uixit rationabiliter mansuete: & ciuiliter. non ciuiliter q̄ temporaliter ciues certe communitatis efficimur. sed illa ciuilitate qua efficimur ciues sanctorum domestici dei. superedificati super fū/damentum Apostolorū. & prophetarum. secundum quod dicit Apostolus ad Eph. ii. dicit igit̄ ante faciē hominis. qa añ consideratiōē euangeliste Matthei. sicut obiectū propriū. est posita similitudo alterius hominis id est Christi. cuius precipue considerat humanitatem. & bene dicitur Christus alter homo. quia fuit alter ab omnibus aliis hominibus. quia omnes alii processerunt de radice peccati. Iste autem solus innocens: per quem ad iusticiam alii sunt reducti. secundum qđ scribitur ad Ro. vi. Sicut per unius hominis inobediētiam peccatores constituti sunt multi. itaq; per unius hominis obedientiam iusti constituentur multi. hic in precedenti inchoatiue per gratiam. & in futuro per gloriam: que est gratia consummata. Prologus.

Matthеus etc. Hic est p̄mus ploḡus beati Hieronymi qui preponit̄ euāgelio Matthei. qui quidem prologus diuiditur in quattuor partes. in Prima parte describitur euangeliste status. Secundo describendi modus. ibi: duorum in generatiōe Christi. Tertio huius euangelii materia principalis. ibi: quaꝝ omniū rer̄. & Quarto utilitas huius operis. in quo euangelio utile est. In prima parte describitur euangelista status ex nomine: cum dicitur: Matthеus. qui interpretatur datus. quia inter alios euangelistas primo datus est a deo ad scribendū euangeliū. ad instructiōē omnium fidelium. Secundo describitur ex natione & patria. cum dicitur: ex Iudea. quia natione fuit Iudeus. & de Iudea natus. que quidem Iudea primo dicta est terra Chanaam. quia post diluuium ibi habitauerunt filii Cham. quibus expulsis per filios Israel tempore Iosue nominata est Iudea a tribu Iude. que erat principalis & regia. Tertio describitur quantum ad ordinem inter euangelistas: cum dicitur: sicut primus in ordine ponitur in ordine scilicet euangelistarum: ita primus scripsit euangelium. Quarto describitur quantum ad statum precedentem eius conuersionem ad Christum quia ante erat publicanus id est curam habens de publicis actibus. erant enim Iudei tributarii Romanorū. & ideo illi qui colligebant tributum Romanis mittendum. dice/bant̄ publicani. huiusmodi communiter sunt campsores. & pecuniaꝝ mercatores. & qa talia negotia uix. aut nunq̄ sine peccato exerceri possunt. ut dicit beatus Greg.

ideo ī hoc patet gratia diuīa que ex talibus reuocauit Matthеū ad statū apostolicum & hoc est quod dicit. cuius uocatio. Duorum in generatione. Hic tangitur modus scribendi quem tenuerit euangelista Matthеus in descriptione genealogie Christi. a qua incipit suum euāgelium. & primo tangitur modus scribendi quantum ad radicem genealogie Christi. qui ponit duos patres. uidelicet Dauid. & Abraham. quasi radicē huius genealogie. sicut patet in principio euangelii. cū dicit: liber generationis. Ratio aūt huius assignatur. quia Abraham fuit primus qui fidem uniuſ dei publice confessus est. & in signum huius primo circumcisionem accepit. que fuit signum distinguens fideles. ab infidelibus. Dauid autem fuit primus Rex electus a domino. secundum uo/luntatem domini. ad fidelem populum regendum: secundum quod dicitur p̄mo Reg. xiii. Quesiuit dominus uirum iuxta cor suū etc. Saul aūt licet fuerit primo electus a domino. hoc tamen non fuit secundum cor domini. sed secundū exactionē populi. propter quod dixit dominus Samueli primo Regū. viii. Audi uocem populi petētis Regem. scilicet super se. Sequitē. non enim abiecerunt te. sed me. ne regnē super eos. & hoc est quod dicit Hieronymus. duorum in generatiōe Christi principia p̄summēs id est ante summens duos homines: uidelicet Abraham & Dauid. quasi principia. & radices genealogie Christi. Sequitur. uniuscuiusq; circumcisio prima in carne id ē ipsius Abrahe: qui primo accepit circumcisionem domini. ut dictum est. alterius cuius sc̄m cor electio etc. id est ipsius Dauid. qui electus primo fuit Rex a domino: ut dictum est. ex utrisq; enim patribus Christus. in hoc reddit̄ causa predicti. quasi diceret p̄pter hoc Abraham. & Dauid ponuntur principaliter radix genealogie Christi: quia Xp̄s nasci debebat ex patriarchis: & regibus tanq̄ eis promissus. Sicq; quadrenario. Hic tangit modum scribendi genealogiam Christi quantum ad ductionem ex predictis duobus patribus. seu principibus. quia euangelista ponit tres quatredenas. una fuit in tempore quo populus est. gubernatus per Iudices. Secunda in tp̄e quo gubernatus est per Reges. & Tertia in tempore quo gubernatus est per sacerdotes. & hoc est qđ dicit. Sicq; quatrenario triformiter posito id est in tribus temporibus. quibus diffor/miter gubernatus est populus. Sequitur. Principium autem credēdi fide. in tempore electionis porrigens. quia prima quatredena incipit ab Abraham. quia primus fidem uniuſ dei publice confessus est. & terminat̄ in Dauid qui primus electus est in Regē a domino. ut dictū est. & ex electiōe usq; in transmigressiōis diem dirigens. quia sc̄a quatredena incipit a Dauid excluſiue: & terminatur in Ieconia filio Iosie: in trans/migratione Babylonis. Sequitur. a transmigratiōis die usq; in Christum diffinies. qa tertia quatredena incipit a transmigratione Babylonis: & terminatur in Christum. Decursam aduentus domini generationē. decursam dicit. quia describit genealogiam Christi. descendendo. Lucas autem econtrario ascendendo. Sequitur. & numero sa/tisfaciens. & tempori. q. d. in hoc q̄ sic descripsit genealogiam. per tres quatredenas satisfecit numero quia posuit numeros conuenientes mysterio Christi. quia per qua/tredenam que componit̄ ex quattuor & decem significatur lex Christi: que decurrit per quattuor euangelia. & lex Moisi que decurrit. per decem legis precepta. per tri/narium uero significatur mysterium trinitatis. quod fuit traditū in utraq; lege: sed in noua lege magis explicite. & sic patet qualiter euāgelista satisfecit numero. satisfecit etiam tēpori. quia per tres quatredenas descripsit tres generationes illius populi in diuersis temporibus. Sequitur. ut & se quod esset ostenderet. q. d. in scribendo euan/gelium Christi Matthеus ostendit statum suum: quia ibi descripsit uocationem suam ex publicis actibus. ad statum apostolicum. & opus dei in se monstrans. quia in hoc

oſtendit operationem dei uocantiſ ipſum p ſuam miſericordiam. & in biſ quoꝝ genuſ poſuit Chriſti operantiſ a principio teſtimoniú non negaret. hoc eſt dictum q̄ ſimul in Abrahām. & Dauid qui electi ſunt a deo ab antiquo. unuſ ad fidem. & alter ad regnum dei. operationem oſtendit. conſtrue ergo ſic litteram. & non negaret. minuſ dicit. & pluſ ſignat. idem concederet. ſeu declararet. teſtimonium Chriſti operantiſ. ſcilicet per gratiam a principio id eſt ab antiquo. in biſ quorum genuſ poſuit Xp̄i. i. deſcribendo genealogiā Chriſti. & hoc fuit in Dauid & Abraham. quoſ poſuit radiceſ genealogie Chriſti. Quarum omnium rerum. In hac parte Hieronymuſ oſtendit intentionem principalem euangeliſte Matthei. ſeu ſubiectum ſui euangelii. quia ge/nealogiam ita ordinate ab Abraham uſq; ad Chriſtum deſcripſit. ut oſtenderet q̄ ip̄e Chriſtuſ eſt ueruſ homo. & deuſ. qui ſecundum humanitatem. natuſ eſt de muliere. & paſſuſ in cruce: ubi omnia peccata noſtra deleuit. & reſurgenſ a mortuiſ noſ per ad/optionem in filioſ dei regenerauit. & hoc eſt quod dicit: Quarum omnium reꝝ etc. in genealogia ſcilicet Chriſti deſcriptarum. tempuſ. quia ibi tria tempora deſcribunt̄. ut uiſum eſt. ordo. quia ordinate tempora. & perſone deſcribunt̄ in diuerſiſ tp̄ibuſ. ut uiſum eſt. numeruſ. quia ſub certo numero id eſt in tribuſ quatredeniſ cōprehēdunt̄. diſpoſitio uel ratio. quia rationabiliter diſponuntur. q̄ fidei neceſſarium deuſ Xp̄ſ eſt. hoc eſt dictum. ad hec omnia predicta ſunt ſic ordinate deſcripta: ut oſtendatur q̄ Chriſtuſ eſt ueruſ deuſ: quod credere neceſſarium eſt ad ſalutem. & q̄ eſt ueruſ homo. unde ſubdit̄: qui factuſ eſt ex muliere. factuſ ſub lege. quia onera legiſ uoluit obſeruare. hoc autem accipitur de epiſtola ad Gall. iiii. paſſuſ in cruce. omnia ī cruce fixit id eſt omnia peccata noſtra in cruce deſtruxit. & accipitur hoc de epiſtola ad Colloſſen. ii. ubi dicitur ſic. delenſ quod aduerſuſ noſ erat chyrographum decreti id ē obligationem ad penam inferni. Sed illum tulit de medio affigenſ illud cruci. & eſt locutio metaphorica. ad ſimilitudinem illiuſ qui deſtruit aliquam cartham. uel obliga/tionem. quia perforat eam. uel corrumpit: ſic Chriſtuſ per paſſionem ſuā illā decretū quo eramuſ obligati iebenne deſtruxit. Sequitur. ut triumphanſ ea in ſemetipſo. i. deuincenſ in corpore proprio. reſurgenſ in corpore. & patriſ nomē in patribuſ filio. Ad euidentiam huiuſ littere conſiderandū. q̄ pater & filiuſ correlatiue dicunt̄. regula autem relatiuoꝝ eſt q̄ poſita ſe ponunt. & perempta ſe perimunt. igitur quia Iudei noluerunt recipere Chriſtū Abrahe: & ceteriſ patribuſ promiſſum. ideo deſierunt eſſe filii Abrahe id eſt imitatoreſ ipſiuſ. per fidem. & per conſequenſ Abraham. & ceteri patreſ. deſierunt eſſe patreſ eorum. gentileſ aūt econuerſo ad predicationem Apoſt. receperunt fidē Chriſti. & ideo in loco Iudeorum. a fide Abrahe recedentium. facti ſunt filii Abrahe. & ſic paternitaſ que deſierat eſſe in Abraham. & ceteriſ patribuſ. reſtituta eſt in ipſiſ credentibuſ per filiationem gentium. inquantum facti ſunt imi/tatoreſ eoꝝ per fidē. & ecōuerſo ſibi filiatio reſtituta eſt in ipſiſ credentibuſ. reſtituta predicta paternitate quia hec eſt regula correlatiuoꝝ. ut dictum eſt. & hoc eſt quod dicit Hieronymuſ. Reſurgenſ in corpore. ſcilicit Chriſtuſ & incipienſ predicare bap/tiſmum penitentie. in omneſ genteſ factuſ eſt. reſtituenſ nomen patriſ in patribuſ. ſ. antiquiſ. filio. hoc eſt ad bonorē filii. quia hoc cedit ad honorem Chriſti. & filii nomē reſtituenſ in filiuſ. i. in gentibuſ fidem recipientibuſ. patri hoc eſt ad honorem patriſ eterni. ſine principio. ſine fine. quia Chriſtuſ ſecundum diuinitatem manet in eternū. oſtendenſ ſe unum deum eſſe cum deo patre. per opera ſcilicet diuinitatiſ: que egit. qa propria operatio uniuſcuiuſq; rei oſtendit naturam eiuſ. qa unuſ eſt ſcilicet deuſ: qui eſt pater & filiuſ. quia non ſunt duo dii: ſed unuſ deuſ. In quo euangelio. Hec eſt

quarta parſ huiuſ prologi in qua oſtendit utilitaſ euangelii Matthei. & primo oñdit iſta utilitaſ in generali: reſpectu omniū fidelium. ſecundo oſtendit in ſpeciali: quātū ad beatum Hieronymum. ibi: in nobiſ enim. In prima ergo parte oſtendit utilitaſ: quantum ad quattuor. quia illi qui legunt hoc euangelium perfecte. ibi poſſunt perpendere miſericordiam dei in uocatiõe Matthei ad ſtatum apoſtolicum. & diligentiã Apoſtoli in ſcribendo euangelium. & dilectionem dei. ex qua uoluit incarnari. & perfectionem. & felicitatem humanam. que eſt in coniunctione ad deum per fruitionem: qui uoluit ſibi naturam humanam cõiungere per ipſiuſ aſſumptionem. & hoc eſt quod dicit. in quo euangelio utile eſt deſiderantibuſ deum id eſt noticiam dei. Sic prima. uel media. uel perfecta cognoſcere id ẽ principium. medium. & finem. huiuſ euangelii. in quo conſiſtit perfectio. ut intelligant uocationem Apoſtoli. quia de hoc fit ibi mentio: & opuſ euangelii. qđ ipſe deſcripſit fideliter. & dilectionem dei in carne naſcentiſ. quia ex dilectione uoluit incarnari. Sequitur. atq; illud in quo appẽhenſi ſunt etc. id eſt ad hoc utile eſt euangelium hoc. ut legenteſ ipſum cognoſcant in eo id eſt in Chriſto eſſe: ſupple id in quo apprehenſi ſunt. & apprehendere expetunt id ẽ ipſam diuinitatem. cui coniuncta eſt natura noſtra in Chriſto in unitate ſuppoſiti. p incarnationem. uel quam apprehendere querimuſ per fruitionem. & accipitur ibi iſte moduſ loquendi de epiſtola ad Philip. iii. ubi dicit ſic Apoſtoluſ. Sequor aũt ſi quomõ comprehendam. in quo & comprehenſuſ ſum. Nobiſ aũt etc. Hic tangit motiuum Hieronymi ad tranſferendum. ſeu exponendũ Matthei euangelium: ſcilicet ut traderet certitudinem rei geſte in euangelio Matthei. ubi oſtenditur & uera diuinitaſ. & uera humanitaſ ipſiuſ Chriſti. & hoc eſt quod dicit: nobiſ aũt hoc fuit argumenti id eſt rationiſ motiue. quia argumentum quedam ratio eſt. in ſtudeo id eſt ad ſtudendum in hoc. euangelia tranſferendo. & exponẽdo. & fidem. & pro id eſt id eſt certitudinem. facte rei tradere id eſt geſtorum Chriſti. & non tacere. ſed magiſ ſupple declarare. querentibuſ. i. ſcire uolentibuſ. diſpoſitionem dei operantiſ in carne ſcilicet aſſumpta. intelligendã eſſe diligenter hoc eſt cum magna diligẽtia. & ſtudio. quia talibuſ reuelatur euangelii intelligẽtia ſecundum quod ſcribitur Luce. vii. Querite & inuenietiſ. pulſate & aperietur uobiſ.

Prologuſ.

Matthеuſ etc. Prologuſ iſte diuidit in duaſ parteſ. quia primo ſcriptor huiuſ euangelii manifeſtatur. Secundo autoritaſ huiuſ euangelii declaratur. ibi: cum autem plureſ. In prima parte oſtenditur quando ſcripſit. quia primuſ inter alioſ euãgeliſtaſ. ubi. ſcripſit. quia in Iudea. qualiter ſcripſit. quia Hebra. qua ſcripſit: ut ueritaſ euãgelii certa remaneret apud credenteſ in Iudea. a quibuſ recedebat uolenſ predicare gentilibuſ. Iudeiſ pro maiori parte in infidelitate obſtinatiſ: hoc enim ei fuerat preceptum a domino: ſecũdum quod dicitur Actuũ. xiii. Vobiſ aũt oportebat primum loqui uerbum dei. ſed quoniam repuliſtiſ illud. & uoſ indignoſ iudicaſtiſ eterne uite. ecce conuertimur ad genteſ ſic enim nobiſ precepit deuſ. Hac igitur de cauſa Matthеuſ uolenſ tranſire ad conuerſionẽ gentilium. ſcripſit fidelibuſ in Iudea remanentibuſ euangeliũ: ut illuc recurrerent: pro certa regula ad euitandũ erroreſ hereticorum inſurgentium. & hoc eſt quod ſubditur. Sicut enim neceſſe fuit ad confirmationem fidei euangelium predicari. predicatione ſcilicet confirmata euidentibuſ ſignis. ut dicitur Marci ultimo. ſic neceſſe fuit contra hereticoſ ſcribi ut ceſſantibuſ miraculis poſſemuſ recurrere ad doctrinam euangelicam. ſignis & miraculis confirmatam. ſicut ad regulam certam. hereſeſ inſurgenteſ confutanteſ. Cum autẽ plureſ etc. Hic oſtenditur euangelium Matthei autenticum: & primo oſtendit quod

dictum est: & secundo declaratur quoddam dictum ibi positum. ibi: designātur etc. In prima parte dicitur sic. q̄ plures scripserunt euangeliū. & aliqui scripserunt sub noīe Apostolorum. & discipulorq̄ Christi immiscētes ibidem falsitates: ut faciliuſ sub nomine Apostolorum fideles deciperentur. & ad hoc euitandum quattuor euangelia quorum scriptores sunt certi. & noti. sūt ab ecclesia recepta: & approbata: & hoc ratiōabiliter. quia numeruſ quatrenariuſ euangeliorum fuerat prefiguratuſ Ezechieliſ primo. ut predictum est. sunt enim euangelia quasi quattuor rote in quadriga domini. quibuſ portatur fides Christi per totū mundū. Similiter genuſ humanū. quadruplici morte fuit peremptum in transgressione Ade. primo. morte culpe. secundo morte nature. qa per hoc incurrimuſ necessitatem moriendi. tertio morte iebenne. quia ex hoc omnes descendebant ad lymbum. usq; ad liberationem factam per Christum facto. Quarto morte ciuiliſ pene. est enim morſ ciuiliſ seruituſ. uel exilium: per que prescinditur aliqs a cōmunitate. per peccatum. aūt Ade genuſ humanum erat electum a ciuitate celesti. & subditum seruituti diaboli. ergo conuenienſ fuit numeruſ quatrenariuſ euangeliorq̄. quia per ipſorum predicationem genuſ humanum quadrifida morte peremptum. & uiuificandum designatur. hic declaratur. quoddam dictum. uidelicet qualiter predicta euangelia fuerunt prefigurata Ezechi. primo. & patet ex predictis q̄liter in q̄ttuor facieb uſ significantur quattuor euangeliste. & sic patet textuſ. .I.

Iber generationiſ Iesu Christi id est euangelium secundū Mattheum. diuiditur in duas partes. quia primo stabilit suum subiectum. seu declarat scilicet Christū uerum esse hominem. & ueq̄ deum. Secundo determinat de redemptione nostra facta per ipſum. que incipit in medio ca. iii. ibi. Cum audisset Iesuſ quod Iohanneſ traditus esset. Item prima diuiditur in quattuor partes: secundū quod quadrupliciter declarat Christum uerum deum. & uerum hominem. Primo enim declarat hoc testimonio angelico. & propbetico. Secundo ex illustratione celesti. & ueneratione regali. Tertio ex predicatione Iohanniſ. & testificatione dei patriſ. Quarto ex demoniſ temtatione: & sanctorum angelorum obsequio. & ueneratione. secunda incipit ca. secundo. tertia tertio. & quarta quarto. Prima adhuc in duaſ. quia primo ostēdit ueritatem humane nature in Christo. Secundo diuinitatem ipſiuſ per modum sue conceptioniſ mirabilem ostendendo. ibi: Christi autem generatio sic erat. Prima adhuc diuiditur in treſ. quia in describendo genealogiam Christi premittit quendam prologum seu prefationem. Secundo ponit eiuſdem genealogie descriptionem. ibi: Abraham. Tertio genealogie descripte recapitulationē. ibi: omneſ ergo generatiōeſ. In prima ergo parte intitulat librum suum a Christi genealogia dicenſ. liber generationiſ. quia scripſit Hebraice. ut uisum est. moduſ autem Hebreorum est denominare libroſ ab eo. de quo tractatur in principio. sicut dicitur liber Geneſiſ. quia in principio tractatur de creatione mundi. Similiter Matthеuſ. quia incipit euangelium genealogia Christi. ideo ab ipſa denominat. seu intitulat ipſum. Ratio autem quare incepit a genealogia Christi hec fuit: quia Iudei negabāt Christum Iesum Nazarenū esse uerum Christum: & descendisse a Dauid. quia Galileuſ erat. secūdum quod dicitur Iohanniſ. vii. nunquid a Galilea uenit Christuſ. q̄ſi dicant non. ideo subdit. nonne scriptura dicit. qa ex semine Dauid & de Bethleem castello. ubi erat Dauid. uenit Christuſ. quasi dicāt sic. & ideo ex hoc uolebant falso concludere. quod non esset uere Christuſ. nec de semine Dauid. hunc igitur errorem Matthеuſ uolenſ excludere in principio euangelii. sui ostendit ipſum a Dauid descendentem per ipſiuſ genealogiam. ostendit. etiam eū in Bethleem natū. ut patet in principio. ii. ca. Cum natuſ esset Iesuſ in Bethleem Iude etc. licet fuerit in

Galilea conceptus. & nutritus. in describendo genealogiam ponit duos patres tanq̃ radices. uidelicet Dauid & Abraham. qa ad istos facta ē specialiter ꝓmissio de Xp̃o. Item quia Dauid fuit principalis inter Reges, Abraham inter Patriarchas. Christus autem debebat descendere ex Patriarchis: & Regibus. preponitur autem Dauid ipsi Abraham. licet sit posterior secũdum tempus. propter eminentiam Regie dignitatis. & iterũ ut conuenientius generationis ordo texatur. quia sicut a radice ultimo notata. incboat̃. Dicit igitur. liber generationis. supplendum est. hic est liber scd̃m modum Hebreorum. ubi. communiter fit talis suppletio sicut patet Esaie. 1. capi. uisio Esaie filii Amos. subintelligitur hoc est. & eodem modo in pluribus aliis locis. generationis. scilicet temporalis. quia generatiõem Christi eternam. describit Iohannes in principio euangelii sui. Iesu Christi. Iesus est nomen persone. Christus nomen nature. signat enim duplicem naturam. in uno supposito diuinam: scilicet & humanam. Filii Dauid etc. hoc est intelligendum secundum humanam naturam tantum. unde dicit Aposto. Ro. 1. qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Abraham. Hic incipit narrare genealogiam Christi. & diuiditur in tres partes. secundum tres quatredenas. quas ponit in ista genealogia. Prima incipit ab Abraham & terminat̃ in Dauid in/ clusiue. Secũda a Dauid exclusiue: & terminatur in Iechoniam filium Iosie inclusiue. & Tertia incipit a Iechonia filio predicti Iechoniam Iosie exclusiue. ut uidebitur: & terminatur in Christum inclusiue. Secunda pars incipit. ibi: Dauid aũt genuit etc. Tertia. ibi: post transmigrationem Babylonis. In prima ergo procedit sic. Abraham genuit Isaac etc. non facit mentionẽ de Ismaele qui fuit filius Abraham ꝓmogenitus. quia per ipsũ nõ descendit Christus. sed per Isaac erat promissus eius aduentus: scd̃m quod scribitur Gen. xxi. In Isaac uocabitur tibi semen. & eadem ratione non fit mẽtio de Esau: cum subditur: Isaac aũt genuit Iacob. quia anteq̃ essent nati. Iacob fuit a domino electus ut per ipsum descẽderet Christus. ut habetur Malach. 1. Iacob dilexi Esau aũt odio habui. Considerandũ igitur quod hic scribitur genealogia Xp̃i descendendo. quia Matheus uoluit ostendere assumptionẽ infirmitatis nostre a deo. ut dicit August. de concordia euangelistarum. econtrario autem Lucas describit eam ascendendo: quia uolebat ostendere reductionem humane nature in deum. & ideo incipit genealogiam Christi describere post baptismũ: quia per baptismum reducimur in deum. Sequitur. Iacob autem genuit Iudam: & fratres eius. licet autem Christus de Iuda descenderit: tamen fratres eius cũ eo nominantur. quia fuerunt patres populi Israelitici: & ab eis duodecĩ tribus Israel nominantur. Sequit̃. Iudas genuit Phares & Zaram. de Thamar. Hieronymus aũt reddens rationem. quare ista Thamar ex/ ꝓmit̃. dicit sic. Notandum in genealogia Saluatoris. nullam sanctam mulierẽ assumi. sed eas tãtum quas scriptura reprehendit. ut qui propter peccatores uenerat. de pec/ catricibus nascens. omniũ peccata deleret. unde & in consequentibus Raab meretrix. & Ruth: Moabitis ponitur: & Bersabee uxor Vrie. hoc Hieronymus. Sed istud nõ uidetur probabiliter dictũ: quia ipse ibidem dicit. ꝙ propter hoc tres Reges de Xp̃i genealogia tolluntur. scilicet Ochosias. Ioas. & Amasias. quia Ioram miscuerat se filie impiissime. Iesabelis. ideo filii eius usq; ad quartam generationem. de genealogia Xp̃i tolluntur. ergo nõ est probabile. ꝙ propter peccatum in Christi genealogia. nomina mulierum exprimantur. Item quod dicit ibi. nullam sanctam mulierem positam in genealogia Christi. patet falsum de Maria matre Christi: que ibi ponitur in fine: que sanctissima est. & fuit. Item ꝙ dicit Raab: & Ruth. ibi expressas. propter peccatũ: non uidet̃ uerum. immo propter uirtutis actum. De Raab enim scribitur. ꝙ propter

uirtutem ſuſcepit exploratoreſ Iſrael. & eoſ ſaluauit. ut patet Ioſue. ii. propter quod ponitur in catbalogo illorum. qui ex fide fecerunt notabilem actum. ut habetur ad Hebre. xi. quod autem dicitur meretrix nó obſtat. quia hoc erat tantum ipſius cog/nomen. & ideo non oportuit q̄ eſſet taliſ ſecundum rem. ſicut aliquando econtrario aliqſ pauper ruſticuſ. cognominatur nomine Regiſ. ut Petruſ Rex. uel huiuſmodi. Hebrei etiam dicunt hoſpitatricem: ubi noſ habemuſ meretricē. ut dixi plenius Ioſue ii. ca. Similiter quod dicit de Ruth Moabitide: q̄ eam ſcriptura reprehēdit: nó uidē uerú. immo magiſ eam cómendat. Tum qa ſocrui ſue fideliter adheſerat. tū qa electa gentilitate. fidē uniuſ dei ſuſcepit. ut habet Ruth. i. ca. tū qa in uiduitate caſte uixit ut dicitur Ruth. iii. ex uerbiſ Booz ad ipſam. benedicta es filia a domino. & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. quia non es ſecuta iuuenes pauperes. ſeu diuites. tum quia fuit optime fame. unde ibidem ſubditur. ſcit omniſ populuſ qui habitat intra urbiſ mee portaſ: mulierem te eſſe uirtutiſ. ſalua igitur beati Hieronymi reuerentia: & meliori ſententia. uidetur quod meliuſ poteſt dici. q̄ iſte mulieres ſunt hic expreſſe: quia fuerunt uiriſ ex quibuſ conceperūt accidentaliter cōiuncte. Iſte aūt que fuerūt prime. & principales. ſiue bone. ſiue male. non exprimunt. ſed ſufficit expreſſio uiri. quia uir & uxor. pro una perſona computantur. Quod aūt predicte mulieres fuerūt accidētaliter coniuncte: patet ex textu Biblie. qđ omitto cauſa prolixitatiſ uitande. nec debet aliquiſ moueri ſi ego recedo in hoc a dictiſ Hieronymi. quia dicta ſāctoꝝ non ſunt tante auctoritatiſ. quin liceat ſentire contrarium in hiſ que non ſunt per ſacram ſcripturam determinata unde dicit Augu. in epiſtola ad Vincentiū donatiſtā de ſcripturiſ ſanctoꝝ doctorum. hoc genuſ ſcripturaꝝ a canoniciſ ſcripturiſ diſting/uendum eſt. non enim ex eiſ ſic teſtimonia proferuntur ut contrarium ſentire non liceat etc. Sequitur. Phareſ genuit Eſron. iſte Phareſ cum Iuda patre ſuo. & Iacob auo ſuo deſcendit in Egyptum. & ibi genuit Eſron. Eſron autem Aram. Aram Ami/nadab. & Aminadab Naaſon. Iſte autem Naaſon cum patre ſuo exiit de Egypto. & ideo fuit Princepſ in tribu Iuda in deſerto poſt patrem ſuum. quod enim iſte Ami/nadab fuit Princepſ tribuſ Iude in exitu de Egypto habetur Can. i. ubi dicitur. aſa mea conturbauit me. propter quadrigaſ Aminadab. Ad cuiuſ euidentiā conſiderandū q̄ liber Canticorum ſecundum doctoreſ Hebreoſ eſt de deo. & eccleſia Iſrael educta per ipſum de Egypto. In exitu autem Iſrael de Egypto dominuſ ſiccauit uiam per mediū mariſ Rubri: & aque ex utraq; parte eſſent alte ad modum muri. ſicut habet Exo. xiiii. & ideo filii Iſrael timebant intrare. Iſte Aminadab Princepſ Iude tribuſ. cum tribu ſua primuſ intrauit. poſt Moiſen. & ex hoc tribuſ Iuda dignitatem regni meruit. & ideo dicitur. anima mea turbauit me etc. quia filii Iſrael uidēreſ Aminadab procedentem cū curribuſ ſuiſ. admirati ſunt propter eiuſ audaciam: & ſecuti ſunt eū. igitur poſt iſtum Aminadab: filiuſ eiuſ Naaſon fuit Prícepſ tribuſ Iude in deſerto. ut dicitur Nu. i. ca. Naaſon autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz. de Booz. Raab. Hic eſt unum dubium. quomó iſta Raab. que erat de genere Cha/naneoꝝ fuit coniuncta ipſi Salmon in matrimoniū. quia erat prohibitum filiuſ Iſrael ne ullo modo contraherent cū Chananeiſ matrimonia: ut habet Deut. vii. Dicendū ad hoc. q̄ iſtud fuit preceptum eiſ. ne per Chananeaſ a cultu ueri dei auerterentur. & ad idola conuerterentur. ut ibidem habetur. & ideo quando aliqua perſona inue/niebat fideliſ. & ex fide ueri dei. aliqđ magnū egiſſe. ſicut fecit iſta Raab ut p̄dictū eſt. tunc diſpenſabatur ut poſſet coniungi in matrimonium cum filiuſ Iſrael. & ꝓpter hoc iſta Raab coniuncta eſt Principi nobiliorum tribuſ: ſcilicet tribuſ Iude. quia pro

filiuſ Iſrael fecerat magnum actum uirtutiſ in exploratorum ſaluatione. Booz aũt genuit Obeth. ex Ruth. eodem mõ iſta Ruth cõiuncta eſt Booz. qui etiã nobilior de ciuitate Bethleem. licet enim eſſet prohibitum in lege. quod non acciperent in matrimonium mulieres Moabitidaſ. propter quod Eſdraſ fecit. illaſ eici cum filiis ſuis a filiis Iſrael. ut habetur primo Eſdre. x. Ruth tamẽ Moabitiſ propter actũ uirtutiſ. ex diſpenſatione coniuncta eſt ipſi Booz. quia ſicut dictum eſt pro fide uniuſ dei ſuſcipienda. reliquit terram ſuam. & uenit in Iudeam cum ſocru ſua. Sed oritᵉ dubium quomodo iſte Booz genuit Obeth. ex Ruth. quia a principio ducatuſ Ioſue. quando ſcilicet Salmon accepit Raab. & inde genuit Booz. uſq; ad tempuſ in quo cepit Heli iudicare populum. in quo tempore iſta Ruth uenit cũ Noemi in Iudeam: fluxerũt trecenti uigintiquinq; anni: & pluſ. ut poteſt patere computanti tempora iudicum intermediorum. & ideo dicendum q̃ treſ fuerunt Booz ſibi ſuccedenteſ. auuſ. filiuſ. & nepoſ. Primuſ genituſẽ a Salmon de ipſa Raab. & tertiuſ genuit Obeth ex Ruth & quia euangeliſta uolebat uſq; ad Dauid unam quatredenam tantum ponere. ideo iſtoſ treſ ſimiliter nominatoſ: & ſibiinuicem immediate ſuccedenteſ uoluit uno nomine comprehendere. Obeth autem genuit Ieſſe. iſte autem alio nomine uocatuſ eſt Iſai. ut habetur. 1. Regum. Sed nomen Ieſſe. hic ponitur. quia de ipſo hic agitur. prout Chriſtuſ deſcendit ab eo. & hoc modo ſcriptum erat Eſaie. xi. Egredietur uirga de radice Ieſſe: & floſ de radice eiuſ etc. & ideo ex nomine Ieſſe hic poſito: oſtendit iſta prophetia completa fuiſſe. Ieſſe autem genuit Dauid Regem. Iſte autem nominat̃ ſoluſ Rex: licet ante eum. & poſt. fuerunt plureſ alii Regeſ. quia iſte fuit primuſ electuſ in Regem: ſecundum beneplacitum dei. ut oſtenſum eſt ſupra: & propter excellentiam ſanctitatiſ ſue. Dauid autem genuit Salomonem. ex ea que fuit Vrie. tacetur nomen Berſabee. & exprimitur uir eiuſ. qui fuit iuſtuſ. & bonuſ: ut patet. ii. Regum. xii. & ut oſtendatur q̃ Berſabee: de qua fit aliqualiter mentio accidentaliter coniuncta eſt ipſi Dauid ſcilicet per mortem Vrie. Salomon aũt genuit Roboã. ſub iſto Roboam diuiſum eſt regnum Iudeoꝝ in duo regna: ut patet. iii. Regũ. xii. quia decem tribuſ receſſerunt ab eo: & adheſerunt Ieroboam. & extunc diuiſum eſt regnum Iſrael. due autem tribuſ. que remanſerunt ipſi Roboam dicte ſunt regnum Iuda. Roboam aũt genuit Abiam etc. ſimiliter. Ioram autẽ genuit Oſiam. ſicut patet ex. iiii. Regum. hic omittuntur treſ Regeſ ſibi ſuccedenteſ. quia Ioram genuit Othoſiam. Othoſiaſ aũt genuit Amaſiam. Amaſiaſ autem Oſiam ratio autem huiuſ eſt ſecundum Hieronymum. quia Ioram accepit uxorem filiam impiiſſime Ieſabeliſ. ideo filii eiuſ uſq; ad quartã generationem de genealogia domini excluduntur. & maxime quia euangeliſta uolebat unam quatredenam tantum ponere. ratione iam predicta. ideo oportebat treſ Regeſ excludere. & iſti treſ ratione predicta conuenientiuſ aliiſ remouentur. Sequitur. Ezechiaſ genuit Manaſſen. Iſte Ezechiaſ non habebat heredem. quando dictũ eſt ei per Eſaiam prophetam. Eſaie. xxxviii. diſpone domui tue. morieriſ tu. & non uiueſ. & tunc fleuit. non timore mortiſ. ſed propter defectũ ſeminiſ. timenſ ne Chriſtuſ de eo nõ naſceretur. & ideo ipſo orante cũ lachrymiſ additi ſunt uite ipſius anni. xv. & tunc genuit Manaſſem. qui quidem Manaſſeſ. licet p̃mo fuerit peſſimuſ. quia de eo ſcriptum eſt. iiii. lib. Regum. xxi. q̃ ipſe impleuit Hieruſalem ſanguine prophetarum. uſq; ad oſ. inter quoſ Eſaiam auunculum ſuum ſerrari fecit. propter quod in captiuitatem ductuſ eſt. tamen finaliter penituit. & ad regnum ſuum reductuſ fuit. ut habetur. ii. Paralip. xxxiii. ca. Sequitur. Manaſſeſ genuit Amon. Amon autẽ genuit Ioſiam. Ioſiaſ iſte fuit optimuſ. quia in iuuentute ſua cepit

querere dominum. & destruxit templa idolorum per totum regnum suum. Iosias aũt genuit Iechoniam. & fratres eius. in transmigratione Babylonis. non ꝙ adhuc esset transmigratio. qñ geniti sunt. sed quia imminebat. nominantur autẽ fratres Iechonie. cum eo. quia similes ei fuerunt. in captiuatione. Ioachim autem qui primus regnauit post Iosiam. captiuatus est per Regem Egypti. ut habetur. iiii. Regum. xxiii. Rex aũt Egypti constituit Regem loco ipsius fratrem eius Eliachim mutato nomine ipsius & uocauit eum Ioachim. uel Iechoniam. & iste est qui dicitur hic genitus a Iosia quẽ captiuauit Rex Babylonis ducens secum in Babylonem. Sed in itinere remisit eũ sub iuramento. ꝙ ei fideliter seruiret. sed iste Ioachim quarto anno uolens rebellare. ab exercitu Regis Babylonis captus est. & occisus. & cadauer eius extra Hierusalem p/iectum: sicut fuerat p Ieremiam predictũ. Hieremie. xxii. Sepultura asini sepelieẽ. & regnauit Ioachim filius eius pro eo. qui similiter dictus est Iechonias. Sed aliter scribitur q̃ primus. quia pater eius Ioachim per. c. & . m. filius autem per. k. & . n. & iste regnauit tribus mẽsibus: & postea deductus est in Babylonẽ captiuus cũ matre. & nobilibus de terra Iuda. & cõstitutus est Sedechias auũculus eius. filius Iosie. Rex in Hierusalem a Rege Babylonis. & . xi. anno regni eius ꝙ rebellauerat captus est a Rege Babylonis. & excecatus ẽ. & in Babylonẽ ligatus ductus. & Hierusalẽ destructa & templum combustum. ut habetur. iiii. Regũ. xxvi. & sic patet ꝙ fratres Iechonie filii Iosie. fuerunt captiuati. sicut & ipse. propter quod nominãtur cum ipso. Et post transmigrationem Babylonis. Iechonias genuit Salatiel. Iste Iechonias a quo incipit tertia q̃tredena. non fuit Iechonias filius Iosie. sed nepos eius per. n. scriptus. ut dictũ est. aliter non essent quattuor decim in ista quatredena ultima. Salatiel aũt genuit Zorobabel. & iste Zorobabel est ille sub quo transmigratio redit de captiuitate: ut habetur Esdre. i. Zorobabel autem genuit Abiud. contrarium uidetur. i. Para. ubi dicit ꝙ Zorobabel genuit Mosollam Ananiam. & Salomit. & dicendum ꝙ aliqs istorum fuit binomius. & sic dictus est Abiud. quia plures binomii in sacra scriptura inueniunt. ab isto Abiud usq; ad Ioseph nulla historia in Biblia reperitur. Sed apud Iudeos fuerunt aliqui studiosi qui genealogias a Dauid descendentes diligentissime descripserunt. propter Xp̃m quẽ expectabant a Dauid descendere. & ibi Matthеus potuit residuum huius genealogie uidere. uel si dicatur ꝙ Herodes illas scripturas cõ/bussit. ne linea regia ab alius distingueret: ut dicũt aliqui. tũc dicendũ est ꝙ Matth. habuit per reuelationem. ꝙ non habuit per scripturam. quia Apostoli. & euangeliste non fuerunt minus illuminati immo magis. q̃ antiqui prophete. Sequitur. Mathan autem genuit Iacob. contrarium dicitur Luce. iii. Vbi dicitur ꝙ Mathath genuit Heli. & Heli genuit Ioseph. dicendũ ꝙ Mathath. & Mathan descenderũt a Dauid Sed Maththat. per Mathan. qui fuit Dauid filius adoptiuus. Nathan autem per Salomonem. & isti duo Nathan. & Mathat. habuerunt unam uxorem successiue: que dicta est Iesta. & ista a Nathan concepit Iacob: & a Mathat Eli. ita ꝙ Eli & Iacob fuerunt fratres uterini. sed de duobus fratribus a Dauid diuersimode descendẽ/tibus. Heli autem accepta uxore mortuus est sine semine. & ideo Iacob frater eius accepit uxorem fratris sui. ut ei suscitaret semen: & genuit Ioseph. ita ꝙ Ioseph fuit filius naturalis ipsius Iacob: & sic accipit eum hic Matthеus. Fuit autem filius Heli legalis. & sic accipit eum in genealogia Lucas: ut hic patet in figura sequenti.

Ratio autem quare Matthеus describit genealogiam Christi per Salomonem filium eius naturalem. hec est. quia describit assumptionem nostre humanitatis a deo. Lucas autem per Nathan filium adoptiuum. quia describit reductionem nostram in deum. que fit per gratiam adoptionis. Iacob aũt genuit Ioseph uirum Marie de qua natus est Iesus. qui uocatur Christus etc. Cum Ioseph non fuerit pater Iesu. ut habeť infra eodem ca. non uidetur esse sufficienter probatum per istam genealogiam sic descriptã. ꝙ Iesus filius Marie fuerit de stirpe Dauid. dicendum ꝙ ímo. quia Ioseph & Maria fuerunt de eadem tribu: quia mulier non poterat nubere cum uiro alterius tribus. qñ ad ipsam pertinebat hereditas paterna. ut patet Nu. xxxvi. de filiabus Salphaat. beata uirgo autem Maria fuit unica Ioachim patri suo. & ideo ex lege cogebať uiro sue tribus nubere. propter hoc etiam iuit cum Ioseph in Bethleem. ciuitate Dauid. ut proficeretur cum eo: ut habetur Luce. ii. Modum autem per quem fuerint de eadem tribu Damascenus describit dicens. ꝙ Melchi qui habuit fratrem nomine Pantera genuit Barpantera. & hic genuit Ioachim. qui genuit beatam Mariam. & sic beata Maria descendit a Dauid per Nathan. secundum Damascenum li. iiii. ca. vi. Xp̃i aut̃ generatio sic erat. descripta genealogia Christi. in qua Matthеus ostendit Xp̃i ueram humanitatem. Hic ostendit diuinitatem ipsius per modum conceptionis eius mirabilem. & diuiditur in tres partes. quia primo ponitur beate uirginis mira impg̃/ natio. secundo ipsius Ioseph digna dubitatio. ibi: Ioseph autem cum esset iustus. & tertio magna dubii certificatio. ibi: hoc autem eo cogitante. Dicit ergo primo. Xp̃i generatio etc. quasi diceret ne credatur ꝙ Iesus sit genitus ex commixtione maris. & femine: sicut precedentes. ideo describitur modus mirabilis qui sequitur. Cum esset desponsata mater eius id est Christi Ioseph. scilicet sponso suo. anteq̃ conuenirent. carnaliter scilicet. non quia post conuenerint ut dicetur. Inuenta est in utero habens inuenta inq̃ a Ioseph qui curam uirginis habebat. de spiritu sancto. istud refertur ad uerbum precedens: cum dicitur. habens in utero. quia hoc fuit uirtute spiritus sancti. Illud enim quod in generatione aliorꝫ hominum fit. per uirtutem seminis decisi a patre & recepti a matre. in matrice. fuit factum uirtute spiritus sancti in uirgine. uirtute cuius ex purissimis sanguinibus beate uirginis. fuit corpus Christi formatum: & in eodem instanti animatum. & a uerbo assumptum. quia cum infinita sit uirtus spiritus sancti: potest oía operari in instanti. Sed queritur quare ista conceptio Xp̃i non fuit facta anteq̃ uirgo desponsaret ipsi Ioseph. dicendum ꝙ beatus Ambrosius super Lucam ad hoc assignat multas rationes. quarum aliquas accipio. Primo enim istud fuit rationabile ex parte pueri: quia si fuisset conceptus ante desponsationem. potuisset a Iudeis rationabiliter sicut illegittimus repudiari: & non sicut Xp̃s recipi. Secundo quia puer propter persecutionem Herodis. erat in Egyptum portandus. & repordandus. ideo sponsus Marie erat ad hoc. & consimilia portandus in Egyptum necessarius. Item hoc fuit ex parte uirginis necessarium. ut haberet ministrum non suspectum. sed sibi coniunctum. ut sponsum. Item hoc fuit rationabile ex pte nostra: quia sicut per Thomam palpantem cicatrices Christi certificati sumus magis de resur/ rectiõe Christi. q̃ per alios ita ꝑ Ioseph magis certificati sumus de uirginitate Marie qui dolore iniurie fuisset motus ad uindicandum obprobrium. nisi in uirgine cogno/ uisset diuinũ sacramentũ. Item queritur hic cũ Maria iam esset desponsata Ioseph. & in domo eius. ut dicit Chrisostus. quare nó accessit ad cognoscendũ uirginẽ. dicendũ ꝙ modus erat iustorum non perficere matrimonium per carnalem copulam. nisi ꝑ uacarent orationi. per aliquod tempus. implorando diuinam misericordiam ut patet.

Thobie. viii. & tunc credit reuelatū esse ipsi Ioseph propositū Marie de obseruāda uirginitate. licet enim cogeretur ad matrimonium contrabendum secundum temporis illius modum: propter rationes predictas: tamen habebat uirginitatem in desiderio. & proposito. Sed uotum non expressit quando contraxit matrimonium: committens se diuine uoluntati. & tunc ex reuelatione diuina creditur. q̄ Ioseph cognouit p̄positū Marie. & tunc ex cōmuni consensu uouerunt uirginitatem. quia ut creditur Ioseph adhuc uirgo erat. Cuius ratio est. quia cum Christus in passione sua nulli matrem seruandam tradidit. nisi uirgini. non est probabile. q̄ ante conceptū dum adhuc esset iuuencula traderetur alicui nisi uirgini custodienda. Ioseph aūt: Hic ponit Ioseph digna dubitatio. Emisso aūt uoto predicto. angelus Gabriel uenit ad uirginem ignorante Ioseph. & impregnata est de spiritu sāc̄to. ut habetur Luce. i. & statī de licētia Ioseph abiit ad cognatam suam scilicet sanctam Elizabeth. ut ei pregnāti seruiret. & natum filii sui precursorem uideret. & ibi mansit tribus mensibus: usq; ad peractam p̄cursoris natiuitatē. ipsa aūt redeunte uidit Ioseph uterū eius grauidū. & incurrerit ex hoc uehementem suspitionem nec fuit mirum. propter Marie longam absentiam. Ex altera parte tantū tenebat de Marie sanctitate. ut dicit Chrisosti. q̄ sibi uidebat impossibile eam cecidisse. Cum ergo esset iustus uoluit eam traducere. quia non erat certus de crimine. & ideo uoluit dimittere eam. ne forte ex opposita parte diceret q̄ faueret sibi in crimine. & bene dicit: q̄ occulte. ne si impalam eā relinqueret nesciret respondere determinate causā dimittendi eam hoc querētibus: cū haberet argumēta sibi insolubilia ex utraq; parte ut uisum est. Sed queritur hic: quare Maria non dixit ei diuinum secretum. & dicendum q̄ talia non sunt reuelanda nisi inquantum se extendit uoluntas diuina. & ideo beata uirgo tacuit tenens firmiter q̄ sicut istud secretum fuerat reuelatum sancte Elizabeth: ut habetur Luce. i. Sic reuelaretur alius competenti tempore. ex beneplacito uoluntatis diuine. Similiter queritur. q̄re Ioseph non petiuit ab ea. dicendum q̄ pro nihilo petisset. quia ipsi Marie pro se dicenti non credidisset. & ita q̄ ex diuina dispensatione hoc factum est. ut per reuelationē angeli ipse Ioseph sic certificaretur. q̄ deceteto nullo modo dubitare posset. Hec autem eo cogitante. Hic ponitur ipsius Ioseph dubitantis magna certificatio & diuiditur in duas partes. quia primo ponitur eius certificatio quantum ad intellectum. & secundo ostenditur hec certificatio per effectum. ibi: surgens autem. Prima adhuc in duas. qa primo ad certificationem ipsius ponitur testimoniū angelicū. Secundo ad fidei nostre confirmationem producitur testimonium propheticum. ibi: hoc autem totum factum est. Ad euidentiam prime partis aduertendum. q̄ magnū malum fuisset si ad modicā horam ipse Ioseph beatam uirginem. que de spiritu sancto conceperat dimisisset. ideo cum adhuc de hoc deliberaret certificatus est per angelū. anteq̄m ab ea discessisset. & hoc est qd̄ dicitur: hec aūt eo cogitante. angelus domini apparuit Ioseph in somnis. quia anima clausis sensibus exterioribus. ad recipiendum reuelationem magis est apta quia tunc non est occupata per sensuum exteriorum impedimenta. Sequitur. Ioseph fili Dauid etc. quia de Christo uolebat loq. qui erat promissus ipsi Dauid. ideo de ipso Dauid memoriam facit. Noli timere. accipe Mariam coniugem tuā. non ad carnalē copulam. Sed ad cohabitationem cū ea. & deuotam ministrationem. subditur ratio. qd̄ enim in ea natum est. non dicit ex ea. quia natiuitas in utero est: quando uetus aiat. & illa erat completa. Sed adhuc natiuitas ex utero tempore debito expectabatur. de spiritu sancto. miraculose facta est conceptio. non interueniente adulterio. Sequit. pariet filium. quando scilicet erit natiuitas. ex utero: Et uocabis nomen eius Iesum.

id eſt Saluatorem. ideo ſubditur. ipſe enim ſaluum faciet. populum ſuum a peccatis eorum. in hoc autem oſtendit angelus eum uerum hominem in partu uirginis. uerum deum in salute populi a peccatis: quia nullus poteſt ſaluare a peccatis. niſi deus. Hoc totum factum eſt etc. hic ad certificationem noſtre fidei adducitur ad hoc teſtimoniū prophetice. Vnde iſta ſunt uerba euangeliſte ſcribentis. nō angeli loquentis. uolebat enim oſtendere in hoc completam eſſe prophetiam Eſaie. vii. Ecce uirgo etc. Seqt̄. & uocabitur nomen eius Emanuel. hoc eſt interpretatū. nobiſcum deus. per hoc oſtenditur ueritas diuinitatis. & humanitatis. in ipſo. prius enim erat nobiſcum deus. per eſſentiam potentiam. & preſentiam. ſimiliter erat per gratiam nobiſcum. quantum ad ſanctos patres. ergo ſi nobiſcum. importat hic ſpecialem unionem: que facta eſt per noſtre humanitatis aſſumptionem. Exurgens autem a ſomno. Hic ponitur ipſius Ioſeph certificatio per effectum. quia exurgens a ſomno certificatus de uirginitate Marie: ad mandatum angeli accepit coniugem ſuam: tanq̄ dominam. et obſequioſe miniſtrando. & non cognoſcebat eam. quod aliqui exponunt de cognitione faciei. dicentes q̄ ex preſentia X̄pi in utero uirginis. tāta erat claritas in eius facie: q̄ Ioſeph nō poterat eam cognoſcere. ſicut dicit̄ de claritate faciei Moiſi ex conſortio ſermōis domini. quia non poterant intendere in eam filii Iſrael: ut habetur. ii. Cor. iii. aliter exponit Hieronymus de cognitione carnalis copule. quia cū ea uouerat uirginitatē. ut dictum eſt: Sequitur. donec peperit ſuum filium primogenitum. ex hoc dixit Eluidius hereticus. q̄ Maria licet a Ioſeph non ſit cognita ante partum Chriſti. tñ poſt eius partum ab eo cognita fuit. & alios filios peperit. quod arguit ex hoc quod dicitur. Hic non cognoſcebat eam donec peperit etc. poſt partum cognouit. Itē ex hoc quod ſubditur. primogenitum. quia primogenitus non dicitur niſi reſpectu aliorum filiorum. ſecūdogenitorum. hoc etiam confirmatur. quia Io ii. legitur X̄pm fratres habuiſſe. Sed hoc non ualet. quia ſicut dictum eſt. Maria & Ioſeph uirginitatem uouerāt. Item beata uirgo fuiſſet ingratiſſima. ſi tanto ac tali filio nō fuiſſet contenta. Item Ioſeph qui dicit̄ ſanctus. ſceleratiſſimus & preſumptuoſiſſimus fuiſſet. ſi templū ſpiritus ſancti. & ſpirituale habitaculum dei uiolare. ac poluere p̄ſūpſiſſet. Ad primū ergo dicendum. q̄ hec dictio. donec. aliquando ſignat tempus determiatū. quo tranſacto fit aliud. ſicut dicitur iſte non comedit donec eſſet hora ſexta. hoc eſt intelligendum q̄ completa ſexta comedit. & ſic non accipitur hic. Alio modo accipitur pro ſemper: ſicut in Pſal. habetur de Chriſto. ſede a dextris meis. donec ponam etc. non eſt ſic intelligendum. q̄ quando inimici eius erunt poſiti ſub pedibus eius tēpore iudicii. q̄ tunc dimittat ſedere a dexteram patris. immo eternaliter ſedebit. & hoc mō accipitur hic. donec. cum dicitur: non cognoſcebat eam. donec. Ad ſecundū dicendū q̄ Chriſtus primogenitus filius uirginis dicitur: non quia alii fuerunt poſt ipſum. ſed quia nullum peperit ante eum. & hoc modo accipiebatur in lege. ubi precipiebatur q̄ primogenitus deo offeretur. & ſi aliqua mulier pariebat unicum tanq̄ primogenitū. offerebat illum. Ad tertium dicendum. q̄ in euangelio fratres Chriſti nominantur cognati eius germani. quia de eadem cognatione: ſicut Abraham & Loth dicuntur fratres Gen. xiii. ubi dicitur ne ſit iurgium inter me & te fratres enim ſumus. & tamē Loth erat nepos eius: & patet propoſitum. .II.

QVm natus eſſet Ieſus. Hic ſecundo oſtendit euangeliſta ipſum Ieſum eſſe uerū deum. & uerū hominem. ex illuſtratione celeſti. & ueneratione regali. & diuidit̄ in duas partes. quia primo ponitur huius rei manifeſtatio. ſecundo ipſius Chriſti manifeſtati perſecutio. ibi: qui cū receſſiſſet. Item prima adhuc in tres. quia primo ponit̄

Christi inquisitio sollicita. Secundo eius ueneratio certa. ibi: qui cum audissẽt Regẽ. & tertio eius adoratio deuota. ibi: & procidentes. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur inquisitio Christi ex deuotione. & ista facta est a Magis. Secundo ponitur inquisitio Christi ex malignatione: & hec fuit inquisitio Herodis. ibi: audiens autem Rex. Circa inquisitionem Magorum querẽtium Christum natum. euangelista tria notat. uidelicet natiuitatis locum: cum dicit. Cum natus esset Iesus in Bethleem Iude. ut ostendat impletam esse prophetiam Michee. v. ut uidebitur infra eodem capitu. additur autem. Iude. ad distinctionem alterius Bethleem. que est in tribu Zabulon. Secundo notat tempus cum dicit. in diebus Herodis. prophetauerat enim Patriarcha Iacob Gen. xlix. non auferet sceptrũ de Iuda. & Dux de femore eius. donec ueniat qui mittendus est. ubi translatio Chaldaica habet sic. donec ueniat Messias. ubi manifeste ostenditur illo tempore Christũ esse nasciturũ: quando deficeret Rex. & Dux de populo Iudeorum. & hoc impletum est in Herode. quia usq; ad transmigrationem Babylonis. habuerunt Reges de tribu Iuda. & postea Duces: ut patet de Zorobabel Esdre. ii. & sic usq; ad Herodem. qui fuit Idumeus natione. & p consequens alienigẽa. Sed regnum Iudeorum fuit sibi datum a Romanis Imparatoribus: & cum hoc. aduitoriũ ad ipsum acquirendũ. & capto Antigono ibidem regnante. & postea interfecto. Herodes occupauit regnum. ut narrat Iosephus libro antiquitatum. patet ergo. qđ dicitur: in diebus Herodis Regis. ostenditur tempus prefinitum Christi nascentis. Tertio scriptura circa natiuitatem Christi notat euidens celeste signum. prophetatũ enim fuerat per Baalam Nu. xxiiii. orietur stella ex Iacob: & consurget uirga ex Israel etc. ubi ostenditur q̃ ortus noue stelle apperientis: erat signum X̃pi nascentis. & ideo in hora natiuitatis X̃pi apparuit stella noua in orientali terra. ubi quondã habitauit Baalam. que quidem terra est in orientali parte respectu Hierusalem. ut habetur in eodem libro Nu. xxiii. & ideo isti Magi dicti sunt Magi non a magica arte. sed a magnitudine scientie. & ideo etiam dicti sunt Reges. quia illo tempore philosophi sapientes regnabant. isti ergo uidentes nouam stellam. cognouerunt per diuinã inspiratiõem. q̃ illa erat que dicta fuerat per Baalam. & ideo statim mouerũt se de locis suis: ut uenirent ad uenerandum puerum natum. & sequentes stellam ueneruntin Iudeam die tertiadecima. quia illa terra ubi habitabat Baalam non multum distabat a Iudea. ipsis autem Iudeam intrantibus. stella diuina dispositione disparuit: ut necesse haberent recurrere ad ciuitatem regiã. uidelicet Hierusalem. & ibi inqrere de Christo nato. & hoc factum est a deo duplici ex causa: una propter ipsos Magos. qui prius fuerant commoniti celesti signo. confirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorum Hebraicorũ responso. ut infra patebit. Alia causa fuit. propter Christum: ut eius natiuitas in ciuitate regia nuntiaretur. & per consequens Iudei Christum non recipientes. inexcusabiles haberentur. & per hoc etiã figurabatur q̃ fides Christi erat a gentilibus deuote recipiẽda. & a Iudeis pro maiori parte in infidelitate remanẽtibus refutanda. quia Magi qui gentiles erant ipsum Christum deuote quesierunt. & inuẽtũ adorauerunt. sacerdotes autem Iudeoꝝ audientes Christum natum per celeste signũ: in nullo moti sunt: ad querendum ipsum: seu uenerandum: dicit ergo uidimus stellam eius. & patet sensus per predicta. Audiens igitẽ etc. Hic ponitur inquisitio Herodis. ex malignatione. & primo ponitẽ eius inquisitio de Christo a Iudeis. Secundo ab ipsis Magis. ibi: tunc Herodes clam. dicet ergo. Audiens autem Herodes. scilicet Christũ natum per euidens celeste signum. turbatus est. nec mirum. quia erat alienigena ut dictum est. & ideo timebat perdere regnum. & non solum ipse turbatus est. Sed oĩs

Hierosolima cum illo. hic accipitur pars pro toto. unde omnis Hierosolima accipit pro illa parte. que fauebat sibi. sicut communiter dicitur. quando maiores ciuitatis aliquid faciunt. q̄ tota ciuitas facit. Sic in proposito. illi qui erant ibidem maiores: & in regalibus officiis assistentes. illi cū Rege turbati sunt. Sequitur. & congregās etc. quia enim uolebat Christum natum perdere. ideo uoluit de loco natiuitatis Christi diligenter inquirere ab illis. qui scripturas prophetaq̄ predictas. de Christo nouerant. & genealogias descendentes a Dauid scieb̄at. At illi etc. Sicut. n. periti in lege respō/derunt per prophetiam. que habetur Michee. v. que non exponitur nisi de Christo. unde in eadem auctoritate ubi dicitur: ex te egredietur qui sit dominator. translatio Chaldaica habet ex te egredietur Messias. Ad euidentiam ergo huius prophetie ui/dendum est qualiter scribitur Michee. v. quia uidetur in aliquibus discordare: ab eo quod hic dicitur. scribitur enim Michee. v. & tu Bethleem Effrata paruulus es in milibus Iuda. ex te enim mihi egredietur. qui sit dominator in Israel. Matthеus aūt euangelista aliter scripsit. quia debebat scribere responsionē Iudeoq̄ Herodi factā. Herodes autem erat alienigena. & ignorabat scripturas prophetarum. & ideo scribe sibi respondentes aliqua uerba. in auctoritate scripta mutauerunt: ut planius Regi loquerentur. tamen eandem sententiā tenuerunt. quod patet discurrenti per singula scribitur. n. in Michea sic. & tu Bethleem Effrata. ipsi. n. responderunt. & tu Bethleē terra Iuda. cuius ratio fuit. q̄ ista ciuitas antiquus uocata ē Effrata ab uxore Caleb. sed postea facta est ibi fames magna tēpore Elimolech: & Noemi uxoris sue. ꝓpter q̄m famen uerunt ad peregrinandū in terra Moab. ut habetur Ruth. i. transeunte aūt fame facta est maxima abundantia in eadem ciuitate. sicut frequēter fit mutatio a cōtrario. in contrarium. & tunc uocata est ciuitas Bethleem. i. domus panis. propter abundantie euentum. Herodes aūt ignorabat istam historiam. & ideo non dixerunt & tu Bethleem Effrata. quia nesciuisset quid esset dictum. Sed dixerunt tu Bethleem terra Iuda. i. que sita es in tribu Iuda. ad differētiā alterius: que sita est in terra Za/bulon. sicut dictū est. Similiter quod sequitur in auctoritate. paruulus est in milibus Iuda. mutauerunt dicentes. nequaq̄ minima es in principibus Iuda. licet enim uideat contrarietas in uerbis: tamen est eadem sententia. quia cum dicitur. paruulus es. hoc ē dictum. tu Bethleem. paruulus es in situ: & ambitu murorum. respectu milium ad te pertinentiū. & ratiōe Christi ex te nasciturī: & ista paruitas sonat indignitatē. Sicut si diceretur Parisius est parua ciuitas in situ. respectu multitudinis ad eam pertinētis. scribe autem Iudeorum respondentes Herodi. hanc dignitatem planius expresserunt dicentes. nequaq̄ minima es. q̄ autem sequitur in auctoritate. hic & ibi satis cōcordat ut patet intuenti. Tunc Herodes. Hic ponitur inquisitio Herodis facta ab ipsis Magis. cognito enim loco natiuitatis Christi ex Iudeorum responso. uoluit scire tps natiuitatis ab ipsis Magis per signum stelle orientis: que apparuerat eis. ut si ad ipsum non redirent ex temporis. & loci cognitione posset Christum interficere. Sicut prius attemptauit pueros interficiendo: & hoc est quod dicit. Tunc Herodes clam. dicit clam i. occulte. quia cum esset alienigena non confidebat de Iudeis: & ideo uoluit suū consilium eos latere. Sequitur. & mittens eos etc. spondet falsum obsequiū. ut facilius eos decipiat. & ad redeundum per ipsum inducat. Qui cum audissēt etc. posita ipsius Christi inquisitione sollicita. Hic consequenter ponitur eius inuentio certa. dicit igit̄ qui cum audissent abierūt. recedentes scilicet de Hierusalem ut irent uersus Bethleem edocti de hoc per prophetiam. Et ecce stella. quia. n. ut dictum est. disparuerat: ut Xp̄i natiuitas p ipsos in regia ciuitate publicaret̄: & ut ꝓphetia inde loco natiuitatis

Christi impleta móſtraretur. ideo hoc peracto iterú eis apparuit. & repletos gaudio. ad locum determinatú ubi puer erat adduxit. Ex predictis patet ꝙ illa ſtella nó erat de ſtellis exiſtentibus in orbe: nec de ſtellis Cometis que aliquando apparent in ſupma aeris parte. quia ille tm̃ lucent de nocte. Iſta autem de die. Item ex motu quia ille reuoluuntur ſecundum motum mobilis primi: in die naturali. Iſta aút mouebat ſcd̃m qd̃ expediebat Magoꝝ itineratiói. unde in tredecim diebus non eſt mota niſi a terra in qua habitabant Magi: uſq; ad ciuitatem Bethleem. tertio hoc apparet ex ſitu. quia fuiſſet ſita in orbe. ſeu etiam in ſuprema aeris parte. ubi generanté Comete: nó poſſet determinatú locum ubi erat puer oſtendere. & ideo patet: ꝙ erat in propinqua aeris parte. Et procidentes etc. Hic deſcribitur ipſius Xp̃i inuenti adoratio deuota. ex quo patet ꝙ cognouerunt ipſius diuinitatem per diuiná reuelationem. cú. n. uiderunt puerum pannis uilibus inuolutum in gremio pauperis matris poſitú. nullum regie dignitatis habentem ſignum. nó eſt ueriſimile ꝙ talem reuerentiam ei exhibuiſſent. niſi in eo aliquid ſupra hominem cognouiſſent. & hoc eſt quod dicit. & procidentes adorauerunt eú. adoratióe. ſ. latrie. & apertis thezauris ſuis. non ꝙ tunc apperuerunt. ſed quia priuſ apperuerant. qñ. ſ. de terra ſua receſſerunt. & inde munera apportauerút. aurum: thus. & myrram. Iſta tria obtulit quilibet ipſorum. quia de talibus faciebant exennia Reges Arabum. Tum quia per aurum ſignificabant regiam dignitatem. per myrram. hominis mortalitatem. quia myrra ſolent inungi corpora mortuoꝝ. p thus ipſius diuinitatem. quia thus ad honorem diuinum concrematur. Vel aliter ſecundum alios obtulerunt auꝝ. ad ſuſtentationem pauperis matris. & filii. thus. contra fetorem loci. & myrram. ad conſolidandú mẽbra pueri. Et reſponſo accepto ſcilicet ab angelo ex diuina reuelatione. reuerſi ſunt per aliam uiam in regionem ſuam. peracto ſcilicet obſequio. quia deſcenderunt ad mare. & inde per nauem tranſfretantem in Tharſis abierunt. propter quod Herodes iratus poſtea naues Tharſenſium incendit. ſecundú quod fuerat prophetatú per Dauid Pſal. xlvii. in ſpiritu uehementi contere naues Tharſis. Qui cum receſſiſſent etc. Hic ponitur ipſius Chriſti nati perſecutio. & p̃mo deſcribit euangeliſta quoddam antecedens ipſam perſecutiõem. Secundo ponit ipſam perſecutionem. ibi: tunc Herodes uidens. Tertio ponit quoddam conſequens ad ipſam ibi: defuncto Herode. Circa igit̃ primã pt̃e. ſciendum ꝙ deus preuidens Herodis perſecutionẽ futuram. per angelum. ammonuit Ioſeph. ut puerú in Egyptum portaret. Ad cuius intellectum notandum. ꝙ Herodes credidit primo Magos fuiſſe deluſos. ex apparitione ſtelle fantaſtice. & ideo tunc non curauit de pueri inquiſitione. Sed poſt oblato puero in templo. & a Symone iuſto. predicato. & manifeſtato. & ſimiliter ab Anna prophetiſſa coram toto populo. ut habetur Luce. ii. ſed Matth. illud dimittit. Tunc fama pueri nati creſcente. uoluit Herodes ipſum perdere. Sed interí portatus eſt per Ioſeph in Egyptú. Qui conſurgens accepit puerum. & matrem eius. nó dicit filium ſuum. quia erat tantú nutritius. nocte. propter timorem Herodis. ut negotiú fieret magis occulte. licet enim de hoc haberet diuinam reuelationem: non tñ propter hoc debebãt omittere. qd̃ poterat facere: ſcd̃m humanã uiam. Sequitur. ut impleret quod dictum eſt a domino. ſcilicet per prophetam. Oſee. xi. Ex Egypto uocaui filiú meum. iſta enim auctoritas habet duplicem ſenſum litteralem. quia uerificata eſt ad litteram de populo Iſrael uocato a domino de Egypto. perfectius tamen de domino noſtro Ieſu Xp̃o. qui eſt filius dei naturalis. alii aút ſunt tm̃ filii per adoptiõem. ſicut & illa auctoritas. i. Paral. xxii. ego ero illi in patrem. & ipſe erit mihi in filium. Ad litteram intelligitur de Salomõe. tñ minus proprie. de domino aút noſtro Ieſu Xp̃o

propriſſime. ut dicit Apoſtoluſ ad Hebr. i. d. cui. n. dixit aliqñ angelo⁹ filiuſ meuſ eſ tu etc. & iterum ego ero illi in patrem. Et hoc modo allegat euangeliſta hic. quod habetur Oſee. xi. ut uiſũ eſt. Tunc Herodeſ. Hic ponit̃ ipſa perſecutio. Herodeſ enim uidens ſe eſſe illuſum a Magiſ. tratuſ eſt ualde timens principatum ſuum pdere. & ideo tunc occaſione ipſius uoluit omneſ pueroſ de Bethleem occidere. ne puer ſibi incognitus euaderet. Sed fuit impeditus ab executione huius facti. quia citatus eſt ad curiam Romanam. ad petitionem ſuo⁹ filio⁹ ipſum accuſantium. & ideo non fuit auſuſ ipſe pueroſ interficere: ne cum aliſ facinoribuſ ſuiſ accuſaretur de tanta crude/litate. eundo aũt Romam: & remanendo in curia. & redeundo in Iudeam. appoſuit annũ. & pluſ. & ideo fere poſt duoſ ãnoſ ad regnũ ſuum reuerſuſ. & in regno confir/matuſ: quia ſententiã pro ſe cõtra filioſ habebat. tunc adimpleuit de nece pueo⁹ qđ priuſ conceperat. & hoc eſt quod dicit. & mittenſ etc. Sequitur. a bimatu. & infra. qa duo anni fere tranſierant ab ortu ſtelle. & Magorum inquiſitione. tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam. xxxi. Vox in Rama audita. Rama aliqñ eſt proprium nomen loci. & ſic non accipitur hic. aliqñ eſt nomen commune. & ſignat excelſum. & ſic accipitur hic. ſecundum qđ patet Hieremie. xxxi. ubi dicitur uox in excelſis. Sequitur Rachel ploranſ filioſ ſuoſ. licet aũt Iudaſ non ſit natuſ de Rachel: ſed de Lya: ſicut habet̃ Gñ. xxix. tñ dicitur hic mater puero⁹ de Bethleẽ. que erat ſita in ſorte Iude. quia ipſa Rachel ſepulta eſt iuxta Bethleem. & habet̃ Gñ. xxxv. & ideo ratione ſepulture dicta eſt mater ipſius Bethleem: & habitantiũ in ea. & ideo dicit hic plorare metapho. ratione predicta. & noluit conſolari quia non ſunt. ſubintelligitur uiuenteſ. Defuncto Herode. Hic ponitur illud quod eſt ſequẽſ ad perſecutionem: quia mortuo Herode qui puerum perſequebatur: angeluſ monuit Ioſeph. ut puer in terram Iſrael reportaret̃. non nominauit autem angeluſ aliquam ciuitatẽ determinate. ut ex reuerſione angeli inſtruentiſ eum. de loco Ioſeph ex fre/quenti locutione cum angelo conſolaretur: Sequitur. audienſ aũt ꝙ Archelauſ etc. ad euidentiam huius notandum. ſecundum quod refert Ioſephuſ antiquitatum. xix. Herodeſ morienſ condidit teſtamentũ: in quo ordinauit Archelaum filium. regni ſui ſucceſſorem. ita tñ ꝙ coronam ſibi non imponeret. niſi per Romanum Imparatorem. ad accipiendũ igit̃ Dyadema uenit Romã. Sed & fratreſ eius Philippuſ & Herodeſ illuc uenerunt. petenteſ paterne hereditatiſ partem. finaliter decreuit Imparator ut Archelauſ haberet medietatẽ regni paterni. que dicta eſt Iudea. aliam aũt medietatẽ diuiſit in duaſ parteſ. & unam dedit Herodi: & factuſ eſt Tetrarcha Galylee: aliam dedit Philippo. & factuſ eſt Tetrarcha Byturee. & Traconitidiſ regioniſ. ut tangit̃ Luce. iii. igitur quia Archelauſ fuerat a patre ſubſtitutuſ. quãtum in ſe fuit: ideo fa/uebat factiſ a patre. propter quod Ioſeph timuit illuc ire. & ammonituſ in ſomniſ per angelũ. uenit in parteſ Galylee. ubi dominabat̃ aliuſ filiuſ. qui portiõe ſibi debita: a patre fuerat priuatuſ. quantum in ſe fuit. ut uiſum eſt. propter quod Ioſeph cum puero ibi ſecuriuſ manſit. & uenienſ habitauit in ciuitate que uocatur Nazareth. ut ibi Chriſtuſ nutriretur. qui in Bethleem fuerat natuſ. ut predictum eſt. ut adipleret̃ quod dictum eſt per prophetam Eſa. xi. egredietur uirga de radice Ieſſe. & floſ de radice eius aſcẽdet. Hebraica ueritaſ ſic habet. & Nazarenuſ de radice eius cõſurget. & ideo dicit. ꝙ Nazarenuſ uocabitur. quia in Nazareth fuit conceptuſ: & nutritus. licet in Bethleem fuerit natuſ. ut habetur ſupra. & Luce. ii. expreſſiuſ. .III.

IN diebuſ autem illiſ. Hic tertio oſtendit euangeliſta Chriſtum eſſe ue⁹ deum. & uerum hominem. ex teſtimonio Iohanniſ. & etiam dei patriſ. & diuiditur in

duaſ parteſ. quia primo ponitur teſtimoniú Iohanniſ. Secundo ponitur teſtimoniú dei patriſ. ibi: baptizanſ aút Ieſuſ. Item prima in duaſ. quia primo ponitur idoneitaſ Iohanniſ ad teſtificandum. Secundo ponitur ipſiuſ teſtimoniú. Ego quidem baptizo uoſ etc. Item p̄ma in treſ. quia primo oſtendit̄ eiuſ idoneitaſ Iohanniſ ad teſtificandú ex auctoritate ſacre ſcripture. Secundo ex ſanctitate uite. ibi: ipſe aút Iohanneſ. Tertio ex ueritate doctrine. ibi: uidenſ aút multoſ. Circa primum premittitur. tēpuſ predicatiónſ Iohanniſ. locuſ. & moduſ. & tempuſ cum dicit. In diebuſ illiſ. i. in diebuſ Chriſti. nec eſt hoc referēdum ad dieſ Chriſti predictaſ immediate. ſ. ad dieſ pueritie quando fuit reportatuſ de Egypto. tunc enim erat in quinto anno a ſua natiuitate. Sed referendum eſt ad dieſ Chriſti. qñ fuit eratiſ perfecte Luce. iii. erat. n. incipienſ xxx. annum qñ uenit ad baptiſmum. de quo hic agit̄. & ideo euangeliſta Mattheuſ. tranſit totum tempuſ intermedium. a quinto anno Chriſti uſq; ad baptiſmum. tūc. n. incepit Iohanneſ predicare & ſic patet tempuſ. & locuſ deſignatur. cum dicitur: in de/ſerto. ibi. n. Iohanneſ nutrituſ fuit. ut dicitur Luce. i. & ideo primo predicauit ibi. & poſtea ad regionem circa Iordanem deſcendit. moduſ aút predicationiſ ſubditur: cum dicitur. penitentiam agite. iſta erat debita diſpoſitio ad inchoationem noue uite. que per Chriſtum erat danda. & ideo dicitur. appropinquabit enim regnum celorum. alii aút promittebant bona temporalia obſeruantibuſ legem. iſte autem celeſtia. quia erat precurſor Chriſti. per quem facta eſt ueritaſ. & gratia. & apta eſt celeſtiſ porta. & ad hoc confirmandum inducit̄ Eſaie teſtimonium. Eſaie. xl. d. illiſ. hic eſt enim. ſ. Iohā. de quo ſcriptū eſt. uox clamantiſ etc. quia Iohanneſ fuit ille de quo predictum fuerat. q̄ per uocem predicationiſ debebat clamare in deſerto Iudee. propter p̄parationem populi in aduentu ipſiuſ Chriſti. ad hoc enim erat ordinata predicatio Iohanniſ. ut p ſuam predicationem populum congregaret. & populo congregato Chriſti aduentum denuntiaret. Ipſe aút Iohanneſ etc. Hic oſtendit̄ idoneitaſ Iohanniſ ad teſtificandū de Chriſto de ſanctitate uite. hoc aút oſtendit̄ ex uilitate ueſtituſ. ipſe aút Ioh. etc. & ex auſteritate victuſ. cum dicit. Eſca aút eiuſ locuſte. que ſūt parua animalia uo/litantia per modum ſaltuſ: & reperiuntur in deſerto Iudee. & frixa cum oleo ſunt cibuſ pauperum. Sequitur. & mel ſilueſtre. hoc aút mel ibidem reperitur in truncis arboꝝ. uel ſecundū Rabanum ſunt folia arboꝝ alba. & tenera. que manibuſ cōtrita habent ſaporem quaſi melliſ. talibuſ ueſtebatur Iohanneſ. ex quibuſ patet auſteritaſ eiuſ in victu. & ueſtitu: & quia in moralibuſ magiſ mouent facta. q̄ uerba: & uita ſancta. q̄ loquela cōpoſita. ideo ſtatim ſubditur. exhortationiſ ſue efficatia. cū dicit̄: tunc exibat ad eum Hieroſolima. hic accipitur continenſ. pro contento. i. populuſ de Hieruſalem. & omniſ Iudea. i. multi ſicut ſecundum modum communem dicimuſ tota ciuitaſ illa currit illuc. i. multi. quia non omneſ currunt immo aliquando plureſ remanent. & eſt quedam figura que uocatur hyperbole. i. locutio multū expreſſiua. & baptizabantur ab eo in Iordane confidenteſ peccata ſua. baptiſmuſ enim Iohānis. ad hoc erat ordinatuſ. q̄ſi quedam preparatio. & quedam prefiguratio baptiſmi ipſiuſ Chriſti. de proximo uenturi. & ideo Iohanneſ non ſolum predicabat. ſed etiam bap/tizabat. quia ſicut ſua predicatione nuntiabat Chriſtum de proximo uēturum: Sic ſuo baptiſmo aſſuefaciebat homineſ ad libentiuſ ſuſcipiēdum Chriſti baptiſmum. unde baptiſmuſ Iohanniſ. erat quedam proteſtatio credendi in Chriſtū uenturꝝ. & faciendi opera penitentie. ut deuotiuſ reciperent ipſum. & hoc eſt quod dicitur Actuū. xix. Iohanneſ baptizauit baptiſmo penitentie populum. dicenſ in eum qui uenturuſ eſſet poſt ipſū ut crederent: hoc eſt in Ieſum. ideo ſequit̄. confidenteſ peccata ſua. delenda

ſcilicet per Xp̃m uenturum. quia hoc non poterat facere Iohanneſ. ſed denunciabat hoc per Xp̃m fiendum: ut habetur eodem ca. Videns autem multos phariſeos. Hic oſtenditur idoneitas Iohānis ad ferendū teſtimoniū de Chriſto. ex ueritate doctrīe. que conſiſtit in hoc ꝙ aliqs non timet uitia magnos confidenter arguere. ꝙ faciebat Iohanneſ. qđ notatur. cum dicitur: uidens multos phariſeos. & ſaduceos. Iſti enim famoſi erant in populo. ſicut homines litterati. & religioſi: ut patebit infra. uentes ad baptiſmum. non credentes ſecundum ueritatem: ſed magis ad ſimulationem. & inſi/ diationē: ſcđm qđ habetur infra. xxi. ubi dicitur. ꝙ dño querente ab eis. baptiſmus Iohannis. unde erat e celo an ab hominibus. non fuerunt ausi reſpondere de celo. qa ſtatim dixiſſet eis. quare nó credidiſtis ei. ex quo patet ꝙ ficte uenie bant. & hoc idē dicit Ioſephus in libro antiquitatū. xix. Et ideo Iohanneſ cōfidenter arguebat uitia eorum. d. progenies uiperas. qa uenenum erroris & hypocriſis a ſuis progenitoribus traxerāt. quis demonſtrauit uobis fugere a uentura ira. quaſi dicat licet falſitas ueſtra lateat. a cōſpectu populi. tñ non poterit latere in iudicio dei. qa tunc erunt mānifeſta abſcōdita cordis ueſtri. Facite ergo dignū fructū penitentie. quia aliter non poteſtis euadere illud iudicium: & non ſolum dicit fructum penitentie. ſed dignum penitentie ſecundum peccati modum. unde dicitur Apoca. xviii: quantum ſe glorificauit. & in deliciis fuit. tm̃ date illi tormentū. & luctū. & ne ceperitis dicere inter uos etc. phariſei enim de hoc gloriabātur. quia de Abrahā deſcenderant. & ideo ex promiſſione facta Abrahe. ſine operibus. ſalutem conſequi preſumebant: & hoc eſt manifeſte falſum: qa non dicuntur filii Abrahe. ex carnali propagatione. ſed magis ex fidei imitatione: ut dicit̄ ad Ro. iii. & ideo quia phariſei. & legiſperiti fidē Abrahe de Xp̃o reſpuerunt: ideo nomem filiationis Abrahe perdiderunt. & hoc eſt quod dicit Iohanneſ. & ne ce/ peritis dicere inter uos. per falſam. ſ. eſtimationem. patrem habemus Abrahā. quia nó eſt ſic ſecundum ueritatem. econtrario gentiles fidem Xp̃i deuote ad predicationem Apoſtolos receperunt. ideo filii Abrahe facti ſunt. & hoc eſt quod ſubdit Iohānes. potēs eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahe. dicitur aūt ꝙ Iohanneſ demó/ ſtrauit illos lapides quos filii Iſrael de fundo Iordanis abſtulerunt. ut habetur Ioſue. iii. in memoriam miraculi: ꝙ dominus intranſitu eos aq̃s Iordanis ſiccauit. Sed per illos lapides Iohanneſ gentiles ſignauit. eo qđ colebant idola. de lapidibus facta. unde dicit̄ in Pſal. cen. xiii. Similes illis fiant qui faciunt ea. filii ergo Abrahe de lapidibus ſuſcitati ſunt: qñ Iudeis per infidelitatem a filiatiōe Abrahe decidentibus gentiles fidē Xp̃i recipientes. in locū eorū ſubſtituti ſunt. & hoc erat predictum Oſee. i. & erit ubi dicitur. non populus meus uos ibi dicet̄ filii dei uiuentis. & quia doctor ueritatis non ſolum debet uitia confidenter arguere. Sed etiam penam predicere. ideo ſubdit Ioh. Iam ſecuris id eſt ſeueritas diuine iuſtitie: ad radicem arboris. arbor iſta homo eſt q̃ſi arbor conuerſa. radix huius arboris eſt uoluntas mala. ex qua ſicut ex radice ꝓcedūt oīa peccata. quia non pōt eſſe peccatum niſi ſit uoluntarium. omnis ergo arbor que non facit fructum bonū excidetur: per ſententiam extremi iudicii. & in ignē mittet̄. ſcilicet inferni. Ego qdem baptizo uos etc. oſtenſa idoneitate Iohānis ad teſtificandū. Hic conſequēter ponitur ipſius de Xp̃o. teſtimonium. & ponitur primo teſtimoniū ipſius de Xp̃o. in eius abſentia. & ſcđo in eius preſentia. ibi: tunc uenit Ieſus. In p̄ma parte fert teſtimonium de Xp̃o. quantū ad excellentiam ſue diuinitatis. d. ego bap/ tizo uos in aqua. i. lauo tantumó corda. que quidē lauatio eſt ſignū penitentie fiēde. ideo dicit in penitentia. qui autem poſt me uenturus eſt. ſ. Xp̃s. fortior me eſt. quia ipſe habet uirtutem diuinitatis. & ideo. non ſum dignus portare calciamenta eius. non

quia Xp̃s calciatus inceſſerit. cum diſcipulos ſuos ad predicãdum ſine calciamentis ire iuſſerit ut habet̃ Luce. xxii. qñ miſi uos ſine pera & calciamentis etc. Sed eſt moduſ communis loquendi. qñ aliquis ſe compat alicui improportionaliter excedendi. quod eſt impꝓpoſito. qđ declarat per factũ. d. ipſe baptizabit uos in ſpiritu ſancto. gratiam ſancti ſpiritus conferendo. qđ non pót facere niſi deus. additur aũt. & igni. quia ſuꝑ baptizatos de nouo in primitiua eccleſia frequẽter apparebat ſpiritus sãctus in ſigno uiſibili. ſicut apparuit ſuper Apoſtolos in linguis igneis. oñdit cõſequenter Iohannes in Chriſto iudiciariam poteſtatem. cum dicit: cuius uentilabꝛ. Ad cuius intellectum ſciendum ꝙ uentilabrum eſt inſtrumentum. quo ſolet purgari bladum in paleſtina. & eſt factum ſicut pala cum qua proicitur granũ paleis cõmixtum. in altum: & uẽtus paleas tollit. & granum in area cadit. Iohannes ergo metapho. loquens per uentilabꝛ intelligitur diuinum iudicium. quo Xp̃s permundabit aream ſuam. i. eccleſiam. in qua nũc ſunt permixti mali cum bonis. ſed in iudicio ſeparabuntur. triticum aũt ſuum. i. iuſtos. & electos congregabit in horreum ſuum. i. in eternam beatitudinẽ. paleas aũt. i. homines uanos. & falſos. comburet igni inextinguibili. i. in pena infernali ſenſibili. Tunc uenit Ieſus. Hic ponitur teſtimoniũ Iobãnis de Xp̃o in ipſius p̃ſentia. Venit etenim Ieſus ad baptiſmum Iohannis. ut predicatiõem eius approbaret. Secundo ut ex tactu ſue carnis uim regeneratiuã aquis conferret. Tertio ut populus teſtimoniũ Iohannis de Xp̃o & etiam dei patris audiret. Iohannes aũt prohibebat eũ ex reue/rentia: cum sciret eum eſſe deũ uerum. & hominem. lauatura nõ indigentem ſed alios a peccato lauantẽ. ideo dicit: ego a te debeo a te baptizari. glo. Rab. originali pec/cato mundari. non quia tunc Iohannes haberet originale peccatũ. quia fuit in utero matris ſanctificatus. Sed loquebatur in perſona generis humani. uel aliter. ego a te. quia ſanctificati in utero non indigent baptiſmo Chriſti. ad hoc ut ſint Xp̃o incor/porati. quia in baptiſmo Xp̃i karacter imprimitur. per quem Xp̃o configurantur. Reſpondens aũt etc. Sequit̃. Sic decet uos adimplere omnem iuſticiam. i. humilitatẽ. unde ibi accipitur iuſticia non prout eſt uirtus ſpecialis: ſed generaliter prout includit omnẽ uirtutem. Baptizatus aũt Ieſus etc. Hic ponit̃ teſtimoniũ dei patris de Xp̃o. quia baptizato Xp̃o: aperti ſunt celi. non ꝙ celũ tunc fuerit diuiſum. ſed qa uidebat̃ aperiri ſicut in coruſcatione uidetur fieri. & per hoc ſignificabatur gloriam celeſtem credẽtibus in Xp̃m aperiri. & ſpiritus ſanctus in colũbe ſpecie apparuit. ad denotãdũ plenitudinẽ gratie in ipſo. & ecce uox de celis. uox. ſ. patris. hic eſt filius meus natu/ralis ſcilicet. alii aũt ſũt adoptiui í quo mihi cõplacui. i. í quo uolũtas mea cõplebit̃ de ſalute generis humani: & ſic apparet efficatia huius teſtionii. patet etiã ꝙ in baptiſmo Xp̃i tota trinitas apparuit large. apitionẽ accipiẽdo. pater. ſ. in uoce. filius in carne. ſpiritus ſanctus. in colũbe ſpecie. differẽter tñ quia filius apparuit in carne ſibi unita in unitate ſuppoſiti. in aperitione aliarum perſonarum: erat unio per modum ſigni.

NVnc ductus eſt Ieſus in deſertum. Hic quarto oſtendit .IIII.
euangeliſta in Xp̃o ueritatem diuinitatis. & humilitatis. ex demonis tẽtatione. ex ſanctorum angelorꝫ adminiſtratione. & primo ponit̃ primum. ſecundo ſcd̃m. ibi. Tunc reliquit etc. Prima diuiditur tres. ſecundum triplicem temtationem. & triplicem Xp̃i uictoriam. ſecundo. ibi: Tunc aſſumpſit eum. tertio. ibi: Iterum aſſumpſit eum. Prima igitur temtatio fuit de carnis concupiſcentia. accepit aũt temtator occaſionem primo. de hoc temtandi ex eſurie ipſius Chriſti. poſt baptiſmũ. n. Chriſtus. immediate ductus eſt a ſpiritu. ſ. ſancto. quia humanitas Chriſti erat organũ diuinitatis: & ideo ad omnia mouenda agebat̃ inſtinctu ſpiritus ſancti. hoc igitur motu. uit in deſertũ

locum. ſ. aptum orationi. ut ibi ſpiritum in oratiõe offerret pro nobiſ deo patri. & cũ ieiunaſſet etc. ut carnem innocentem. pro nobiſ maceraret. & exemplum fidelibuſ daret. & per hoc qđ poſt baptiſmũ talia egit nobiſ oſtendit. ꝙ qui incboat nouã uitã det ſeipſum deo offerre per ieiunium. & orationẽ. Sequitur. quadraginta diebuſ. nõ ultra tranſiit. ut uirtuſ diuinitatiſ diabolo celaretẽ. quia Moiſeſ & Heliaſ ieiunauerãt tot diebuſ. poſtea eſuriit. per hoc in ſe. & ueritatem humane infirmitatiſ oſtendit & occaſionẽ temtatori dedit. ideo ſequitur. & accedenſ temtator: Ad euidentiam huiuſ temtationiſ ſciendum ꝙ diaboluſ ſciebat predictũ per prophetaſ. ꝙ Xp̃ſ futuruſ erat ueruſ homo. & ueruſ deuſ: ut habetur expreſſe Eſaie. ix. paruuluſ natuſ eſt nobiſ. & filiuſ datuſ eſt nobiſ. ecce uera humanitaſ. & uocabitur nomen eiuſ admirabiliſ conſiliariuſ: deuſ fortiſ pater futuri ſeculi: princepſ paciſ. ecce manifeſta eiuſ diuinitaſ. & pluribuſ aliiſ locis idem exprimit. qđ omitto. propter prolixitatem. Similiter ſciebat tempuſ natiuitatiſ Xp̃i eſſe completum. tum per hebdomadaſ Danielis. in quibuſ erat determinate prefixuſ terminuſ ſui aduẽtuſ. tum propter tranſlationẽ regni Iudeoꝝ. ad Herodem alienigenã. prout fuerat predictum per Iacob patriarcham Gñ. xlix. ut ſupra expoſitũ ẽ plenius. ii. ca. Sed neſciebat certitudinaliter ꝙ Ieſuſ Nazarenuſ eſſet ipſe Xp̃ſ de quo talia fuerant dicta. ueruntñ propter euidentiã ſanctitatiſ eiuſ & propter completionem temporiſ reſpectu Xp̃i aduentuſ. habebat quandam conieecturam. ꝙ ipſe eſſet ueruſ Chriſtuſ. & ideo de hoc uoluit experientiam accipere per temtationem. quia temtare eſt accipere experientiam de aliquo ignorato: intendebat etiam ulteriuſ per hanc temtatiõem inducere eum ad peccatum ſi inueniretur puruſ homo. ſed neutrũ obtinuit. ut patebit. dicit igit̃ temtando. ſi filiuſ dei eſ. ſ. naturaliſ. & per conſequenſ ei equaliſ in poteſtate. dic ut lapideſ etc. Luce. iiii. dicitur. dic lapidi huic etc. & idem eſt: quia ſingulare includitur in plurali. & ideo ſi demõſtrauit plureſ lapideſ. neceſſario demonſtrauit unum. uel aliter dicendum. ꝙ Lucaſ accipit ſingulare pro plurale. ſicut accipitur Exodi. viii. uenit muſca grauiſſima. in domo Pharaonis. i. multitudo muſcarum. qui reſpondenſ dixit. ſic reſpondit Xp̃ſ ꝙ nec diuinitatem eiuſ poterat perpendere: nec ipſum ad gulam inducere. d. ſcriptum eſt. Deut. viii. non in ſolo pane etc. ſ. corporali. uiuit homo: ſed in omni uerbo etc. qđ uerificat̃ non ſolum de uita ſpirituali. ſed etiã de corporali. ſicut patet de Moiſe qui ieiunauit. xl. diebuſ & xl. noctibuſ uerbo dei ſpiritualiter: & corporaliter ſuſtentatuſ. Exo. xxxiiii. Tunc aſſumpſit eum. Hic ſecundo temtat eum de ſuperbia. & ad eundem finẽ ſicut priuſ. dicit ergo Matt. tunc aſſumpſit eum diaboluſ in ſanctam ciuitatem. i. in Hieruſalem. que dicebatur ſancta. i. diuino cultui mancipata. propter templum qđ erat ibi. nec erat licitum in lege ſacrificare deo alibi. & ſtatuit eum ſupra pinaculum tẽpli. iſtud pinaculum templi. erat pinaculum templi tectum: qđ erat deſuper planum. ſicut tunc fiebant domuſ Paleſtinoꝝ. erat enim intentio demoniſ. illuc eum portantiſ ut a populo ciuitatiſ ipſe Ieſuſ quaſi uolare uideretur. & ſic in uanam gloriam ferret̃. ſed diuina uirtute fecit ꝙ nulluſ eũ uidit. quia in poteſtate eiuſ erat uideri. & nõ uideri. & dixit ei ſi filiuſ dei eſ mitte te deorſũ. quaſi diceret. uirtute propria poteſ ſine piculo & etiam propter miniſterũ angeloꝝ tibi ſeruientiũ. ſcriptum eſt. n. de te. ſ. in Pſal. lxxxx. quia angeliſ ſuiſ etc. ait illi Ieſuſ. Sic reſpõdet ei per ſcripturã. que totaliter euacuat eiuſ temtationem: non temptabiſ Deut. vi. temtare enim deum eſt querere experimentum de dei uirtute. abſq; ineuitabili neceſſitate. & hoc eſt peccatum. quia quantũcunq; habet homo aliquid. qđ poteſt facere ſecundũ uiam humanam. ad euadendum periculum. non debet illud omittere. querendo diuinum experimentum. &

aliqd dabiſ cū iniuſte petētē correxeriſ. & eodē mō exponit. qđ ſubdit. & uolēti a te mutuare. ne aduertariſ mutuādo. ſi rationabiliter petit. uel rationē reddēdo ſi irrationabiliter. Audiſtiſ. hic dat intellectū p̄cepti de dilectione p̄ximi. ſup̄ qđ fundatur lex. int̄ntū ordinat ad p̄ximū. qa in p̄cepto caritatiſ tota lex pēdet: & ppbete. In hoc aūt p̄cepto Iudei errabāt. ex hoc. n. qđ p̄ceptū ē Leui. xii. diligeſ p̄ximū tuum ſicut teipſū. arguebāt a cōtrario ſenſu. ꝙ debebāt odire inimicum. ſed hoc ē falſū. qa oīs homo ex caritate diligēduſ ē. int̄ntū ad imaginē dei ē. & capax ipſius p̄ recognitionē. & amorē. amicicia. n. caritatiſ. fundat̄ ſup̄ cōmūicationē ſupne beatitudiniſ. & ideo oīs ītellectualiſ creatura. que ī actu. uel potētia ē beata. ē ex caritate diligēda mali aūt boneſ q̄diu ſūt in uia. ſūt in potētia uenīēdi ad beatitudinē. & ideo licet eoꝝ malitia ſit odiēda: ipſa tñ natura poſſibiliſ beatificari. ē diligēda. & hoc ē qđ dicit Sal. diligite inimicoſ ueſtroſ. bona. ſ. gratie. & glorie eiſ optādo. alia uero nō ſunt eiſ optāda. niſi ī q̄dā generalitate. iq̄tū ualēt ad eoꝝ ſalutē. qđ ſoli deo ē notū. qa oīmbuſ aliiſ pōt homo bñ: uel male uti. & ideo circa hoc nō ē determīate ad petēdū. Seqtur bñfacite. bñfacere ē effectuſ dilectiōiſ. & ideo ſicut tenemur diligere inimicoſ q̄tū ad bōa gratie. & glorie. ita tenemur ī effectu ſalutē eoꝝ mō debito. & poſſibili p̄curare. & orate p̄ p̄ſequētibuſ. optādo. ſ. bona gratie. & glorie. alia aūt bona in ſpeciali optare. uel facere. nō ē neceſſitatiſ. ſed ſuperogatiōiſ. ad p̄dicta aūt faciēda etiā inimiciſ hortat̄ noſ exēplo dei. q ſolē ſuū oriri facit etc. bñficia. n. cōmūia nō ſubtrahit maliſ hominibuſ: q tñ ei q̄tū in eiſ eſt inimicāt̄. arguit aūt hoc exēplo gētiliū infideliū. qui ſuoſ amicoſ diligūt & eiſ bñfaciūt. Si ergo ſup̄ ipſiſ mercedē beatitudiniſ uolumuſ habere: debemuſ pluſ p̄pter deū facere. dilectionē etiā ad inimicoſ extētēdo mō p̄dicto & hoc ē qđ cōcludit ī fine. eſtote ergo p̄fecti. legē. ſ. euāgelicā. que ē lex amoriſ cōſeruādo. ut ſitiſ p̄fecti ſicut pater ueſter celeſtiſ etc. qa bñficia largit̄ etiā maliſ hominibuſ. ita ꝙ p̄pter eoꝝ malitiā nō deſerit bñficētiā circa ipſoſ. ita nec noſ circa inimicoſ. mō tñ p̄dicto intelligēdo. qa aliqñ ē neceſſitatiſ. & aliqñ ſuperogatiōiſ. VI.

ATtēdite ne iuſtitiā ueſtrā etc. Poſt̄q̄ Sal. regulauit hōiſ opationē: Hic regulat ipſius affectionē. & p̄mo reſpectu dei. Scđo reſpectu p̄ximi ca. vii. nolite. Pria in duaſ. qa p̄mo regulat affectionē hominiſ excludēdo ab opibuſ eius intētionē uane glorie. Scđo ſollicitudinē auaritie. ibi: nolite theſaurizare. Prima ī duaſ. qa p̄mo dat intentionē ſuā in generali. Scđo magiſ applicat in ſpeciali. ibi: cū faciſ elimoſinam. Circa p̄mā ptē aduertēdū. ꝙ ſcđm qđ dicit Philo. ii. Ethi. bonū cōtingit uno mō. malū aūt omnifariā. qa actuſ humanuſ ad hoc ꝙ ſit bonuſ req̄rit̄ bonitaſ generiſ. & circūſtantiaꝝ. ſed reddit̄ maluſ ex quolibet defectu iſtoꝝ. & ideo nō ſufficit ꝙ actio ſit bona de genere. ſed req̄rit̄ ꝙ fiat recta intētiōe. bonitaſ. n. finiſ eſt. circumſtantia p̄ncipaliſ. & ideo opuſ q̄tūcūq; bonū in genere. ſi fiat intentiōe uane glorie redditur malū. p̄pter qđ dicit Sal. attēdite. i. diligēter cōſiderate. ne iuſtitiam ueſtrā. i. opera bona de genere. quecūq; fuerīt illa. qa oīa cōtinētur ſub iuſtitia generaliter dicta. faciatiſ coram hominibuſ. ut uideamini ab eiſ: gloriā. ſ. & laudem humanā ex talibuſ querēdo. per hoc aūt nō p̄hibet̄ ꝙ opa bona fiant corā hominibuſ. ad proximorū edificationē. & dei gloriā. qđ ē bonū. & meritoriū. ut ſupra dictū ē. Sed qa hic loqt̄ impfectiſ. q defacili in uanā gloriā efferūt̄. ideo conſulit eoꝝ bona opa occultanda. ſupra aūt loquebat̄ p̄latiſ. q ſunt in ſtatu p̄fectiōiſ. p̄pter qđ nō ē eſtimādū. ꝙ defacili ferant̄ in uanā gloriā. ideo dixit eoꝝ opa in publico fienda. ad aliorū edificationē ſic luceat lux ueſtra etc. ut ſupra dictū ē. aliqd. n. bñ ē cōſulendū uiriſ perfectiſ. de quoꝝ ſecuritate cōfidit. qđ nō eſſet cōſulēdū impfectiſ. & puliſ: de quoꝝ debilitate

timeć. Amē dico uobiſ. i. Firmiter. & fideliter aſſero. receperūt mercedē ſuā. ex quo
n. intētio ferē ad hoſeſ tm̄. nó ē aliud a deo iuſte expectandú. Cú ergo etc. hic ap/
plicat í ſpeciali. & ꝑmo excludit intētionē uane glorie. ab operibuſ miſericordie. ſcdo
ab actibuſ latrie. ibi: & cú oratiſ. tertio ab opibuſ penitētie. ibi. cú aút ieiunaſ. dicit
ergo ꝑmo. cú facis elimoſinā noli tuba canere ante te. hoc ē ad laudē hoím manife/
ſtare. Ad cuiuſ intellectú ſciendú ꝙ apud Iudeoſ utebāt tubiſ: ſicut apud catholicoſ
campaniſ. & ideo ſicut uidemuſ ꝙ in aliqbuſ locis pulſat cāpana ꝓ elimoſina recipiēda
ita apud Iudeoſ ad hoc faciendú utebant tuba. Sed hypocrite nó faciebāt hoc ꝑnci/
paliter ꝓpter paupeꝝ uocationē. ſed magis ad ꝓpam oſtentationē. ut patet í littera
cú dicit. ut honorificent etc. rationē aút ꝓhibitióiſ ſubdit. amē dico uobiſ receperút
mercedē: modú aút cōueniētē faciēdi eliſoſinā. ſubdit cú dicit. te aút faciēte elimoſinā
neſciat ſiniſtra tua etc. moduſ loquēdi ē. qñ aliqd fit ſecrete. ꝓ hoc ínuēſ. ꝙ talia ſunt
fiēda ꝓpter deú tm̄. unde ſubdit. & pater tuuſ. ſ. deuſ q ē pater omniú ꝓ creationem.
& iuſtoꝝ ꝓ gratie adoptionem. q uidet in abſcondito. qa ipſe ſoluſ uidet intentionem
cordiú. reddet tibi. Et cú oratiſ. Hic cōſequenter excludit indebitú modú circa actú
latrie. inter actuſ latrie. actuſ cōmunior ē oratio. & ideo qđ de ipſa hic dicit de aliiſ
actibuſ latrie ítelligit. igit circa orationē ꝑmo excludit indebitú orandi modú. ſcdo
concludit modú debitú. ibi: ſic aút orabitiſ. Prima í duaſ. qa ꝑmo ab actu orandi ex/
cludit uane glorie intētionem. & ſcdo quorúdā gentiliú errorē. ibi: oranteſ aút. Ad
euidētiā ꝑme ptiſ. conſiderandú ꝙ duplex ē oratio. quedā publica. que fit a miniſtriſ
eccleſie. & iſta nó debet fieri in occulto. ſed magis in palam in loco cōmuni. ſ. eccleſia:
corā populo. qa ꝓ tota cōmunitate offert. & ideo populuſ í hoc cōformare ſe debet
miniſtriſ eccleſie ipſú deú depcādo. ſcdm modú congruú. & ſibi poſſibilē. non poſſent
aút in hoc ſe miniſtriſ eccleſie conformare: niſi ꝑdicta oratio miniſtroꝝ eccleſie. fieret
in publico. ꝑdicto mó. Vnde de tali oratióe nó loqt hic Sal. Alia ē oratio ꝑuata. &
taliſ magis debet fieri í ſecreto. duplici de cauſa. qa oratio ē eleuatio mētis í deú. menſ
aút humana citiuſ & meliuſ eleuat in deú. qñ in ſecreto loco homo conſtituit. & a tu/
multibuſ alioꝝ ſepat. Alia cauſa ē. ad euitationē uane glorie. que defacili inſurgit.
qñ oratio in publico fit. & hoc ē qđ dicit Sal. cum oratiſ nó eritiſ ſicut hypocrite. q in
Syna. & angu. pla. ſta. orare. dicit ſtāteſ ut magis appeāt ex mó ſe bñdo. í Synago.
& anguliſ pla. ex ratióe loci. quia Synagoga eſt locuſ cōmuniſ. ubi cōueniebāt Iudei
ad audiēdú uerbú dei. uel aliq̄ ratióe huiuſmói. & dicit a ſyn. qđ ē có. & goge. qđ ē
populuſ. qa ibi cōueniebat populuſ. & in āguliſ plateaꝝ. platee iſte dicebāt atria. que
erant ꝓpe tēplú: ubi cōueniebāt hoíeſ ad orandú: uel ad audiendú doctoreſ. & ideo
erat locuſ cómúiſ. cōſequēter oñdit debitú modú orādi. cú dicit. Tu aút cú oraueriſ
intra in cubiculú tuú. i. locú ſecretum. & clauſo oſtio. ne ueniat multitudo impediens
eleuationē mētis in deú: & mouēſ ad elationē mētis. ora patrē. & patet littera. Orāteſ
aút etc. hic excludit errorē gētiliú. circa orationē. credebāt. n. qdā gentileſ q uoca/
bant Ethnici ꝙ ex multiplicatióe uerboꝝ cōpoſitoꝝ. in oratióe. aliqd manifeſtaret
ipſi deo. ꝙ ꝑuſ eſſet ſibi ignotú. & ꝑ cōſequēſ ímutaret ad aliqd agēdú. cuiuſ ꝑuſ uo/
lebat cōtrariú. utrúq; iſtoꝝ ē erroneú. qa in deo nulla cadit mutatio. hūc aút errorē
excludit Sal. d. orāteſ nolite multú loq ſicut Ethnici. ex quo patet ꝙ non probibet
multiplicationē uerboꝝ abſolute. Sed ad illā intētionē q̄ habebāt Ethnici. que dicta
ē. & boc ē qđ ſubdit. putāt. n. ꝙ í multiloqo etc. pñt tm̄ multiplicari uerba in oratióe
duplici de cauſa. una ē ut ꝓ ſignificationē uerboꝝ deuotoꝝ. animuſ meliuſ eleuet in
deú. alia cauſa ē. ut in deú eleuet non ſolú mēte. ſed etiā corporali uoce. ſecundú illud

Psal. lxxxiii. cor meū. & caro mea exultauerūt in deum uiuū. nō tñ pōt dari certa regula. Sed debet homo talibus uerbis uti ī oratiōe q̄tū ꝓcipit homo ꝙ faciāt ad deuotiōis excitationē. Si aūt ecōtrario ꝓcipiat. ꝙ multiplicatio uerboꝝ distrahat mētē eius: debet cessare a uerbis. & orare deū affectibus mentis. hoc tñ intelligendū est in oratiōe ꝑuata: ut dictū ē. qa oratio publica debet esse ī uerbis. ut possit ꝓcipi ab alijs. Seqt̄. scit. n. pater uester etc. hoc addit̄ ad excludēdū illoꝝ gētilū falsū ītellectū. s. qđ aliqd deo notificet̄ de nouo. qa oīa scit ab eterno. Sed querit̄ q̄re oratur deus ex quo ꝑ orationē sibi nihil manifestat̄. nec animus eius in aliquo mutat̄. & ideo uidetur ꝙ frustra oret̄. dicēdū ꝙ ꝑdestīatio diuina ē ꝑpatio gratie ī pñti. & glorie in futuro. & ideo cū sit eterna sicut ab eterno ꝑdestinatū aliquē ad beatitudinē: ita ꝑordinauit modū ꝑ quē daret sibi illā beatitudinē. s. ꝑ merita sua. & orationem. & ideo nō frustra orat deū. qa oratio ē illud ꝑ qđ ex ordīatiōe diuīa debet conseq gratiā. & gloriam. & eadē ē ratio de oīnibus alijs bonis. qa cadūt sub ordine diuīe ꝑdestinatiōis. Sic autem orabitis. hic docet Sal. modū orādi cōuenientissimū. ad cuius ītellectū sciēdū. ꝙ oratio scđm Dam̄. ē petitio decētiū a deo. ī hac aūt oratiōe exꝑmit̄ qdqd decet hoīem petere a deo. & qdqd decet deū dare hōi. & similiter hoc ordinatissime describit̄. qa illud qđ maxīe desiderari debet ab hoīe. & peti. a deo ꝑmo ponit̄. & qđ debet peti scđario in scđo loco. & sic cōsequēter usq; in finē. illud aūt qđ ꝑmo cadit in appetitu hominis. est beatitudo. scđo illud ꝑ qđ homo beatitudinē cōseqt̄. & illud scđo petit̄. ibi: fiat uoluntas tua. Circa ꝑmū cōsiderandū. ꝙ beatitudo dupliciter dicit̄. uno mō obiectiue. s. ipsa bonitas diuina. in seipsa. ꝑ cuius fruitionē beati efficimur. & ideo bonitatē ipsam diuinā ꝓ omnibus amare debemus. & ꝑ cōsequēs gloriā eius. & honorē ꝓ omnibus desiderare. & hoc ē qđ petimus in ꝑma petitiōe. cū dicit̄: pater noster q es ī celis san. no. dicit̄. n. pater oīm generaliter ratiōe creatiōis. addit̄ noster. qa ē pater spiritualis iustoꝝ. ꝑ gratiā adoptiōis q es in celis. qa licet sit ī omnibus ꝑ essentiā pñtiā. & potētiā. ē tñ speciali mō ī iustis ꝑ gratiā. tñ specialissīe excellētia eius relucet ī beatis ꝑ gloriā. sanctificet̄ nomē tuū. nō petimus ꝙ aliq̄ sanctitas ei de nouo accrescat. qa hoc ē impossibile. Sed ꝙ sanctitas que ei eternaliter inest. reluceat āplius in creaturis. & ꝑmo & ꝑncipaliter queratur in opibus humanis. scđm qđ dicit Aposto. i. ad Cor. x. oīa in gloriā dei facite. Alia ē beatitudo dicta formaliter. q ē actus ultīate. & ꝑfecte nos cōiūgēs deo. s. uisio: & fruitio. & illđ ē qđ scđo loco petius a deo. ut. s. simus ꝑticipes sue bonitatis. qđ fit in uisione beata. & hoc petimus cū dicimus. adueniat regnū tuū. & bñ dicit̄ adueniat: qa nō possumus ad deū uenire ꝑ gratiā. & gloriā. nisi ipe prius ueniat ad nos. Aug. sup Io. Ille. n. uenit quē gratia dei ꝓuenit. & Io. vi. Nemo pōt uenire ad me nisi pater q misit me traxerit eū. regnū tuū. beatitudo. n. eterna bñ dicit̄ regnū. qa ibi habet̄ plena. & ꝑfecta copia oīm bonoꝝ. fiat uolūtas tua. hic cōsequēt̄ petit̄ illud: ꝑ qđ possumus beatitudinē cōseq. & hoc dicit dupliciter. uno mō directe. & ꝑ se. alio mō īdirecte. q̄si ꝑ accidēs. cuiusmōi ē remotio īpedimēti. scđm ponit̄. ibi. & dimitte nobis debita. adhuc ꝓma in duas. ad assecutionē beatitudinis. fiat. aliqd dupliciter. uno mō ꝓncipaliter. alio mō q̄si instrumētaliter scđm pōit̄. ibi: panē nostrū. illud aūt ꝑ qđ ꝓncipaliter cōseqmur beatitudinē ē īpletio uolūtatis diuīe ꝑ sanctam opationē. & qa frequēter uolūtas eius ē nobis īcognita: & qñ cognoscit̄ adhuc sumus impotētes. & pigri ad implendū. ideo tertio petimus. fiat uoluntas tua. i. īspires nobis uirtutē. & ꝓpositū adīplēdi tuū bñplacitū. addit̄ aūt. sicut ī celo. & ī terra. beati. n. q sunt in celo. qa sūt cōiūcti īmediate glorie diuīe. ideo nō pñt deficere. nec deuiare a diuīa uolūtate. & ideo nos q sumus in uia. qa nō sumus sic cōiūcti. petimus ut diuīa

gratia hoc ſuppleat in nobiſ tenēdo uolūtatē noſtram ī cōformitate ad ſuā in opibuſ noſtriſ: ſicut cōformanē illi q ſunt in celiſ. panē noſtrū. hic petit illud p qđ inſtrumentaliter inducimur ad beatitudinē. & hoc accipit dupliciter. uno mō ꝑut aliqd ē iſtrumētū ipſius dei. & ſic ſacramēta eccleſie ſūt quedā inſtrumēta. qbuſ ſāctificamur. & ad beatitudinem ducimur. unde dicunt uaſa gratie. oīa aūt ſacramēta ordinant ad ſacramentū eucariſtie. qđ petimuſ q̄rto. cum dicimuſ. panē noſtrū. ſupſubſtantialē. dicit aūt ſupſubſtantialiſ: qa tranſcendit uitā corporalē. & dat uitam eternā Io. vi. Ego ſum panis uiuus q de celo deſcendi etc. & petendo hoc ſacramentū petimuſ omnia alia que ordinant ad ipſum. ut patet in. iiii. Sentē. Luce. v. uocat eū. panē cottidi/anū qa cottidie eū ſumimuſ ꝑ miniſtroſ eccleſie. q hoc ſacramentū percipiūt ꝑ ſe. & ꝑ tota cōmunitate. Alio mō accipit inſtrumētū ad conſecutionē beatitudiniſ. ex parte anime: & ſic cū corpuſ ſit inſtrumētū anime ſeu organū. & ꝑ conſequēſ uita corpaliſ. inſtrumentaliter facit ad cōſecutionē ſupnaturaliſ beatitudiniſ. inq̄ntū anima nō ex/ercet opa meritoria. niſi in corpore. quia tēpuſ meriti durat tm̄ tempuſ huiuſ uite. ad uitā aūt corporalē neceſſario requirit ſufficientia uictuſ. & hoc petit. cū dicit. panē noſtrū. & in hoc intelligūt peti oīa uite neceſſaria. Et dimitte nobiſ. hic conſequēter petimuſ ꝑ qđ conſequmur beatitudinē. ſicut ꝑ remouēſ. ꝓhibēſ. & diuidit in duaſ. quia ꝑmo facit qđ dictū eſt. ſcđo reddit rationē cuiuſdā dicti. ibi: ſi. n. dimiſeritiſ. Prima adhuc in treſ. qa a beatitudine conſequēda. ꝑmo ꝓhibet noſ peccatū cōmiſſum. ſcđo peccatū de ꝓximo cōmittendū. & tertio illđ qđ eſt ad utrūq; inclinatū. ſcđm ponit. ibi: & ne noſ inducaſ. tertiū. ibi: ſed libera noſ. Illud ergo q ꝑmo. & ꝑncipaliter īpedit noſ a cōſecutiōe beatitudiniſ: eſt peccatū iam cōmiſſū. qa ad beatitudinē ingredi non poſſumuſ donec peccatū cōmiſſum ſit totaliter dimiſſum. & q̄ntum ad culpā. & q̄ntum ad penā. & ideo banc dimiſſionē petimuſ. v. loco cū dicimuſ. & dimitte. addit ſicut & noſ di. qa hec ē regula nobiſ impoſita. q̄ſi uolumuſ nobiſ dimitti peccatum noſtrū. ita debemuſ ꝓximo dimittere peccatū in noſ cōmiſſū. Iſta tm̄ dimiſſio pōt intelligi dupli/citer. uno mō q̄ntū ad offenſam. & hoc ē neceſſitatiſ. qa tenemur oēſ diligere ex ca/ritate. alio mō q̄ntū ad iniuriam. & non ē neceſſitatiſ. licet ſit ſuperogatiōiſ. ſicut. n. peccuniā ablatā non tenet qſ auferēti dimittere. ſed petere pōt. ſic iniurie ſibi illate pōt recōpenſatiōem ꝑ emendā petere: ſcđm ordinē iuſtitie. Et ne noſ. ſecūdo impedit noſ a beatitudine peccatū. quod formidat de ꝓximo cōmittendū. & hoc cōtingit qm̄ ſumuſ poſiti in graui tēptatiōe cui ꝓbabiliter timemuſ ſubcūbere. & ideo. vi. petimuſ hoc a nobiſ amoueri. cū dicimuſ. & ne noſ inducaſ. i. induci ꝑmittaſ. in tēptationē. non n. petimuſ ut nō tēptemur. qa cōtēptari nō eſt malū. ſed eſt magiſ ad uirtutiſ exercitiū qm̄ uiriliter reſiſtit. ꝓpter qđ dicebat Pſal. ꝓba me dñe. & temta me. Sed petimuſ ne in tēptationē ducamur. i. ne ab ipſa deuīcamur: Sed libera. tertio impedit noſ illud qđ eſt inclinatū ad duo p̄dicta: & hoc ē fomeſ peccati. q eſt quedā pena ex peccato ꝑmi ꝑntiſ derelicta. & hoc malū pene. & alia mala p̄ntiſ uite inq̄ntū poſſūt noſ ad peccatū inducere. Septio petimuſ amoueri. & ab eiſ liberari. cū dicimuſ. libera noſ. ſeqt in fine amen. qđ eſt uerbū optatiuū reſpectu p̄cedentium. Si. n. dimiſeritiſ. hic reddit ratio cuiuſdā dicti ī p̄dicta oratiōe in. v. petitiōe ubi dicebat. dimitte nobiſ de. no. ſi. & n. di. & patet ſentētia ex p̄dictiſ ibidē. Cū aūt ieiūatiſ. hic excludit intētionē uane glo/rie ab opibuſ penitentie. d. Cū ie. no. fi ſicut hypo. dicitur hypocrita ab hypoſ. qđ ē ſub. & criſiſ. qđ eſt auꝝ. qa ſub auro. uel ſub honeſtate exterioriſ conuerſatiōiſ habet abſcōditū plumbū falſitatiſ. ſeqtur. triſteſ. iſti. n. oſtendūt q̄ndam faciē triſtitiam. ut ſimulent p̄ntie rigorē. ideo ſubdit. exterminant faciēſ etc. exterminare. n. eſt extra

terminos ponere. & ideo illi facies exterminat. qui q̃ndam tristitiã extra modũ solitũ alioq; demõstrant. ut religiosi p̃ ceteris appareant. uel aliter: sicut. n. aliqñ fiunt ung/uenta ad decorandum faciem. qbus utuntur mulieres. ad simulandũ pulchritudinẽ. ita fiunt quedam unguenta ad exterminandũ p̃dicto mõ faciem. & forte talibus utebãt ad simulandũ penitentiam. sicut etiã trutãni talibus utunt ad ex torquendũ peccuniã p̃ questũ. subdit aũt debitũ modũ ieiunandi. cum dicit. tu aũt cũ ieiunas unge caput tuũ. i. signa letitie p̃tende. talibus. n. unguentis. & lotione corporis utebantur Iudei in diebus solemnibus. & festiuis. ne uidearis hominibus ieiunans. i. ad gloriam hominũ querendã. sed patri tuo celesti. s. cuius gloriam debes tm̃ querere in operibus tuis. q ẽ in abscondito. qa deus in p̃ti uita non potest uideri a nobis: licet sit presens ubicũq;. cetera patẽt. Nolite thesaurizare. hic excludit ab affectiõe hominis peccatũ auaritie. & diuidit in duas partes. qa primo ostendit propositũ in actu exteriori. scd̃o in actu interiori. ibi: ideo dico uobis ne solliciti sitis. Prima in tres. scd̃m tres rationes per q̃s excludit ímoderatam congregationẽ diuitiarũ. congregant aũt diuitie. p̃pter sufficientiam uite habẽdam. thesaurizatio aũt indebita recte inducit contrarium. qa reddit hominem insufficientissimũ. qa talis thesaurizatio est que fit ex auaritia. & ex amore diuitiarũ in se. ille aũt qui sic congregat diuitias. non audet eis uti. sed iuxta eas ducit miserã uitã. & dimittit eas putrefieri. & ideo dicit Hieronym. in epistola ad Paulinũ. Antique dictum est. auaro deest. tam qd̃ habet: q̃ qd̃ non habet. & talẽ modũ thesaurizandi excludit Sal. cum dicit. Nolite thesaurizare in terra: ubi erugo. & tinea demolitur. erugo. i. eris rubigo. & in hoc tangit corruptio diuitiarum artificialiũ. ut auri. & argenti. & ceteroq; metalloq;: & tinea. hic tangit corruptio diuitiarũ naturalũ. ut bladi. & uini. & uestimẽtoq;. & consimiliũ. & ubi fures effodiũt. hoc dicit p̃pter lapides preciosos q licet nõ possint rubiginari: nec a uermibus corrodi. tm̃ possunt a latronibus tolli. ex predictis patet q̃ thesaurizatio que fit ex causis honestis non est interdicta a Saluatore tanq̃ illicita ut qñ aliqs thesaurizat ad opa pia facienda. ut ẽ cõstructio ecclesiarũ. reuelatio pauperũ. & huiusmõi. uel p̃pter rem publicã seruãdã & cõsimilia. Thesaurizate. p hoc cõcludit excellentissimũ modũ thesaurizandi. qñ. s. bona temporalia. & transitoria. consúmũt in prios usus. & sic cõmutant in bona spiritualia. & eterna. & per consequens incorruptibilia. & hoc est thesaurizare in celo. & patet littera. ubi est thesaurus tuus. hic ponit scd̃a ratio ad excludẽdũ thesaurizationem inordinatã temporaliũ. & accipitur ista ratio ex quodã effectu malo ipsius. q est excecatio mentis. ad talem. n. thesaurizationẽ sequit totalis conuersio mentis. ad amorẽ diuitiarũ. & hoc est qd̃ dicit: ubi est the. tu. ad hanc conuersionẽ. seq̃t auersio a deo. & qa intellectus illuminatur per coniunctionem ad deũ. ideo ex tali auersione obtenebrat. & qa intellectus dirigit omnes alias potentias in suis actibus. cũ sit oculus hominis interioris. ad hoc sequitur obtenebratio. & obscuritas in omnibus operibus mundanis. p̃pter qd̃ subdit. lucerna corporis tui. meta. est locutio. ac si diceret. sicut oculus corporalis dirigit opera corporalia. qa dirigit pedem ad ambulandum. manum ad operandũ. & sic de aliis. ita oculus mentis. p intẽtionẽ rectam dirigit opa humana in q̃ntũ in eis est ratio boni moralis. & ideo dicit. si oculus tuus fuerit simplex. i. intentio mentis recta. totum corpus tuum. i. congeries operationũ. lucidũ erit. i. sanctum. & bonum. dum tm̃ opus sit licitũ de genere. si aũt oculus tuus fuerit neq̃. i. intentio mala & peruersa. totum corpus tuum tenebrosum erit. i. tota congeries operationum tuarũ erit mala. etiam si actio de genere sit bona. sicut dare elimosinã mulierculę ut possit eam ad amorẽ illicitũ attrahere. est malũ simpliciter. p̃pter intentionẽ malitie peruerse.

ꝓpter qđ subdit. si ergo lumē qđ in te ē tenebre sunt. i. si actio bona de genere. que est quasi quoddam lumen efficitur mala propter defectū intentiōis bone. ipse tenebre quante erūt. q. d. multomagis. quia actio mala de genere. que est q̄si quedā tenebre. si tñ huic superueniat intentio mala est multodeterior. q̄ prima. ut si aliquis mechet cum aliqua. ut possit eius peccuniam furari. omnis talis tenebrositas ꝓcedit ex ímo/ derata congregatione diuitiarū. propter qđ est merito fugenda. Nemo pōt duobus. hic ponitur tertia ratio. quia illud est merito fugiendū ab homine. per quod impedit obsequiū deo debitum. quod obligatur homo ex beneficio creatiōis. & ex aliis bene/ ficiis. sed impeditur per congregationē diuitiarum inordinatam. ergo etc. minor aūt huius rationis declaratur cum dicit. in littera. nemo potest duobus dominis seruire. qđ est intelligendum. quando sunt contrarii. & disparati. & non sunt subalternati positi. sic est in proposito. quia auaritia que est seruitus idolorū non potest stare cum obse/ quio diuino. & ideo concludit. non potestis deo seruire. & mammone. mammana enim lingua Syra nomen est diuitiarum. uel nomen demonis. qui temtat de cupiditate di/ uitiarū. auarus aūt qui thesaurizat inordinate. seruit utrisq; & ideo non potest simul deo seruire. Ille autē qui impis opibus diuitias expendit. non seruit diuitiis. sed magis diuitie seruiunt sibi. quia eis utitur sicut ministris ad opera uirtutū: quia secundū qđ dicit Ambro. sup Luc. sicut diuitie sunt ꝑpedimenta improbis. ita ꝓbis sūt adiuuamēta uirtutis. & ideo talis potest simul seruire. deo & uti ipsis. ideo dico uobis etc. quia non solum congregatio diuitiarū. quantū ad actū exteriorem: deordinat hominis affectū. sed etiam sollicitudo acquirendi deordinat. quantū ad actum interiorem. ideo conse/ quenter excludit sollicitudinē superfluam circa talia acquirenda. & diuiditur in duas partes. quia primo facit qđ dictum est. per quedam exempla. & scđo per rationes. ibi: nolite ergo. Circa primū aduertendū q̄ duo sunt que requirunt ad sufficientiam uite pñtis. s. nutrimentum. sine quo non potest homo uiuere absolute. & uestimentū. sine quo non potest bñ uiuere. & ideo circa ista solet homo magis sollicitari. Primo ergo excludit sollicitudinē circa utrunq; in generali. Secundo circa quodlibet ꝑ se sumptū. in speciali. ibi: respicite uolatilia. Circa primū aduertendū. q̄ natura non potuit ꝑ/ uidere homini de tegemento. & defensione sicut ꝓuidit aliis animalibus. utpote auibus dedit plumas ad coopimētū: ungues. & rostra ad defensionē: similiter brutis aīalibus pelles & pilos. ꝑ indumento. cornua. & dentes. & huiusmodi. pro armis. qa in talibus non est nisi anima sensitiua. que est ad unū determinata. & ideo de talibus potuit eis prouidere sufficienter natura. homo aūt rationalis nature est que non est determiata ad unum. sed habet uiam ad disparata. & contraria. & ideo non potuit sibi sufficiēter prouidere natura. que de se est determinata ad unū. sed loco huius homo habet intel/ lectum. per quē potest cogitare diuersas artes. & modus. faciendi sibi uestes. & arma. & manus ad operandum talia. & ideo oportet hominem de talibus sollicitari. quia cum homo ratiōalis est. ideo ista sollicitudo debet esse moderata: scđm regulā rationis recte. & talem sollicitudinē non excludit hic Sal. cum sit pars prudentie: aliter sequeret q̄ homo temtaret deum si expectaret ab eo sequi omnia necessaria. omittēdo. qđ debet fieri circa hoc uia humana. sed sollicitudo que hic prohibetur. est deordinata. & su/ perflua. per quam postponuntur bona spiritualia. ut magis uidebitur postea. & hoc est quod dicit hic Saluator. ne solliciti sitis: superflue scilicet. & inordinate. de cibo. & uestimento. quia non est necessariū. qđ ꝓbat exemplo. quia corpus. & animam que sūt maiora beneficia deus dat nobis sine sollicitudie nostra. ergo & illa minora uidelicet cibum. & uestimentum. dabit cum sollicitudine moderata. Respicite uolatilia. Hic

probat de utroq; in ſpeciali. & primo de cibo. & ſecundo de ueſtimento. ibi: quiſ autẽ ueſtrum cogitanſ. Primum oſtendit per exemplũ auium. que non ſerunt. neq; metũt. & tamen dominuſ ſufficienter paſcit illaſ cum ſollicitudine conuenienti ſue nature. multofortiuſ hominem ſufficienter paſcet. cum ſollicitudine conuenienti ſue nature. que eſt ſecundum regulam rationiſ recte. propter quod dicitur. nonne uoſ pluriſ eſtiſ illiſ id eſt natura humana eſt matoriſ ponderiſ coram deo. quia animalia facta ſunt propter hominem. Finiſ autem nobilior eſt biſ que ſunt ad finem. Quiſ autem ueſtrũ. hic probat de ueſtimento. & ponit duplex exemplum. primum accipitur ex eo. quod eſt intra hominem ſcilicet magnitudo corporiſ. quam deuſ dat homini ſine ſollicitudine ſua. quod patet quia quantũcunq; aliquiſ ſollicitetur de augmentatione ſua. non põt addere. ad ſtaturam ſuam. cubitum unum. cum ergo ueſtimentum competat maiuſ uel minuſ homini. ſecundum quantitatem corporalem. & quantitaſ datur ei ſine ſollicitudine ſua. per conſequenſ & ueſtimentum conuenienſ abſq; ſollicitudine ſuperflua & hoc eſt qđ concludit interrogatiue de ueſtimentiſ. Secundũ exemplum concludẽ. ex eo quod eſt extra hominem ſcilicet ex terrenaſcentibuſ. quod ponit cum dicit. conſiderate lilia agri quomodo creſcunt. ſine ſollicitudine ipſoꝝ. & ſecundum q̃ntitatẽ ſuam a deo ueſtiuntur. propter quod dicit. nõ laborant. ſcilicet ad ornandum ſe. neq; nent id eſt filant. ad faciendum ſibi ueſtimentum. & tamen optime ueſtiuntur. quod probat. quia Salomon in omni gloria ſua. etc. id eſt licet fuerit Rex potentiſſimuſ. ut patet. iii. Regum. tamen non fuit ita bene ueſtituſ. quia licet arſ imitet naturam. tamen opera artiſ non aſſequuntur perfectionem operum nature. & ideo tinctoreſ pannorum: non poſſunt facere colorem ita uiridem. ſicut natura. in terrenaſcẽtibuſ. ex hoc ergo concludit. q; deuſ ſufficiẽter ueſtiet hominem abſq; ſollicitudine ſupflua propter quod dicit. ſi enim fenũ agri. quod hodie eſt id eſt in preſenti. & craſ in clybanum mittitur. id eſt in furno ponetur. quia in aliquibuſ terriſ loco lignoꝝ utunt ſtipuliſ. & talibuſ ad calefaciendum furnum. uel aliter clybanuſ hic accipitur pro aceruo: in quo congregatur fenum deſiccatum. quia ad modum furni. ſeu monticuli eleuatur. unde & clybanuſ a clyno. dicitur. & tamen deuſ ueſtit ipſum fenum ſine ſollicitudine ſua. quantomagiſ uoſ modice fidei. ſcilicet ſine ſollicitudine ſupflua. uocat aũt eoſ qui nimiſ ſollicitantur de talibuſ. modice fidei. quia ex defectu fidei procedit taliſ ſollicitudo ſuperflua. non autem ſollicitudo rationabiliſ. & moderata. ſed magiſ includitur. quia ſicut natura auium eſt predicto modo uiuere. & terrenaſcentium creſcere. ſic natura hominiſ eſt uiuere ſecundum dictamẽ rationiſ recte. ad quod ſeqt ipſum ſollicitari debere ſollicitudine moderata. ad querendum ea. que non dedit ſibi natura. ut ueſteſ. & arma. & ſimilia. ut predictum eſt. Nolite ergo ſolliciti eſſe. hic excludit ſollicitudinem ſuperfluam. p rationeſ duaſ. ſecunda ponitur. ibi: nolite ergo Prima accipitur ex parte diuine prouidentie. ad cuiuſ euidentiam conſiderandum q; aliqui dixerunt prouidentiam diuinam eſſe tantũ circa ſuperiora: & non circa actuſ humanoſ in quorum perſona dicitur Iob. xxii. circa cardineſ celi perambulat nec noſtra conſiderat. & ex hoc dicebant q; homo circa neceſſaria uite debebat multũ ſollicitari. & hoc eſt qđ dicit. hec omnia genteſ inquirunt id eſt gentileſ diuinã ꝓuidẽtiã circa actuſ humanoſ. negnteſ circa talia immoderate ſollicitantur. ſed uoſ nolite ſic dicere. quid manducabimuſ etc. non quia debeat homo non ſollicitari moderate. Sed intendit excludere ſollicitudinem immoderatam. que procedit ex gentilium errore. ideo ſequitur. ſcit enim pater ueſter id eſt diuina prouidentia ſe extẽdit ad q̃ntũcũq; minima: & per conſequenſ circa ea que ſunt homini neceſſaria. & ſic ſeruientibuſ ſibi

talia sufficienter sibi ministrabit. propter quod cõcludit. primum ergo querite regnũ dei id est spiritualia bona. & quia primum relatiue dicitur. ad secundum. patet q̃ non excludit sollicitudinem omnino. circa necessaria uite. sed ostẽdit qđ specialiter de spiritualibus debet sollicitari. & sc̃do de temporalibus. propter qđ subditur. hec omnia adiicientur uobis. supposita tamen sollicitudine debito modo habita. ut dictum est. Nolite ergo. hic ponit secunda ratio. & hec accipitur ex temporis congruẽtia. sicut enim cuilibet negotio requirit tempus debitum ad hoc q̃ bene fiat. quia conditio tpis est quedam circumstantia actus debiti. ita cuilibet sollicitudini. ad hoc q̃ sit debito mó ordinata. requirit tempus debitũ. ut imminente messe. est tempus debitum sollicitudinis circa fruges colligendas. & imminente uindemia est tempus sollicitudinis uindemiarũ. & ideo si aliquis preoccuparet tempus sollicitudinis uídemie de ipsa sollicitus in tẽpore messis. esset inordinata sollicitudo. ex parte temporis. quod faciunt illi qui sunt immoderate. & supflue. solliciti. & hoc est qđ prohibet dicens. nolite solliciti esse in crastinũ id est in futuꝛ. sollicitudinem scilicet futuro tempori debitam inordinate p̃occupãdo. q̃ enim crastinum aliquãdo accipiatur pro futuro. patet Iosue. xxii. cras dicent filii uestri filiis uestris etc. id est in posterum tempus. sequitur crastinus dies etc. id est tps futurum habebit sollicitudinem sibi congruam. & debitam. sicut patet q̃ ex uariatiõe tẽporis occurrunt uaria fienda. de quibus homines debent tunc sollicitari. ideo subdit sufficit diei malicia sua id est cuilibet tpi sollicitudo sua. que quidem sollicitudo dicit malicia: quia est quoddã malum pene. in statu enim innocentie non indiguisset homo tali sollicitudine.

.VII.

NOlite iudicare. Hic regulat affectionẽ hominis erga proximũ. & p̃mo respectu mali: Secundo respectu boni. ibi: nolite sanctum dare canibus. prima in duas. quia primo ostendit. q̃ pximus non est temerarie iudicandus. ibi quid uides festucã. Circa primum aduertendum q̃ iudicium. uno modo est actus iusticie. qui pertinet ad iudicem secularem. uel ecclesiasticum. & de hoc non accipitur hic. alio modo accipitur iudicium. prout aliquis aliquibus signis. male iudicat de proximo. & quia istud ut in pluribus procedit ex mala affectione: quia qui male afficitur ad aliquem: male interp̃tatur facta eius. & hoc probibet dicens. Nolite iudicare. & non iudicemini id est ut non incurratis peccatũ mortale. per qđ sitis digni iudicio condemnari. Ad intellectum huius ciendũ. q̃ aliquis potest iudicare malum de proximo tripliciter. uno modo ex euidentia facti. cum aliquis iudicat aliquem homicidam. quia uidit eum interficere hominem, & hoc nullum est peccatum. alio modo ex signis euidentibus. ut si aliquis iudicet aliquem fornicatorem. quia uidit eum aliquando nudum: cum nuda. solum cũ sola. & hoc nullum est peccatum. tertio modo ex signis leuibus. & in hoc iudicio est triplex gradus. Primus est quãdo ex leuibus signis aliquis ícipit dubitare de bonitate fratris. & hoc peccatum ueniale est. quia procedit ex humana infirmitate. & hoc non uocatur iudicium proprie. sed suspitio. Sed secundus gradus est. quando ex talibus signis firmiter tenet in animo. q̃ semper sit malus. & hoc proprie dicitur iudicium. quia iudicium importat firmam sententiam. & hoc est peccatum mortale. Si malum quod iudicat de fratre. ex leuibus signis sit de genere peccati mortalis. peccatum enim mortale est. qđ contrariatur caritati. q̃ aũt aliquis predicto modo iudicet fratrẽ. est contra caritatem fraternam. Tertius gradus est. qñ ex leuibus signis. non solum mó predicto iudicat. sed etiam procedit ad punitionem fratris. sicut de facto. & hoc est grauius. quia non solum est contra caritatem. sed etiam contra iusticie equitatem. & de talibus intelligit uerbũ predictũ. nolite iudicare etc. in quo enim iudicio iudicaueritis

id est secundum mensuram temeritatis. in iudicando malum de fratre. secundum hoc erit uindicta pene. Quid uidest festucam. hic ostendit ꝙ proximus non est temere arguendus. hoc autem contingit quando ille qui arguit est in consimilibus culpis: uel maioribus. quia talis correctio non procedit ex caritate. sed ex presumptione. quia ordo caritatis incipit a seipso. aduertendum tñ ꝙ crimina arguentis. aut sunt publica. aut occulta. si publica. peccat dupliciter arguendo. peccato scilicet presumptionis. & peccato scandali. Si autem sint occulta. tunc peccat primo modo tantum. si tamē iste qui arguit primo peniteat. & postea fratrem humiliter arguat. non peccat. dicit igit quid uidest festucam id est peccatum minus. in oculo fratris tui. in cōuersatione. & cō/scientia eius. & trabem non uidest id est magis peccatum. in oculo tuo id est in ipso considerat. trabs enim est ad ulterium. respectu fornicationis simplicis. & sic de aliis. aut quomodo dicis fratri tuo etc. hoc dicunt mali predicatores. & mali sacerdotes. qui sunt irretiti maioribus peccatis. q̄ illi quos uolunt corrigere. euce primum etc. quia hic est ordo caritatis. ꝙ a seipso incipiat. nolite sanctum dare canibus. hic regulat affectum hominis ad proximum: respectu boni conferendi. quia malis hominibus in peccato obstinatis. ex affectiōe carnali non sunt sacramenta ministranda. uel secreta fidei reuelanda. infidelibus obstinatis. quia ex p̄dictis sequitur contempus sacramētoꝝ ecclesie. & derisio fidei catholice: & occisio ministrorum. & hoc est quod dicit. ne cō/culcent eas pedibus suis. uidelicet diuina sacramēta. uel fidei secreta. que dicuntur hic margarite. propter eorum preciositatem. & peccatores dicuntur porci. propter eoꝝ immunditiam. & canes id est obstinati infideles. disrumpant uos. hoc est interficiant. Petite & dabitur. Postq̄ Saluator dedit legem euangelicam. hic ostendit eā obser/uabilem. hec. n. est una de condictionibus legis. s. ꝙ sit obseruabilis. ad obseruationē ipsius tria faciunt. ſploratio diuini auxilii. cōatus liberi arbitrii: euitatio mali cōforti & ideo ista tria ponit per ordinem. secundum ponitur. ibi: intrate per angustā portā tertium. ibi: attendite a falsis prophetis. Prima adhuc in duas. quia primo ostendit quid requiritur ad hoc. ꝙ oratio sit exaudibilis ex parte orationis. & secundo ex pte ipsius orantis. ibi: omnia ergo. Circa primum sciendum. ꝙ oratio est exaudibilis tribus concurrentibus. Primum est ꝙ sit pia id est de pertinentibus ad salutem. Secundum ē ꝙ sit perseueranſ id est non interrupta. per aliquod orationem contrarium. quia non cessat orare. qui non cessat benefacere. Tertium est ꝙ oret pro se. quia licet aliquis pie. & perseueranter oret pro alio. tamen effectus orationis posset impediri. propter maliciam illius pro quo oratur. Sed tribus predictis concurrentibus. semper exaudit̄: & hoc est quod notatur in tribus uerbis hic positis. per petite: scilicet pie. querite per/seueranter. pulsate & aperietur uobis. ex quo patet ꝙ loquitur de oratione facta pro se: cum dicit. & aperietur uobis. & quia istis tribus concurrentibus. semper exauditur: ideo subditur. omnis enim qui petit etc. aut quis ex uobis homo etc. ubi declarat quod dictum est. quia homines qui tamen proni sunt ad malum. & ideo dicuntur. mali. tñ filius suis petentibus ab eis bona dant illis: & multofortius. pater celestis. qui ex natura sua bonus est. per essentiam. dabit bonū spiritū petentibus se. scilicet gratiā & gloriā. Omnia ergo etc. hic ostenditur per qd oratio est exaudibilis a parte orantis. quod fit quando iuste uiuit. faciendo alteri quod sibi uult fieri. & hoc est quod dicitur. oīa quecunq; uultis. omnia enim precepta ordinantia hominem ad proximum: sunt quedā conclusiones deriuate ex isto principio. sicut in speculabilibus. hoc principium de quolibet affirmatiuo. uel negatiuo se habet ad omnia que sequuntur ex ipso. & ꝓpter hoc subditur. hoc est enim lex. & prophete. Intrate per angustam. hoc ponitur scd̄m

quod requirit ad legis euangelice impletiõem: scilicet liberi arbitrii conatus. quia lex dat de actibus uirtutũ. & maxime lex euangelica: que est perfectissima. uirtus aũt ẽ circa bonum. & difficile. & ideo ad impletiõem eius requiritur conatus hominis. & hoc designatur. cum dicitur: intrate per angustam portam. quia lex euangelica est porta intrandi ad gloriam. dicitur autem angustam propter arctitudinem uirtutis. que cõ/ sistit in medio. secundum quod dicitur secundo Ethi. difficile est attingere medium. sed facile est deuiare a medio sicut sagittantibus difficile est percutere signũ. sed facile est deuiare a signo. & sic est de bono uirtutis. quia bonum conuenit uno modo. malũ autem omnifariam. ad hoc enim ꝙ actus sit uirtuosus. oportet ꝙ sit bonus de genere. & ex omnibus circumstantiis. quod difficile est concurrere. sed actus efficitur malus ex singulis defectibus. quod facile est contingere: & hoc designatur. cum dicitur: lata est porta. & spacioſa est uia. que ducit ad perditionem. & multi intrant per eam. quia multi inueniuntur defectuosi. secundum quod scribitur ecclesiastes. primo stultorum infinitus est numerus. & pauci ualde inueniuntur uirtuosi. & hoc est quod subditur: q̃ angusta etc. & patet. Attendite a falsis. hic ponitur tertium quod requiritur. ad impletionẽ legis euangelice. scilicet uitatio false doctrine. d. attendite id est diligenter cauete. a falsis prophetis id est doctoribus hereticis. propheta enim uno modo idem est ꝙ proloquutor. & quia uenenũ non propinatur nisi melle tinctum. & ideo subdit ibi: qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. quia falsam doctrinam palliant apparẽtia uirtutum. & quia non possunt uitari nisi cognoscantur. & nõ possunt cognosci exte/ riori modo. ideo subdit. unde debeant cognosci. scilicet ab operibus. propter qđ dicit a fructibus eorum cognoscetis etc. Sequitur omnis arbor bona. arbor bona dicitur hic homo habens uoluntatem bonã. & talis ut sic semper facit opus bonũ. & similiter arbor mala est homo. habens malam uoluntatem. & iste semper facit malum actũ. Sicut enim sedens. inquantum sedens non potest ambulare. unde in sensu composito falsa est. quia sequeretur ꝙ sederet. & ambularet simul. in sensu tamen diuiso ẽ uera. quia ille qui sedet nunc: potest postea ambulare. Sic habens bonam uoluntatem dum eam retinet: non potest mala agere. quia ad bonitatem uoluntatis requirunt omnes circumstantie bone. homo tamen habens bonam uoluntatẽ nunc. potest eã dimittere & sic male agere. & propter hoc subditur. omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur. scilicet in morte. quando a uita presenti separabitur. & in ignem mittetur. scilicet iebenne. & sic apparebit fructus talis arboris. propter quod repetit igitur a fructibus eoꝝ etc. Non omnis qui dicit. ostenso quid requiritur ad legis impletionẽ. ostendit consequenter ꝙ alia non sufficiunt sine istis ad salutem. quia inter alia illa que uidẽtur magis sufficere ad hoc. hoc est confessio fidei. uel operatio miraculorum. uel prophetia. uel coniuncta simul. & tamen non sufficiunt. confessio enim fidei. sine operibus non sufficit. quia talis fides est mortua. ut dicitur. Ia. ii. & hoc est qđ dicit. non omnis qui dicit mihi domine. confitendo fidem catholicam. nisi adsint opera. ideo sequitur. sed qui facit uoluntatem etc. Similiter prophetia. non sufficit ad salutem. quia aliquando datur malis hominibus: sicut ipsi Balaam: sicut patet Nume. xxiii. & ideo dicit. Multi dicent mihi in illa die. scilicet iudicii extremi. nonne in nomine tuo prophetauimus. Similiter nec electio demonum. quia aliquando per malos homines talia fiunt ad inuocationẽ nominis Christi. licet ipsi inuocantes sint mali. sicut habet Actuum. xix. ꝙ quidam infideles eiciebant demones. dicendo adiuro uos per Xp̃m. quem Paulus predicat: Veruntamen quia tales indigne assummunt nomen Christi ideo super ipsos aliquando datur potestas demonis. sicut in eodem capitulo dicitur.

& hoc est qđ dicitur. & in nomine tuo demõia eiecimus etc. Similiter nec miraculoꝝ operatio. que similiter aliquando per malos fiunt. ad inuocationem nominis Christi. non propter merita inuocantiũ. Sed ad fidei Christi confirmationem. & hoc est qđ dicitur. & in nomine tuo uirtutes multas fecimus. ratio autem omnium predictorum est. quia sunt gratie gratis date. & dantur principaliter ad utilitatem cõmunẽ ecclesie & non ad utilitatem singularis persone. & ideo aliquando per malos homines a deo nobis dantur. sicut bona elimosina aliquando datur a bono domino mediante. malo seruo. propter quod subditur: & tunc confitebor illis. quia nunq̃ noui uos. noticia. s. approbationis. sed reprobationis. propter quod sequitur: discedite etc. & patet littera. Omnis ergo qui audit. postq̃ Saluator posuit legis sue explicationẽ. & ostendit eius obseruationis possibilitatem. Hic consequenter inuitat populum ad obseruationem. quia eius auditio inutilis est. nisi sequatur operis impletio. & hoc est quod dicit: omnis ergo qui audit uerbum meum. h. &. fa. assi. sa. qui. edi. s. suam id est bonoꝝ operum constructionem. supra petram id est Christum. talis enim facit opera bona de genere. & recta intentione. que duo requiruntur ad impletionem legis euangelice. & descẽdit pluuia id est temtatio carnalis lasciue. & uenerunt flumina. cupiditatis & auaritie etc. & flauerunt uenti. uanitatis. & superbie. & irruerunt in domum illam. per importunitatem temtationis. & non cecidit a stabilitate uirtutis. cuius ratio subditur. cũ dicitur. fundata enim erat etc. & per oppositum. omnis homo qui audiet uerbũ meũ & non faciet ea similis est uiro stulto qui edificat domum suam super harenam. i. super mobile fundamentum. quod facit omnis qui intentionem suam ponit super aliud. q̃ super ipsum deum. quia omnis creatura mutabilis est. & descendit pluuia etc. patet ex dictis. Sequitur fuitq; domus illis magna. quia primo ruit in foueam culpe. & postea in foueam iebenne. que ruina est magna. quia irreparabilis omnino. Et factũ est. hic ponitur conclusio omnium precedentium. ubi ostenditur eminentia doctrine Christi. per hoc quod dicitur. admirabantur turbe in doctrina eius. quia ut patet ex predictis docebat eminentissimas uirtutes. & imperfectionem legis supplebat. & non solum terrena bona. sed celestia promittebat. doctrinam etiam suam mirabiliter cõfirmabat. propter quod dicitur. erat docens sicut potestatem habens. Sic autem non docebant Iudeoꝝ periti: scilicet scribe & pharisei. .VIII.

QVm autem descendisset. lege data huiusmodi: Ponitur confirmatio p miracula in hoc capitu. & sequenti. & est similis processus in utroq;. Sed in hoc capitulo principaliter ponuntur quedam miracula ad confirmationem euangelice legis. in sequenti uero ponuntur quedam miracula ad declarationem deitatis ipsius legislatoris. ibi: & ascendens Iesus. In hoc igitur capitulo sic procedit. quia primo euangelista describit quedam miracula ad credentium uocationem. Secundo quedam miracula ad uocatorum confirmationẽ. ibi. & ascendente eo. Prima in duas. quia primo ponit miraculorum operatio. Secundo quorundam ad fidem Christi conuersio. ibi: uidens Iesus turbas. Prima in tres. quia primo describitur curatio leprosi. & secundo paliti ci. Cum autem introisset Capharnaũ. Tertio laborantis calore febrili. ibi: & cũ uenisset Iesus etc. Prima in duas. quia primo ponit leprosi curatio. Secundo miraculi manifestatio. ibi: & ait illi Iesus. Ad euidentiam dicendorum considerandum. q̃ duplex est doctrina. quedam que non excedit facultatem intellectus humani. & ista debet per rationes demonstratiuas confirmari. Alia est doctrina excedens facultatẽ humanã. & ideo non potest confirmari per rationẽ euidẽtem. propter qđ oportet q̃ cõfirmet per opera diuine uirtutis ostensiua. quia cũ deus non possit esse testis falsitatis. & talia

inducuntur ad confirmationē alicuius doctrine. Sequitur eam infallibilem ueritatē continere. Talis autem est doctrina euangelica. & ideo eius confirmatio facta est p miracula. & hoc est quod dicitur. cum autem descendisset Iesus de monte. in quo legē euangelicam promulgauerat. secute sunt eum turbe multe. quia aliqui sequebant eū ex deuotione ꝓpter sanctitatem sue doctrine. aliqui aūt ex curiositate ut uiderent miracula. & audirent noua. aliqui ut ei insidiarentur: sicut pharisei. & aliqui ut ab eo curarentur. sicut infirmi. de quibus erat iste. de quo sequitur. Dñe si uis. ubi. confitet eius potentiam. in quo apparet huius leprosi fides. & deuotio. ex qua secuta est eius curatio. unde subditur. & extēdens Iesus manū etc. licet aūt posset curare solo uerbo. tamen apposuit manū. quia humanitas Xp̄i erat q̄si organum. seu instrumentū ipsius diuinitatis. & ideo sicut artifex mediante instrumento operatur. sic uirtus diuina. in Xp̄o per applicationem humanitatis aliqua faciebat. ut eam coniunctū diuinitatis instrumentum declararet. Sed queritur quare tetigit leprosum. cum hoc in lege esset prohibitum. dicendū ꝙ non erat prohibitū in lege leprosum tangere ei. qui ex tactu suo potuit curare. Sicut Helias. & Heliseus non fecerunt contra legem tangendo mortuū ad resuscitandum. ut habetur. iii. Regum. xvii. & iiii. Regum. iiii. Et aīt: Hic ponitur miraculi manifestatio. que facta est ordinate. scriptū enim erat in lege Leui. xiiii. ꝙ mundatus a lepra non debet restitui ad communem habitationē hominum. nisi prius iudicaretur mundatus. per sacerdotis iudicium. & facta oblatione dño pro eius mundatione. & ideo Iesus ait illi. uide nemini dixeris. scilicet anteq̄ ea que scripta sunt in lege compleueris. precepta enim cerimonialia habuerunt cursum suū. usq; ad Xp̄i passionē. ut supra uisum est. & ideo usq; tunc Xp̄s ea seruauit. ut patet in sua circumcisione. & ea obseruare alius precepit. ut patet in hoc leproso: cui dixit. uade ostende te sacerdotibus etc. per hoc etiā figurabatur. ꝙ peccator qui p leprosū figuratur. licet sit mundatus a lepra peccati: per contritionem. tamen adhuc tenetur se ostendere sacerdoti. per confessionem. qualis aūt erat oblatio leprosi mundati. in lege habetur Leui. xiiii. & ibi debet exponi. Cum autem introisset Capharnaum. hic ponitur secundum miraculum. scilicet curatio paralitici. & diuitur in duas partes. ꝙa primo describitur huius Centurionis fides. & deuotio. Secundo ex hoc infertur conclusio. ibi: audiens autem Iesus. Circa primū aduertendum. ꝙ iste Centurio ad cuius preces seruus eius curatus est. non erat Iudeus: sed erat gentilis ibi positus a Romanis. ad custodiam principalis ciuitatis Galylee. scilicet Capharnaum. quia tota illa terra erat subdita Romanis. propter qđ Iudei coram Pilato dixerunt non habemus Regē nisi Cesarem. & ideo quia Iesus erat Iudeus. ipse non uenit ad eum in persona ꝓpa. reputans se indignum. sed misit ad Iesum Principes Iudeorum ad hoc impetrandum. ut dicitur Luce. vii. ut per eos curationem serui sui facilius impetraret. & quia quod per amicos facimus. quodam modo per nosipsos facimus. ideo Matth. dicit eū uenisse ad Iesum. quia nō in persona propria uenit. sed per intermedios. & sic est intelligēdū. quod dicitur hic. accessit ad eum Centurio. scilicet per amicos: dicitur autē Centurio quia habebat centum homines in armis sub se. ad custodiā illius terre. ne forte uellēt contra Romanos rebellare. Iste ergo Centurio auditis Xp̄i miraculis. firmiter credidit: ꝙ poterat sanare seruum eius. qui erat ei ualde carus. ut dicitur Luce. vii. ideo de eius sanatione erat ualde solicitus. Iesus aūt sciens eius fidem. & deuotionē. rñdit ei per internuntiū. s. ego ueniam etc. Cū aūt esset in uia. misit Centurio nuncios obuiam ei. ut dicit Lucas. dicentes ex parte eius. dñe non sum dignus. Erat enim homo gētilis. & abhominabile erat Iudeis comedere. & bibere cum eis. s. gentilibus. & etiam domos

eoꝝ intrare. ut habetur Actuum. xi. & forte iſte quia gentiliſ erat idola in domo ſua habebat. & ideo ex humilitate Xp̄m ab ingreſſu domuſ ſue repellebat. d. dñe etc. & ex altera parte firmiter credebat. q̄ abſenſ ſolo uerbo curare poterat. propter quod dixit. dic tm̄ uerbo etc. qđ probat ex hoc qđ ſubditur. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutuſ. habenſ ſub me. licet habeam aliquoſ ſub me. qui mihi debent obedire. tm̄ ſ̄u ſubdituſ maiori poteſtati. uidelicet Preſidi. & Imparatori. & tm̄ ſubditi obediunt mihi ad nutū. quia dico huic uade. & uadit etc. & ex hoc intelligit̄ ſeqūſ concluſio. ſcilicet hec. ergo tu qui nō eſ ſubiectuſ alicui poteſtati. poteſ precipere infirmitati. & eam eicere. & ſic ſolo uerbo ſeruum meū curare. Audienſ. Hic ex dictiſ inferē quedam cōcluſio. quia ex fide huiuſ gentiliſ. & in infidelitate Iudeoꝝ cōcludit Sal. uocationem gentiliū. ad fidem. & reprobationem Iudeoꝝ. & hoc eſt qđ dicitur. audienſ aūt Ieſuſ. ſ. uerba Centuriōiſ expreſſiua tante fidei. miratuſ eſt. Sed querit̄ quō in Xp̄o fuit admiratio. que conſurgit in homine ex alicuiuſ incogniti. & inſoliti inſpectione. Xp̄uſ aūt ab inſtanti conceptioniſ fuit plenuſ ſcīētia. nec aliqd de nouo cognouit. ideo uidetur q̄ in ipſo admiratio ſecundum rem non fuit. ſed tantum ſcđm apparentiam. quia ad modū admirantiſ ſe habuit. ut dicunt aliqui. nec fuit ibi falſitaſ. quia hoc fuit ad deſignandum aliquod uerum. ſ. fidem Centurionis. & infidelitatem Iudeoꝝ. Sed meliuſ dicitur. q̄ in ipſo uere fuit admiratio. ad oſtendendum ueritatem humane nature in eo. Ad cuiuſ euidentiam ſciendum. q̄ in Xp̄o ponitur duplex ſcientia. una diuina que eſt eterna: & ſecūdum hanc non poteſt eſſe admiratio. qa nihil cognoſcitur de nouo. Alia humana: uel creata. & hec eſt duplex. una uiſionis rerum in uerbo. quia anima Xp̄i ab inſtanti cōceptioniſ cognouit in uerbo omnia que cognoſcit uerbum noticia uiſionis. & hec ſunt omnia que habēt eſſe ſecundum quācunq; differentiam temporis. cuiuſmodi ſunt preterita. p̄ſentia. & futura. & ſecundum hanc ſcientiam in Xp̄o non fuit admiratio. ſicut nec innouatio. Alia eſt ſcientia in Xp̄o. quia cognoſcit reſ in proprio genere. & hec eſt duplex. una habitualis. & in iſta non eſt aliqua nouitaſ: quia ab inſtanti conceptioniſ fuit. anima perfecta habitibuſ oīm ſcientiaꝝ. Alia experimentalis ſicut aliquis habenſ habitum ſcientie per doctrinam. poſtea experitur. per intuitionem in effectu. & iſto modo in anima Xp̄i erat aliquid de nouo cognitum. & ſic ex inſpectione illiuſ. hoc modo incogniti priuſ poterat in ipſo admiratio de nouo cauſari. & ſic factum fuit in propoſito. Sequit̄ & ſeqūtibuſ ſe. i. diſcipuliſ ſui. dixit non inueni tantam fidem in Iſrael. i. in populo Iudaico. quia licet aliqui de Iudeis firmiter crederent. ſ. diſcipuli ſui. tm̄ principaleſ illiuſ populi non crediderunt. i. multitudinē ab eiuſ fide auerterūt. ut inferius patebit. & ideo cōcludit Sal. amen. i. fideliter dico uobiſ. quia multi ab oriente. & occidente uenient etc. qa multitudo gentilium in diuerſis partibuſ orbis exiſtentium per p̄dicationē Apoſtoloꝝ conuerſa eſt ad fidem. & ſic pceperunt gratiam. & gloriam. filii aūt regni. i. Iudei. ex quibuſ Xp̄uſ natuſ eſt. & quibuſ principaliter miſſuſ eſt ad p̄dicandum eiſ. regni celeſtiſ euangeliū. eicientur in tenebraſ exterioreſ. quia repulerunt fidem Xp̄i. & ſic remanēt in peccatiſ ſuiſ obſtinati. & ſic eiciunt̄ ad penaſ inferni. que dicunt̄ tenebre exterioreſ. quia tenebre prime ſunt tenebre culpe. alie aūt ſunt tebenne. Sed querit̄ quō ſint ibi tenebre. cū ibi ſit igniſ. qui de natura ſua eſt luciduſ. dicendū q̄ ille igniſ deſcribitur in medio terre. & ideo fumoſuſ eſt. & obſcuruſ. Item nō lucet ad oñendū damnatiſ aliquid non eſſe ad eorum conſolationem. ſed ad eoꝝ deſolationē. ideo dicūt̄ ibi tenebre exterioreſ. Sequitur. ibi erit fletuſ. in fletu duo ſunt. ſ. triſticia animi. ex qua procedit fletuſ. & ſecundū hoc fletuſ eſt. in damnatiſ generaliter. ſ. in demōibuſ.

& hominibuſ. aliud eſt ex parte corpiſ. ſ. lacrimarū reſolutio. & turbatio cerebri. & oculoꝝ. & iſta nō pñt eſſe in ſpiritibuſ ſepatiſ. Sed poſt reſurrectionē q̃ntū ad aliqd erūt in hominibuſ damnatiſ. quia ibi erit predicta cerebri. & oculoꝝ turbatio. Sed non erit ibi lacrimaꝝ fluxuſ a capite. uel reſolutio. qa ceſſante motu celi. ceſſabit oīſ generatio. & corruptio. ex quo patet ulteriuſ. q̄ ibi erit ſtridor dētiū. qa nō ꝑportat aliq̃ corruptionē. ſed tm̄ doloriſ oñſionē. Seqt̄. & dixit Ieſuſ Centuriōi. uade & ſicut credidiſti. ſ. ꝑfecte. Sic fiat tibi. in ſanatiōe ſerui tui. unde seqt̄. & ſanatuſ eſt. Et cū ueniſſet. hic ponit̄ tertiū miraculū. de ſanatiōe ſocruſ Petri. & ꝑmo ponit̄ hoc miracu/ culū in ſpeciali. & ſcdo ex hoc concludūt̄ multa miracula in generali. ibi: ueſpere aūt facto. In ꝑma igit̄ ꝑte dicit ſic. cum ueniſſet Ieſuſ in domū Petri. Sal. n. noſter. cum corpuſ paſſibile ad noſtrā ſalutē accepiſſet. aliqñ declinabat ad loca familiariū ſibi. & deuotoꝝ. ad qetem bñdam. poſt laboreſ: & iſto mō uēit ad domū Petri. & uidit ſocrū eiuſ iacen. & febri. & tetī. ma. eiuſ & di. e. febriſ. qđ nō potuit fieri niſi uirtute diuina. natura: n. non operatur in inſtanti. & ideo licet a febribuſ uirtute nature poſſit homo curari: non tñ ita ſubito. & ꝑfecte. q̄ poſſit ſtatim opa cōſueta facere. ſicut dicitur. hic: & ſurrexit & miniſtrabat eiſ. Veſpere aūt facto. hic ponunt̄ ad confirmationem legiſ euangelice multa miracula in generali. qa audito hoc miraculo. oēſ qui in eadem uilla detinebatur uariſ languoribuſ. ſunt Xp̄o oblati: & curati. & ſic adimpleta eſt propheta Eſa. liii. ubi dicit̄ ſic. uere languoreſ noſtroſ ipſe tulit. & doloreſ noſtroſ ipſe portauit. Ad cuiuſ intellectū conſiderandū. q̄ Xp̄ſ qui uenerat ad ſalutē humāi generiſ. in tm̄ accepit infirmitateſ noſtraſ. inq̃tū ualebant ad opuſ noſtre ſalutiſ. ad hoc aūt non faciunt defectuſ ſcientie. & gratie. ſed magiſ contrariāt̄. & ideo Xp̄ſ non accepit defectū ignorantie. & fomitiſ inclinantiſ ad peccatū: qa contrariantur plenitudini ſcientie. & gratie. que fuerunt in anima Xp̄i ab inſtanti conceptioniſ. Alioꝝ aūt defectuū. qui non repugnant ſcientie. & gratie qui ſequunt̄ cotā naturā humanā. & ſunt materia exercende uirtutiſ. Sicut paſſibilitaſ. mortalitaſ. fameſ: ſitiſ: & ſimilia. & talia. aſſumpſit Xp̄ſ in ꝓpa ꝑſona. qa faciebant ad opuſ noſtre re/ demtioiſ. alii ſūt defectuſ qui nō ſequūt̄ totā naturā humanā. ſed aliqd in ꝑticulari. & hoc nō aſſumpſit Xp̄ſ in ꝓpa ꝑſona. qa huiuſmōi cōtingūt dupliciter. uno mō ex debilitate uirtutiſ formatiue: alio mō cōtingit ex defectu materie. ſicut ſūt partuſ mōſtruoſi. & hoc nō habuit locū in Xp̄o. qa corpuſ eiuſ fuit formatū ex puriſſimiſ ſanguinibuſ uirginiſ Marie. & ſic non habuit locū defectuſ. uel ſordinatio materie. fuit etiā formatū uirtute infinita ſpirituſ ſancti: & ideo nō habuit ibi locū defectuſ uirtutiſ formatiue. Alio mō cōtingūt ex defectu regiminiſ. ſicut frebriſ: morbuſ ca/ ducuſ. & cōſimilia. uel a deo inferunt̄ ꝓpter peccatū. & iſta in Xp̄o nō potuerunt habere locū. in quo non potuit eſſe defectuſ alicuiuſ debiti regiminiſ: uel peccatum. aſſumpſit tñ iſta in ꝑſona aliena quodā mō. inq̃tū miſericorditer talia curauit. & ſic euangeliſta exponit dictū ꝓphete Eſa. d. ipſe infirmitateſ noſtraſ accepit. ſ. q̃tum ad illoſ defectuſ: quoſ aſſumpſit in ꝑſona ꝓpa. & egrotatiōeſ noſtraſ ipſe portauit. ſ. q̃tū ad illoſ defectuſ humane nature. quoſ patienter ſupportauit. & potenter curauit. nō tñ in ꝓpa ꝑſona portauit. ſeu aſſūpſit. Vidēſ Ieſuſ turbaſ. hic ex doctria. & miracu/ liſ ꝓdictiſ. ponit̄ aliquoꝝ cōuerſio ad Xp̄m. & diuidit̄ in duaſ ꝑteſ. qa ꝓmo notatur Xp̄i receſſuſ. ad deſertū locū. & ſcdo iſtoꝝ cōuerſoꝝ acceſſuſ ad Xp̄m. ibi: & accedēſ unuſ. Circa ꝓmū aduertendū. q̄ quia Xp̄i actio. noſtra erat informatio. ideo Xp̄ſ legit̄ a turbiſ receſſiſſe ad deſertū locū: ut daret ꝓdicatoribuſ uerbi diuini exēplum una cauſa fuit ad bñdū qetē poſt laboreſ ſuoſ. & diſcipuloꝝ ſuoꝝ. ut habet̄ Mar. vi.

Venite seorsum in desertum locum: & requiescite. ibi: pusillum. erant enim qui ueniebant. & redibant multi. nec spacium manducandi habebant. Alia causa fuit propter orationem. ostendens q̄ predicator uerbi diuini. aliquando debet uacare seorsum contemplationi ut ibi hauriat in deuotione. qđ populo postea effundat in predicatione. unde. & Moises aliquando ascendebat in montem ad dominum. & aliquando descendebat ad populum & hoc habetur Luce sexto. in diebus illis exiit in montem Iesus solus orare. & erat ibi pernoctans in oratione dei. Alia causa fuit. ut fugeret populi applausum Iohannis sexto. Iesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent: ut raperent eum. & facerent eum Regem. fugit iterum solus in montem. Ista ergo triplici de causa. uel saltem aliqua eorum dicitur hic. uidens Iesus turbas multas circum se. nimis scilicet opprimentes. & applaudantes. iussit discipulos ire trans fretum id est ultra mare Galylee in locum magis secretum. Accedens. hic ponitur quorundam discipulorum accessus ad Christum quorum unus accedebat ficte: & ideo repellitur. secundus uere. & ideo recipitur. ibi: alius autem de discipulis. Circa primum considerandum. q̄ unus de his qui audierant predicationē Christi. & uiderant miracula. qui erat scriba id est litteratus. considerauit q̄ si esset familiaris Christo. q̄ possent magnam peccuniam colligere ab his qui a Christo curarentur per ipsius suggestionem: & introductionem. ideo uoluit se ei coniungi dicens. magister sequar te quocunq̄ ieris. Iesus autem uidens eius animum. non respondit ad eius uerbum tantum. sed ad ipsius animum. dicens. uulpes foueas habent. & uolucres celi nidos id est bruta habent sua latibula in quibus possunt latere. filius autem hominis etc. id est ego sum ita pauper. q̄ non habeo domicilium. ubi possim me reclinare quasi diceret igitur cur uis me sequi propter lucrum temporale. & sic conuenienter a Christo repellitur. Sed queritur hic quare Christus in paupertate uoluit uiuere. quia sicut diuitie sunt impedimenta reprobis: ita probis sunt adiuuementa uirtutis. nihil autem faciens ad uirtutem debuit Christo deficere. ergo uidetur q̄ debuit diuitias temporales habere. Dicendum q̄ multis de causis Christus in paupertate uixit. due tamen pre ceteris uidentur ualere. prima causa est. quia Christus uenit ad predicandum ueritatem in mundo. secundum quod ipsemet dixit Iohannis decimooctauo. ego in hoc natus sum. & ad hoc ueni in mundum. ut testimonium perhibeam ueritati. predicatio autem impeditur per administrationem bonorum temporalium. propter quod Christus Apostolis ad predicandum missis. dixit Matthei decimo. Nolite possidere aurum. & argentum etc. quasi diceret ista impedirent uos a predicatione ex temporalium administratione. Ipsi autem Apostoli Actuum sexto. dixerunt propter hoc non est equum nos relinquere uerbum dei. & administrare mensis. considerate ergo fratres ex uobis uiros bone testimonii septem. quos constituamus super hoc opus. nos autem orationi. & ministerio uerbi instantes euntis. Ex quibus patet q̄ administratio temporalium impedit predicationis officium. & ideo quia Christus uolebat predicatoribus euangelii debitam formam uiuendi tradere. ideo uoluit in paupertate uiuere. Secunda causa est: quia sicut Christus mortalitatem nostram assumpsit: ut per eam nobis immortalitatem conferret Sic paupertatem nostram uoluit assummere. ut per eam nobis eternas diuitias tribueret. & hanc causam tangit Apostolus secundo ad Corinthios octauo dicens scitis gratiam domini nostri Iesu Christi. quoniam egenus pro nobis factus est. ut illius inopia diuites essemus. Tertia autem ratio potest addi: ne conuersio fidelium facta per Christum posset asscribi diuitis. seu potentie seculari.

Ad argumẽtum dicendum ꝙ aliquid bene eſt actuſ uirtutiſ ſcd̄m inferiorem ſtatum: qd̄ tñ eſt impedimentū actuſ uirtutiſ ad altiorem gradū. ſicut debituſ uſuſ matrimonii eſt impedimentū uirginitatiſ: & eodem mō adminiſtratio temporaliū bene eſt ꝑditiua perfecte ſequele Chriſti: in q̄ntū impedit actum contemplationiſ. propter qd̄ dicit̄ in libriſ de eccleſiaſticiſ dogmatibuſ. bonum eſt facultateſ cum diſpenſatione errogare. ſed meliuſ eſt intentōe ſequendi Chriſtū totū ſimul donare: & abſolutū a ſollicitudine cum Chriſto egere. Aliuſ aūt. hic deſcribit̄ conuerſio alteriuſ ad Chriſtū: q uenie bat uere: ſed ꝑfecte. & ideo a Xp̄o recipit̄ & pficitur. & hoc eſt qd̄ dicit. aliuſ aūt de diſcipuliſ eiuſ. ſ. Chriſti non qa adhuc eſſet perfecte diſcipuluſ: ſed uolebat fieri. aut illi dñe permitte me primū. ſepe. pa. me. etc. iſte aūt non petebat ut ſepeliret patrem tam mortuū: qa hoc modo non fuiſſet ſibi denegatū: ſed a ſequela Chriſto impediebat̄ ex amore carnali ad parenteſ cum q̄buſ uolebet uſq; ad eorum mortem eſſe. & tunc cum Chriſto inſepabiliter adherere. Sed qa parenteſ non erant in tanta neceſſitate poſiti ꝙ non poſſet cōuenienter eiſ ꝑ aliōſ amin iſtrari: ideo dixit. ſequere me. & di. mortu. i. in felicitate manenteſ. ſepelire mortuoſ ſuoſ. ex hoc loco patet ꝙ aliq̄ſ ab ingreſſu religionis non debet retardari propter ꝑenteſ affectione carnali. unde & ſupra. iiii. ca. Iacobuſ & Iohānes leguntur ſecutoſ fuiſſe Chriſtū relictiſ retibuſ: & patre ꝑpter qd̄ Hiero. in epiſtola ad Ruſticū monachū di. licet pater tuus ſ limīe iaceat: licet mater tua pectuſ & ubera oñdat per calcatū ꝑge patrem: ꝑ calcatā ꝑge matrē & ad uexillū crucis Chriſti euola. Secuſ aūt eſſet ſi parenteſ eſſent in tali neceſſitate poſiti qd̄ non poſſet eiſ cōuenienter ſine p̄ntia filii ſubueniri tunc nō eſſet ei licitū ingredi religionē dimiſſa neceſſitate parentum. qa hoc eſſet de alieno deo facere ſacrificiū. Ad p̄dictoꝝ maiorē intelligentiā cōſyderandū ꝙ aliter pater tenet̄ ꝓuidere filiuſ & aliter filiuſ parētibuſ. qa pater cū ſit p̄ncipiū filii per ſe obligat̄ ad ꝓuidendū filiuſ de doctrina & nutrimento. nō eſt ecōuerſo. unde dicit̄. ii. Corin. xi. nec debent filii theſaurizare parentibuſ ſed pnteſ filiuſ. & ideo pntibuſ nō licet ingredi religionē omiſſa cura filioꝝ omnino: ſed debent de eiſ curare: uel de cura cōpetenti eiſ ꝓuidere. filiuſ aūt licet non ſimpliciter teneat̄ habere curā patriſ: tenet̄ tñ per actuſ. ſ. ſi pater in cauſa neceſſitatiſ in quo per alium non poſſit conuenienter ei ſubueniri. & ideo tali caſu ceſſante poteſt & debet eſſe contra uoluntatem parentum religionem intrare. Et aſcendente. hic po nuntur que dam miracula ad diſcipulorum confirmationem: & primo in creatura cor poreali. ſecundo in ſpirituali. ut oſtendat̄ Chriſtuſ. dñſ totiuſ creature. ſcd̄m ponit̄ ibi. Et cum ueniſſet Ieſuſ tranſſretū. primū miraculū fuit in ſedatione ſubita tempeſtatiſ ipſius mariſ: per imperiū ipſius Xp̄i. unde dicit ſic. & aſcendente eo. i. Xp̄o in nauicula. ut iret in locum remotū ꝓpter cauſaſ p̄dictaſ. ſecuti ſunt eū diſcipuli eiuſ. tranſfretāteſ. ſ. cū eo. & ecce motuſ magnuſ etc. hoc factū ē diuina uirtute: ut manifeſtet̄ uirtuſ Xp̄i diſcipuliſ eiuſ. ipſe uero dormiebat. duplici de cauſa. p̄ma ut ueritaſ hūane nature in eo oſtenderetur. ſecunda ut diſcipuli in periculo poſiti ad ipſum recurrerent. ideo ſequitur. & acceſſerunt & ſuſcitauerunt eum etc. Sequitur. & dixit quid timidi eſtiſ quaſi diceret non debetiſ timere cum ſim uobiſcum preſenſ quoniam uidiſtiſ tot mirabilia facere. modice fidei. diſcipuloſ autem ſuoſ dicit eſſe modice fidei. qa ſi ꝑfectā fidem haberent cognoſcerent eum tantam uirtutem habentem in dormiendo quantā in uigilando: quia ſomnuſ & uigilia ſunt paſſioneſ ſenſitiue partiſ: ſecundum q̄ non cōpetebat Chriſto facere miracula: ſed magiſ uirtute diuina que per ſomnum in nullo impediebatur. Et ſurgenſ imperauit uentiſ etc. ex quo patet eiuſ deitaſ: qa miracula

faciebat imperando sicut dñs creature. unde sequit. porro hoes mirati sút. ex effectu uirtutem deitatis eius cognoscentes: ac etiam confitentes. dicentes qualis est hic. quasi diceret non est homo purus: Sed uerus deus. quia uenti & mare obediút ei. sicut creatura creatori. Et cum uenisset. hic ponitur miraculum in creatura spirituali in demonú eiectione. & diuiditur in duas partes. quia primo describitur miraculi opatio. & scdo ipsius diuulgatio: ibi pastores autem fugerunt describendo miraculú eius euangelica. primo tangit locum. Et cum uenisset Iesus transfretum. i. ultra mare Galylee. quod alibi dicitur stagnum Genazereth a quadam ciuitate sic nominatum: que uocatur Genesar: uel Genasareth. & est in alio littore ex oppsito Galylee. cum esset ergo ibi in regione Gerasenorum. occurrerunt ei duo homines habentes demonia Matthei. v. dicitur q erat unus. & Luce. viii. ca. dicendum q non est contradictio: quia scdm ueritatem erant duo denominati: Sed unus erat famosior & senior altero: quia in eo erat legio demonú ut ibidem dicitur: & ideo de illo faciunt mentionem. Mar & Luc. nec tamẽ negauit quin fuerit alius cú eo: qa unitas includitur in binario. Matthеus aút facit mentionẽ de utroq. sequitur. de monumentis exeuntes. In talibus enim locis habitãt demoniati aliqñ ut per hoc demones ígerant terrorẽ hominibus de animabus defunctoz. seu nimis etc. non quia demoniati possint nisi q̃tú permittit eis deus. seqt. quid nobis? hic dicunt magis ex coniectura q̃m per certitudinem. quia ille demon qui temptauit eum in deserto erat acutioris ingenii & tamen non potuit scire per certitudinem utrum Iesus esset ille qui erat promissus ad salutem mundi: & deiectione diaboli. & multo minus isti potuerunt hoc scire per certitudinem. quid uenisti ante tempus torquere nos. Ad cuius euidentiam consyderandum q usq; ad iudiciú est tẽpus meriti & demeriti hominum: & ideo sicut usq; ad illud tempus sancti angeli habitant inter nos ad nostram defensionem: ita mali angeli ad nostram temptationem & impugnationem. licet autem secum portent ignem suú tamen reputant se torqueri & affligi quando eiciuntur ab hominibus. ne eis noceant: propter odium quod erga nos habẽt. & quia si non possint hominibus nocere in persona appetunt tamen eis nocere in substantia. ideo rogabant Iesum dicentes. Si eicies nos: mitte nos in porcos. & ait illis. Ite concedendo eis petitionem ipsorum ut patet per sequentem effectum. Et illi exeuntes abi. in por. etc. Sed queritur hic quia permisit eos intrare in porcos: & precipitare eos. dicendum q forte homines illius terre peccauerant: & ideo demeruerant istud damnum sibi fieri. uel aliter dicendum: q Christus aliqua fecit ad significandum quoddam aliud: sicut Mat. xxi. maledixit ficui nó habenti fructum: sed folia tm̃. & tamen nulla ratio fuit ex parte arboris. qa ut ibidem dicitur. non erat tempus ficoz: & ideo ratio maledictionis fuit ad significandum malectionem Iudeorum. quorum fructum boni operis querebat Christus: & tamen non inuenit in eis nisi folia tm̃ id ẽ apparentiam bonoz opez. Fugierunt aút pastores. hic ponitur miraculi diuulgatio qa pastores fugiẽtes uenerút í ciuitatẽ: & núciauerút hec oía seqt. & ecce tota ciuitas ue. ob. Iesu. ad faciendú sibi reuerentiã. & uiso eo rogabant eú ut transiret a finibus eoz. reputabant. n. se indignos tãto doctore sicut supius ẽ dictú de Centurione: q reputabat se ídignú tãto bospite. Itẽ qa Xps dimittebat eis illos curatos a demonibus ad eoz instructionẽ. unde Mar. v. dicit. q Xps noluit q ille qui habebat legionẽ sequeret ipsú. sed magis predicaret factú miraculú. & idẽ intelligendú ẽ de alio q erat cú eo. uel aliter pót intelligi: q isti Geraseni ex peccatis suis timebant offendere Xpi psentiã & per cósequẽs incurrere maiorẽ penã p̃cedenti: & ideo rogabãt eú discedere.

ET ascendens Iesus. In capitulo precedenti posita sunt IX.
quedam miracula ad confirmationem euangelice legis. Hic consequenter declaratur uirtus ipsius Legislatoris: & diuiditur in tres partes. quia primo ponitur ad hoc miraculi perpetratio. secundo credentium uocatio: ibi Et cum transiret inde. & tertio eorū confirmatio ibi. hic illo loquente. Prima in duas: quia primo in operatione miraculi ad declarationem sue deitatis fides credentium approbatur & sc̄o infidelitas negātium reprobatur: ibi. Et ecce quidā de scribis: Circa primum Euangelista notat locum ubi factum est hoc miraculum: dicens. Et ascendens in nauiculā. ut scilicet per nauigium de terra Gerasenorum rediret in Galyleam: unde illuc erat ut patet in ca. precedenti. & uenit in ciuitatem suam scilicet in Capharnaum quia ibi factum est hoc miraculū. ut Mar. dicit expresse. ii. ca. Dicitur aūt Capharnaum ciuitas domini. nō quia ibi fuerit natus uel conceptus: sed quia erat principalis ciuitas Galylee. propter quod Centurio ibi manebat ad custodiam totius terre: ut dictum est capit. precedenti Nazareth aūt ubi Christus fuit nutritus & conceptus erat quoddam opidū uel uicus respectu illius. & ideo dicitur ciuitas ipsius Christi. sicut Parisius dicit̄ ciuitas alicuius nati in opido aliquo iuxta Parisius uel sc̄m aliquos dicitur ciuitas domini. quia in principio sue predicationis multa miracula ibi fecit Et ecce offerebant ei unum paraliticum. modus aūt offerendi hic tacetur. Sed exprimitur Mar. ii. quia nō potentes intrare ad Christi presentiam propter turbam circunstantem de tecto domus submiserūt eum in lecto ante Iesum & hoc fuit magnum signum fidei ipsorum. propter q̄d sequitur. Videns autem Iesus fidem illorum: scilicet paralitici & offerentium. quod patet ex hoc quod sequitur. ait paletico cōfide fili remittuntur tibi: peccata tua licet enim sanitas corporalis uel aliquid huius detur alicui propter alienam fidem: remissio tamen peccatorum non datur alicui sine propria fide ideo non uidentur bene dicere qui dicunt q̄ li illorum refertur tantum ad offerentes: ita q̄ propter fidē offerentiū. fit sanitas. Dixit aūt Iesus remittunt̄ tibi peccata ad modum boni medici qui primo remouet causam morbi: & tunc post intendit curationi. infirmitas autem hec fuerat inflicta paralitico propter peccatum. & ideo Christus primo remouet causam dicens. remittuntur etc. & ex hoc insinuat eum a paralisi curandum. Sicut statim patuit p effectum. Ad maiorem predictorum intelligentiam sciēdum: q̄ infirmitas corporalis infligitur alicui a deo. multis decausis uno modo propter peccati punitionem: sed non propter purgationem: & talis infirmitas est quoddā preambulum pene Iebenne. & sic inflicta est Herodi. Actuum. xii. ubi dicitur q̄ percussit eum āgelus domini eo q̄ nō dedisset honorem deo & consumptus uermibus expirauit & eodē modo de Pharaone: qui per flegella induratus est sc̄o modo infligitur ad peccati commissi purgationem sicut purgatio Nabugadonosor ex amentia septem annorum: ut habetur Dan. iii. & similiter Marie Magdalene uexatio demonum. tertio modo non p̄pter peccatū commissum: sed ad gloriam dei manifestandam: sicut de ceco nato dicitur: Io. ix. neq; hic peccauit: neq; parentes eius scilicet ut cecus nasceretur: sed ut manifestarent̄ opa dei in illo. quarto p̄pter humiliationem alicuius ne in superbiā eleuetur: sicut Paulus dicit de seipso. ii. Corinthiorū. xii. ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus Sathane qui me colaphizet. quinto infligit̄ p̄pter alicuius probationem & patientie declarationem: sicut patet de Iob. ii. Vnde uersus Iob p̄bat: inclinat Paulū: se se manifestat in ceco. purgat Mariā: punit Herodē. & patet sententia ex dictis. Et ecce quidā de scribis. hic ponitur reprehensio negantiū Christi diuinitatem: & primo ponitur eorum negatio cum dicitur: & ecce quidam de

ſcribiſ id eſt de lege pitiſ dicebant intra ſe. ſcilicet cogitando quia uerbum intrinſecū ē conceptuſ mentiſ. hic blaſphemat. blaſphemare eſt creature attribuere illud quod eſt proprium dei. dimittere autem peccatum ſoli deo conuenit. per hoc igitur ꝙ Chriſto blaſphemiam imponebant in hoc ꝙ peccata dimittebat patet ꝙ negabant ipſum eſſe deum: dicenteſ eum eſſe purū hominem. Sed Chriſtuſ conſequenter eoſ cōuenienter redarguit oſtendenſ ſe eſſe deum dupliciter. primo quia reſpondit eorū cogitatiōibuſ quaſ cognoſcere per certitudinē ſoli deo propriū eſt. propter qđ dicit. Et cū uidiſſet Ieſuſ cogitationeſ eorū dixit. ut quid cogitatiſ mala etc. imponendo ſcilicet falſo mihi blaſphemiam ſcđo hoc idem oſtendit ſanando paraliticum per imperium: tanq̄ ꝓpria uirtute quod eſt eiuſdē poteſtatiſ ſicut & peccata dimittere licet enim paraliſiſ uirtute nature aliquando poſſit curari nō tamen ſubito nec ita pfecte ut ſtatim poſſit homo lectum in quo iacet portare: ſicut dicitur hic. propter quod dicit. quid eſt faciliuſ dicere etc. quaſi diceret equaliſ poteſtatiſ eſt utrunq; ex quo concludit uirtutem ſue diuini/tatiſ perfectam: dicenſ ut autem ſciatiſ. quia filiuſ hominiſ habet poteſtatem in terra: dimittendi peccata. ut deuſ non ut homo puruſ tunc ait paralitico dicenſ ſurge etc. Sicut enim per litteram habentem ſigillum declaratur uoluntaſ ipſiuſ ſcribentiſ: Sic per ſignum quod eſt uirtutiſ diuine manifeſtatiuum: oſtenditur ueritaſ diuine nature alii autem ſancti qui fecerunt miracula faciebant hoc implorando diuinam uirtutem non imperando: & ſi aliquādo in talibuſ imperabant: Hoc non erat in uirtute ꝓpria ſed exprimendo uirtutem Chriſti tanq̄ miniſtri non domini. ſicut aliquādo impabāt demonibuſ ut recederent ab obſeſſiſ cordibuſ in nomine Chriſti & autoritate eiuſ Vi/denteſ autem turbe. hic ponitur conſequenter huiuſ miraculi effectuſ: quia turbe hoc uidenteſ timuerūt imponere ſibi blaſphemiam. & glorificauerunt deum qui dedit talē poteſtatē. i. Chriſtum ipſum qui eſt uirtuſ dei patriſ. hominibuſ. ſcilicet ad eoꝝ ſalutē Et cū tranſiret. inde. hic ponitur credentium uocatio. primo circa eorum uocationē deſcribitur condeſcēſio ad peccatoreſ. ſcđo ponit̄ eiuſ reprehenſio cōtra murmurātеſ ibi: & uidenteſ Phariſei. circa primum aduertendum ꝙ uocatio Mathei & iſtud con/uiuium fuit āte curationē paralitici. de quo dictū eſt. ſed hic ponit̄ ꝑ recapitulationē uel ſcđm aliоſ uocatio eiuſ fuit ante: & conuiuiū eiuſ de quo hic ſcribitur fuit poſt: & ut conuenientiuſ deſcribatur cōuiuium eiuſ uocatio repetitur. dicit igit̄ Euangeliſta Et cū trāſiſſet inde Ieſuſ uidit hominē ſedentē in Theloneo. in quo ſolebāt cāpſoreſ ſedere: quod quidem negocium uix aut nunq̄ exerceri ſine peccato poteſt. ut dicit Gregoriuſ. Et ait illi ſequere me. Matheum autem talibuſ occupatum uocauit ut de gratia dei nulluſ deſperet qnantūcunq; fuerit in uilibuſ occupatuſ. Et ſurgēſ ſecutuſ eſt eū. ſine aliqua dilatione. quia ſicut poterat mouere aurem exteriuſ uerbo. ita etiā interiuſ mentem inſpirando. ſicut enim paſſioni propinquuſ: illoſ qui ad capiendū ipſū uenerant ſolo uerbo proſtrauit dicenſ: ego ſum. ut habetur Io. xviii. ita ſolo uerbo poterat quoſq; ad ſe trahere. & in hoc apparebat uirtuſ diuinitatiſ in eo. Et factum ē eo diſcūbente in domo. ſcilicet Mathei. ecce multi publicani & peccatoreſ uenientеſ diſcunbebant cum Ieſu. fuerant enim ſocii Mathei. & ideo recedenſ ab eiſ & uolenſ ſequi Chriſtum fecit eiſ conuiuium Sicut de Heliſeo legitur. iii. Regum. xix. ꝙ uo/catuſ ab Helia ut eum ſequeretur mactauit par bouum: & dedit ſociſ ſuiſ comedere: & ſic ſecutuſ eſt Heliā magiſtrum ſum. & hoc mō faciunt qui recedenteſ a ſociſ faciūt priuſ eiuſ catum ſuum: uel ut aliоſ ferant ſuum burdonem. Et uidenteſ. hic ponitur reprehenſio contra iniuſte murmurantеſ de predictiſ. & primo contra Phariſeoſ. ſcđo contra Iohanniſ diſcipuloſ. tunc acceſſerunt: Circa primum ſciendum ꝙ Phariſei in

populo iudeorum reputabantur religiosi. unde etiam in habitu ab aliis quodam modo distincti erant ut uidebitur inferius. Videtes igitur Christum cum publicanis & pec/catoribus manducantem: indigne ferebant & murmurabant dicentes discipulis eius. quare cum publicanis etc. quasi dicāt uos estis fatui qui talem magistrū sequimini. At Iesus audiens ait. non est opus etc. Respondet primo eis per ratiōem. quia sensibiliter uidemus q̄ medicus familiarius se debet habere ad infirmum qui eo indiget: q̄ ad sanū. Cum igitur Christus sit uerus medicus animarum ut dicit in psal. misit uerbum suum & sanauit eos ideo familiariter se debuit habere ad peccatores qui sunt infirmi infirmi/tate spirituali. Secūdo respondet per autoritatem que habetur Osee. vi. dicēs. eūtes autem discite quasi diceret ite & diligenter cōsiderate illud quod scribitur Osee sexto quid est misericordiam uolo & non sacrificium. q. d. si hanc scripturam cōsideretis in/uenietis me facere scd̄m ipsam. propter quod concludit. non enim ueni uocare iustos ad penitentiam scilicet licet aliquos iustos uocauerit ad augmentum gratie. ut Petrū & Andream & consimiles. Sed peccatores ueni supple uocare ad penitentiam. Tūc accesserunt. hic reprehendit Iohānis discipulos & primo ponitur eorum interrogatio maligna: scd̄o Christi responsio benigna: ibi. Et ait illis Iesus. Circa primū notandū q̄ discipuli Iohannis in tribus deficiebant. primo quia de sua abstinentia se iactabāt dicentes. quare nos & pharisei ieiunamus frequenter. quia talia sūt fienda in secreto ut supra dictum est ca. vi. Tu aūt cum ieiunas etc. scd̄o quia Pharisei se conīūgebāt dicentes. nos & Pharisei. quia audierant Iohānem magistrum suum Phariseos redar/guentem & dicentem supra capi. iii. Progenies uipperarum quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira. tertio quia Christum redarguebant ex defectu abstinentie in discipulos dicentes. tui autem discipuli nō ieiunant. defectum enim discipulorū retor/quebant in magistrum: de quo tamen audierant Iohannem dicentem. Ecce agnus dei ecce qui tol. pec. mundi. Io. primo. Et ait illis Iesus. hic ponitur Christi responsio in qua ostendit q̄ ieiunium corporale non competebat suis discipulis pro illo tempore: qa duplex est ieiunīū. qd̄dam ordinatur ad carnis refrenatiōem & ad cōtemplationē disponit. & istud non competebat discipulis Christi quando erat cū eis corporaliter. & hoc est quod dicit. non possunt filii sponsi id est Christi qui est sponsus Ecclesie lugere Sequitur uenient autem dies quando auferetur quantum ad presentiam. s. in passiōe & in ascensione in celū. & tunc ieiunabunt. quasi dicat tunc cōpetet eis tale ieiunium Aliud est ieiunium qd̄ ex plenitudine & perfectione contemplationis procedit: quale fuit Moysi ieiunīū in monte. quanto enim anima in contemplatione ē magis eleuata tanto est pauciori alimento contenta. unde &. x. Ethicorū dicit philosophus: q̄ felix contemplatiuus est paucissimis cōtentus & tale ieiunium non cōpetebat discipulis. quia adhuc erant rudes & imperfecti: sed prius debuerunt per caritatem sancti Spiritus innouari: quod factum ē die Pentbecostes: quando fuerūt per gratiam sācti spiritus innouati. & tunc debuerunt incipere nouum modum uiuendi. & hoc est quod dicit Saluator per duplex exemplū. primū ponitur hic Nemo autem immittit cōmissurā id ē iunctura seu supplementum. panni rudis scilicet noui. quia in nouitate ē spissior in uestimētum uetus quia hoc causat deformitatem. propter quod subdit plenitudinē enim tollit. i. uniformitatem seu pulchritudinem a uestimento. & peior scissura fit qa propter difformitatem non coniungit̄ solide cum ueteri panno: & sic defacili causatur ruptura maior in ueteri. secundum exemplum ponit ad hoc dicens neq̄ uinum nouū quia tunc est in ebulitione cetera patent. Ex his uult concludere: q̄ ea que sūt per/fectionis magne non sunt imponenda hominibus donec spoliati fuerint ueteri uita.

Hoc illo loquente.hic ponuntur quedam miracula ad discipulorum confirmationem & diuiditur in duas.quia primo narrat ad hoc quedam miracula in speciali. scdo multa concludit in generali ibi. Et circuibat. Prima in tres scdm tria miracula que narrat. scda ibi. Egressis autem. Prima in tres quia primo incipit narrare primum miraculū scdo interponit quoddā aliud in medio factum ibi. Et cum uenisset. primum autem miraculum fuit de suscitatione cuiusdam puelle defuncte & hoc incipit narrare dicens hoc illo loquente ad illos. hoc est ad Iohannis discipulos reprehendendo eos: ut patet ex precedentibus. Ecce unus princeps accessit. qualis autem fuit princeps iste nō exp̄mit hic. Sed habetur. Mar. v. & Luc. viii. ubi dicitur q̄ erat prīceps Synagoge Iudei enim habebant tantum unū templum ubi poterant offerre & immolare scilicet in Hierusalem. Sed in alis ciuitatibus & uillis habebant loca determinata in quibus cōueniebat populus ad orandum: & audiendum uerbum dei & ad tractandum de his que pertinebant ad communem utilitatem populi. & ille qui preerat cuius autoritate congregatio fiebat dicebatur princeps Synagoge.talis erat iste qui accessit ad Iesum & adorabat eum. Faciendo scilicet sibi reuerētiam debitam dicens domine filia mea mō defuncta est. Mar. autem dicit. q̄ dicit eam esse in extremis Luc. autem q̄ moriebat & hoc est uerū quando pater recessit ab ea & uenit ad Iesum. Sed anteq̄ Iesus ueniret ad domum patris eius mortua est. propter qd̄ nuncii superuenerunt de domo patris qui dixerunt noli uexare magistrum quia defūcta est filia tua. credētes q̄ Christus non posset suscitare eam a mortuis: licet posset eam sanare. Math. igit̄ ista omittit: ut breuius scribat: & accipit patris uerbum ab illo tempore quo recepit nuncium: quia assecuratus per Christum dicentem sibi. cōfide ut dicit Mar. credidit eam suscitandam per ipsum. & surgens Iesus sequebatur eum: pergens scilicet ad domum eius propter fidei sue meritū. Et ecce mulier hic interponitur miraculū de sanatiōe mulieris Emorroisse qd̄ fecit Christus in uia eundi ad suscitationē puelle. quod fecit Christus duplici de causa p̄ma fuit ut ostēderet nobis q̄ nō solū in termino: sed in uia debemus bonis operibus occupari. secūda fuit ut per miraculum factum in uia Archisynagogus hoc uidens certificaret de suscitatiōe filie sue in termino. dicit igitur Euangelista & ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecī annis. hic exprimit ut ostendat infirmitatis prolixitatem: & curationis difficultatem accessit retro. Christus enim erat in turba magna ut dicit Mar. & Luc. & ideo nō poterat defacili habere accessum ad eum & tetigit fimbriam. Christus enim portabat uestimentū suum ad modū Iudeorū Ad cuius euidentiam sciēdum q̄ populus Iudaicus de quibus Christus erat nasciturus secūdū carnem: debebat pollere quadam sanctitate speciali pre alis populis? & ab eis distingui. & ideo data est eis circūcisio ut quoddam signum distinctiuum in carne. Similiter data est eis lex ut haberent quendam specialē modū uiuendi. Similiter p̄ceptū fuit eis in habitu distīgui: ut patet Nume. xv. loquere filius Israel ut faciāt sibi fimbrias per quattuor angulos palliorum. ponentes in eis uittas iacintinas etc. Vitte enim iacintine que erant celestis coloris designabant q̄ debebant habere conuersationem eminentem pre ceteris: scdm qd̄ dicit Paulus Phil. iii. Nostra autem conuersatio in celis est. Vnde sequitur ibidem. xv. ut recordarentur mandatorum dei: & sint sācti domino deo suo. Talem igitur uestē portabat Christus Sicut alia legalia obseruauit usq; ad passiōem. & ideo mulier tetigit fimbriam. quia illud quod est in angulo pallii quod est a parte posteriori facili potest attingi. Dicebat enī intra se. firmiter scilicet credendo. Si tetigero uestimentum non quia uestimenta habeant aliquā uirtutem sanādi: Sed p̄ hoc declaratur uirtus illorū quorū sunt uestimenta. & Iesus cōuersus

muidenſ eam id eſt approbāſ ipſiuſ fidem. dixit cōfide filia etc. & patet littera Et cū
ueniſſet. hic reuertit̄ ad narrandum miraculū p̄mo p̄poſitū: de ſuſcitatione puelle. d.
Et cum ueniſſet Ieſuſ in domum principiſ & uidiſſet tibicineſ Diuerſe enim melodie
excitant diuerſaſ paſſioneſ in homine. alique enim excitant audaciam: ſicut patet in
belliciſ tubiſ. & alique deuotionem: ut patet in canticiſ eccleſiaſticiſ. & alique letitiam:
ſicut in diuerſiſ inſtrumētiſ muſiciſ: & alie excitant fletum & lamentationē: & talibuſ
utebantur antiquituſ in ſepulturiſ magnarum perſonarum ut prouocaret̄ multitudo
ad fletum: & taleſ dicuntur hic tibicineſ. carmen ſcilicet lugubre cantanteſ & turbam
tumultuantē id eſt lacrimantem & eiulantem & iſtud uocatur tumultuſ: quia cauſat
ſonum confuſum. ſequit̄: Non eſt mortua puella. quia licet eſſet mortua ſecundū uiā
nature: tamen non erat mortua illi qui poterat eam ſuſcitare. Sed dormit. q̄ dicit.
qa poterat eā ita faciliter ſuſcitare ſicut homo poteſt aliū hoīem a ſomno excitare.
& deridebant eum credenteſ q̄ loqueretur ex ignorantia: quia ſciebant eā mortuā.
Et eiecta turba. ex quo enim erant incredili. non erant digni uidere miraculū: qa
ſcriptum eſt ſupra. vii. ca. Nolite ſanctū dare canibuſ. Intrauit cū Petro & Iohāne
& patre & matre puelle. ut expreſſiuſ dicitur Mar. v. adhuc ut iſti eſſent teſteſ mi-
raculi. & tenuit manū eiuſ per tactum enim curabat: ut oſtenderet q̄ illa humanitaſ
eſt inſtrumentum diuinitatiſ miracula facientiſ ut dictum eſt ſupra. & ſurrexit puella
ad uitam recte reſtituta. Et tranſeunte illo. hic ponit̄ ſecundum miraculū p̄cipale
in illuminatione cecorum & ſecuti ſunt eum duo ceci dicētеſ miſerere nobiſ fili Dauid
uocauit aūt eū filium Dauid. uulgata enim fama erat apud Iudeoſ q̄ Chriſtuſ naſci-
turuſ erat de ſemine Dauid ſecundum carnem: & ideo quia credebant firmiter ipſum
eſſe Chriſtū promiſſum ipſi Dauid: ideo uocant ipſum ſic filium Dauid. ſequitur cre-
diditiſ quia hoc poſſum facere uobiſ. non querit hoc quaſi ignoranſ eorum fidem quia
omnia ſciebat per certitudinem: ſed ut confeſſio exterior addatur fidei interiori & ſic
ſint digntoreſ illuminari quia ſc̄m quod ſcribitur ad Romanoſ. x. corde enī creditit̄
ad iuſticiam: ore autem fit confeſſio ad ſalutem. ſequitur Et comminatuſ ē illiſ Ieſuſ
dicenſ uidete nequiſ ſciat. illi autē exunteſ diffama. i. publice nunciauerunt. Sed que-
ritur quomodo fecerunt contrarium eiuſ quod dixerat eiſ: quia aut Chriſtuſ uoluit
fieri illud quod dixit eiſ: aut nō. ſi uoluit ſequitur q̄ fecerint contra preceptum eiuſ:
& ſic peccauerunt. quod non uidetur: quia non fuiſſent digni ſanatione. Si autem
noluit ſequitur q̄ Chriſtuſ mēdax uel duplex in uerbiſ fuit: quod eſt ipoſſibile Sciē-
dum q̄ in Chriſto ponitur duplex uoluntaſ ſicut & natura una diuina. & eſt duplex
una ſigni: & altera beneplaciti. uolūtaſ enim beneplaciti ē qua uult aliq̄d ſimpliciter
& abſolute & ſic Chriſtuſ uoluit miraculū publicari. quia contra uoluntatē bn̄placiti
nihil fit. Sed bene fecit contra uolūtatem ſigni. alia fuit in Chriſto uoluntaſ hūana
& ſic Chriſtuſ quodammodo uoluit miraculum publicari: quia uoluit publicari ad de'
gloriam. uoluit autem hoc ut oſtenderet humanam laudem eſſe fugiendam. ſicut etiā
ſunt alia que ſūt partim uolūtaria: & partim inuoluntaria: ut dicitur. iii. Ethicorum.
ſicut ille qui proicit merceſ in mari: uult & non uult proicere diuerſiſ reſpectibuſ. qa
non uult abſolute. uult tamen in caſu tali poſituſ. Egreſſiſ aūt hic conſequēter ponit̄
tertiū miraculum principiale de demoniſ electione. egreſſiſ autem illiſ id eſt ceciſ tam
illuminatiſ: obtulerunt ei hominеſ ſcilicet illiuſ terre. hominē mutū demoniū habentē
dicitur aūt demoniū mutū non formaliter: ſed effectiue tantū. Ad cuiuſ intellectum
cōſiderandum q̄ natura corporaliſ obedit ſpirituali ad motum localem. uoceſ autem
ſignificatiue formantur p̄ motū lingue & labiorū & aliorū inſtrumēto⁊ naturaliū: &

ideo quia demon pro uoluntate sua potest ista localiter mouere: potest per linguam hominis diuersa uerba formare: & sic arripticii aliquando loquuntur idioma eis aliàs ignotum: sicut puruus laicus latinum: & hoc est manifestum signum ꝙ sic loquens sit demoniacus: quia talis locutio non potest procedere nisi ab aliquo intellectu hominis tale idioma ignorantis. sequitur ꝙ procedit ab intellectu angeli: uel demonis lingua sic mouentis: & sicut demon potest mouere linguam ad loquendum idioma ĩcognitum ita potest impedire linguam ne moueatur ad loquẽdum idioma cognitũ. & sic reddit hominem mutum. talis autem erat iste oblatus Christo. propter qđ sequit & eiecto demonio locutus est mutus. quia amoto impedimento habuit officium loquendi sicut prius. & admirate sunt turbe. quia admiratio consurgit ex inspectiõe rei insolite: qđ fuit in proposito. sequitur nunq̃ apparuit sic in Israel. licet enim in ueteri testimento aliqui legantur arepti a demõibus: non tamen legitur aliquis curatus qui cũ obsessiõe demonis factus fuisset mutus. phariset dicebant in principio de. etc. odium. n. & iudia faciunt interpretari facta in deteriorem partem: & peruerti iudicia. Phariset autẽ odiebant Christum: quia acriter arguebat eorum uitium: ut patet per Euãgelii de/ cursum. & ideo miracula a Christo facta uirtute diuina: dicebãt esse facta arte ma/ gica: & eodem modo eiectiõem demonũ factam per Christum dicebant fieri uirtute cuiusdam superioris demonis: cui inferiores obediebãt ad nutum de corporibus exũdo sicut enim in angelis sunt ordines & alii sunt alis superiores: sic in demonibus cũ in eis remanserint naturalia integra scđm Dyonisium. Dicebant enim Phariset ꝙ Christus habebat aliquem demonem superiorem: quem uocabant Beelzebuch sibi familiarem: & priuatum: & sic demones inferiores de corporibus obsessis eiiciebat per illum. Sed istud inferius rationabiliter reprobatur a Christo: ut uidebitur. xii. ca. Et circuibat hic ponũtur miracula in generali: quia Euangeliste non poterant omnia facta Xp̃i scribere in particulari ut dicit Iohan. ultimo. multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorũ: que non sunt scripta in libro hoc: que si scribantur p singula non arbitror totum mundum capere eos qui scribendi sunt libros. propter hoc enĩ in Ecclesia dicitur in Martylogio & aliorũ plurimorum sanctorum etc. hac. ſ. de causa qa Karolus magnus fecit inqri diligẽter obitus & actus martyrum & aliorũ sanctoꝝ & inuentũ ẽ ꝙ diebus singulis occurrebant plus q̃ trecenta festa. propter qđ statutũ est in fine martylogii adderet predicta clausula ut in generali saltem memoria sanc/ torum fieret in Ecclesia in die transitus eorũ. ita similiter euangeliste qui nõ poterãt omnia miracula Christi in particulari scribere ideo frequenter multa concludunt in quadam generalitate: sicut dicitur hic. & circuibat Iesus omnes ciuitates & castella domus. in situ eorum. i. in locis cõmunibus in quibus sapientes cõueniunt. per quod os/ tenditur sanctitas doctrine eius que non erat in latebris. & angulis sicut est doctrina hereticorum etc. & predicans euangelium regni. id est legem nouam: que immediate introducit ad regnum: quod non faciebat lex uetus. & curans omnem languorem id est infirmitatem prolixam. & omnem infirmitatem. quantũcunq; aliàs incurabilem: ex quo patet multa miracula hic in quodam generali cõclusa: scilicet ad cõfirmationẽ legis euangelice a Xp̃o facta: .X.

Videns aũt turbas. Postq̃ Matheus Euãgelista descripsit legis euãgelice dationẽ & eius cõfirmationem. Hic consquenter ponit eius promulgationem. Et diuidit in duas partes. quia primo ponitur eius promulgatio apud propinquos: scilicet Iudeos secundo apud extraneos scilicet gentiles capit. xv. prima in duas qa primo ꝓmulgat manifeste scđo parabolice ca. xiii. Itez prima in tres qa primo describit ꝓmulgantiũ

ipſam: ſcilicet Apoſtolorú inſtitutio. ſecúdo dubitantium confirmatio. ca. xi. tertio impugnantiú cõfutatio. ca. xii. Iterú prima in duaſ qa p̃mo ponit̃ inſtitutionis ratio ſcd̃o ipſa inſtitutio ibi. & cõuocatis Circa primum ſciendum: q̃ ſicut patet ex precedentibus multi ſequebantur Chriſtum tũ propter eius predicationem audiendam: tum propter infirmitatum curationem habendam. Chriſtus autem ita pauper erat: q̃ nec domiciliú ubi caput rreclinaret habebat. & ideo turbe ſequentes eum iacebãt uexati ſuper terram ſub diuo. propter qd̃ Chriſtus miſertus eſt eis: quia erant ſicut oues nõ habentes paſtorem. ſacerdotes enim eorum & doctores intenti auaricie nõ uacabãt debito modo eorum doctrine & hec fuit occaſio mittendi Apoſtolos ad predicandum populo: ad ſanandum infirmos ut non eẽt neceſſe ut turbe currerent poſt Chriſtum tanto labore. propter quod ſubditur. Meſſis autem multa. i. multitudo preparata ad hoc q̃ p̃ fidem colligat̃: & in horreũ reponatur. operarii autẽ pauci id ẽ doctores & p̃dicatores ueri. quia ad hec diſcipuli Chriſti nõ predicauerant. Rogate ergo dominum meſſis id eſt ipſum Chriſtũ: ut mittat operarios id eſt predicatores ad erudiendum populum. ex quo patet q̃ licet Chriſtus uelit aliquid facere: tamen uult a multis exorari. Et conuocatis. hic ponitur predicatorum inſtitutio: & diuiditur in duas partes. quia primo deſcribitur informatio predicantium. ſcd̃o ipſos recipientiũ: in fine capituli qui recipit Prophetã etc. prima in tres. quia primo deſcribit̃ inſtitutio Apoſtolorum quantũ ad collationẽ potentie. ſcd̃o quantum ad formam doctrine: ibi hos duodecim. tertio quantum ad ueritatẽ uite ibi. Gratis accepiſtis. Iterum prima in duas. quia primo cõfertur autoritas ſeu potentia predicandi ipſis Apoſtolis. ſcd̃o nominantur ſub nominibus propriis. duodecim aũt Circa primum conſiderandũ q̃ ſcd̃m q̃ dicitur Luc. x. non ſolum dominus miſit duodecim Apoſtolos ad predicandũ. Sed etiam ſeptuaginta duos diſcipulos. Veruntamen quia duodecim Apoſtoli fuerunt principales eius diſcipuli: & maior poteſtas eſt eis collata a Chriſto. ideo de ipſis facit ſolum hic mentionem Matheus. conuocatis duodecim diſcipulis ſuis. i. Apoſtolis qui principaliter erant ſui diſcipuli ut uiſum eſt. dedit eis poteſtatem ſpirituũ ĩmundorum etc. Cum enim doctrina nõ ſit efficax niſi fuerit p̃bata: ex quo miſit eos ad docendũ debuit eis dare gratiam miraculorum: quia aliter non poteſt probari ueritas huius doctrine. cum excedat facultatem intellectus humani. propter quod dicitur. Mar. ultimo. ipſi uero profecti predicauerunt ubiq; domino coopante: & confirmanti ſermonem: ſequẽtibus ſignis Si aũt queritur quare predicatores moderni talia ſigna nõ faciunt. Reſpondet Gregorius quia cum fides Catholica ſit ſufficienter probata per miracula Chriſti & Apoſtolorum non oportet ulterius hanc probationem reiterare ſicut etiam arbuſta cum primo plantant̃ frequenter irrigantur: cum autem in terra radicem fixerint talia ſubtrahũtur: Veruntamen ad conſolationẽ fideliũ in poſteris tẽporibus multa miracula fecit: ut patet de tempore martyrũ & cõfeſſorũ. Duodecim autem. hec nomina Apoſtolorum exprimunt̃ duplici de cauſa. una ad excludendum Pſeudoapoſtolos: qui a tempore Chriſti inceperunt: & Apoſtolos ueros perſecuti ſũt ut patet in actibus Apoſtolorũ & in doctrina Apoſtolorũ. Alia cauſa ẽ quia iſte numerus duodenarius Apoſtolorum ſignanter hic exprimitur: quia in ſacra ſcriptura multipliciter deſignat̃. figuratus ẽ enim per. xii. filios Iacob. per duodecim principes Tribuum Iſrael. per duodecim fontes in Helim p̃ duodecim lapides ſublatos de Iordane. per duodecim boues ſuſtentantes mare eneum. per duodecim Prophetas in uno uolumine artatos. per duodecim ſtellas in corona ſponſe. per duodecim fundamenta ciuitatis. per duodecim portas eiuſdem. & ut reddamus ſingula ſingulis. iſti ſũt duoded

Patriarche. quia principales patres in nouo testamento. xii. principes constituti sunt super omnem terram ut dicitur in Psal. xii. fontes ex quibus manauit aqua salutaris sapientie ad irrigandum ortum militantis Ecclesie. duodecim lapides uiui conuncti cemẽto caritatis ipsi Christo tanq̃ primario lapidi. duodecim boues sustentãtes mare eneum id est doctrinam sacramentorum in quibus lauantur anime fidelium duodecim Prophete annunciantes mũdi termiuũ: & iudicis aduentum. duodecim stelle illustrãtes totũ mũdũ duodecim fundamenta ipsius spiritualis Hierusalem. duodecĩ porte eiusdẽ quia per ipsos habemus aditum ad patriam eternã. dicit igitur. xii. etc. primus Symõ non propter primitatem temporis: Sed dignitatis. quia tanq̃m principali Apostolo Christus dimisit sibi Ecclesiam regnandam: ut patet Iohannis ultimo. Andreas autẽ frater eius fuit primus Christi discipulus ordine temporis: ut patet Iohannis primo. qa ut ibi dicitur: unus ex duobus qui secuti sũt Iesum erat Andreas frater Symõis Petri. & tanq̃m principalior de illis duobus ibidem nominatur. nomen autem alterius tacetur & postea ibidem subditur de uocatione Petri & uocatur Symõ. quia hoc erat nomẽ eius. qui dicitur Petrus. quia hoc nomen fuit sibi impositum post cõuersionem: sicut etiam quãdo adultus baptizatur mutatur nomen eius. Et Andreas frater eius. Philippus. Bartholomeus. Iacobus Zebedei. scilicet filius. & iste dicitur Iacobus maior. respectu alterius Iacobi triplici ratione. s. ratione uocationis. quia prior uocatus est a Xp̃o. scd̃o ratione familiaritatis quia Christus ipsum ad secreta sua admittebat: ut patet in transfiguratione Math. xvii. & in suscitatione puelle. Mar. v. tertio ratiõe passionis. quia primus inter Apostolos est ad dei gloriam translatus per martyriũ ut habetur Actuũ. xii. & Iohannes frater eius: Philippus & Bartholomeus. Thomas & Matheus publicanus. Iacobus Alphei. s. filius. & iste dicitur Iacobus minor: respectu alterius: & hic ex eisdem rationibus quibus alter dicitur maior. & Thadeus. Iste Act. primo. uocatur Iudas Iacobi. quia frater fuit Iacobi minoris. Symon Chananeus. dicitẽ aũt iste Chananeus. nõ qa esset de genere Chanaan: sed sic nominatus a Chana que est quedam uillula Galylee ubi fuerunt ille nuptie de quibus habetur Iohan. ii. & Iudas Schariothis. dicitur Schariothis: non quia de genere Sachar ut dicunt aliq Sed a loco unde natus fuit Scarioth: qui est quidam uicus in Iudea. qui & tradidit eũ. istud additur ad differentiam alterius Iude fratris Iacobi: & ad ostendendũ ꝓphetiã Dauid completam que dicit ꝙ Christus esset tradendus a discipulo. scd̃m quod dicitur in psal. etenĩ homo pacis mee etc. & ad excusationẽ bonorũ quãdo in congregatiõe eorum aliquis malus reperitẽ. Hos duodecĩ. hic traditur Apostolis forma doctrine. & primo quãtum ad locum cum dicitur. in uia gentium ne abieritis. ubi prohibuit eis ne irent ad predicandũ gentilibus extra terram ꝓmissiõis. & in ciuitates Samaritanoꝝ licet isti essent in terra promissionis tamen erant ꝓtim gentiles: & ꝓtim Iudei: ut habetẽ quarto Regũ. xvii. ductis enim. x. Tribubus in captiuitatem per Regem Assyrioꝝ missi sunt ab eo gentiles ad habitandum in Samaria: & in aliis ciuitatibus propinquis. Sed dominus misit leones qui interficiebãt eos: & ideo super hoc habito consilo. Rex Assyriorum misit unum de captiuis sacerdotibus ad eos: ut doceret eos colere dominũ unde & ipsi recipiũt libros Moysi tãtum: & nihilominus cum hoc idola colebãt. ratio autem quare Apostoli fuerunt prohibiti predicare p̃dictis gentilibus fuit: qa nõ erat magnũ tempus usq; ad Xp̃i passionem: & conueniens erat ut eius aduentus p̃mo denunciaretur Iudeis: qbus principaliter erat missus. & ideo illud tempus quod erat usq; ad passionem Christi futurum erat necessarium ad manifestãdum Iudeis p Apostolos Christi aduentum: & hoc est quod subditur. Sed ite potius etc. & post Xp̃i passionem

aliqbuſ Iudeiſ conuerſiſ ad fidē & aliſ pro maiori parte in infidelitate remanētibuſ Apoſtoli iuerunt ad predicandū gentilibuſ & hic erat moduſ a deo inſtituſ: ut habet Act: xiii. q̄ Barnabaſ & Pauluſ dixerunt Iudeiſ. Vobiſ oportebat primū loq uerbū dei. Sed quoniam repelliſ illā & idignoſ uoſ iudicaſtiſ eterne uite: ecce cōuertimur ad genteſ. ſic. n. nobiſ p̄cepit dominuſ. Scd̄o traditur forma doctrine: q̄tum ad ipſū docendi actum: cū dicit̄ euntes predicate dicenteſ: quia apropinquat regnū celorū. id eſt Chriſtuſ qui eſt dator regni celorum. Sciendum. n. q̄ regnū celorū qnq; modiſ accipitur in hoc Euangelio. primo pro Eccleſia militāte. ſupra. v. qui ſoluit unū de mandatiſ iſtiſ minimiſ: & docuerit ſic homineſ: minimuſ uocabitur in regno celorū. ut Gregoriuſ exponit q̄ regnum celorū ibi dicit̄ Eccleſia preſentiſ temporiſ ſecundo pro Eccleſia triumphante eodem ca. beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſorū ē regnum celorū. tertio pro lege Moyſi. infra. xxi. auferetur a uobiſ regnum dei & dabit̄ gēti facienti fructum eiuſ: quia ueruſ intellectuſ ueteriſ teſtamenti ē ablatuſ a iudeis ſuiſ peccatiſ exigentibuſ: & datuſ ē. Xp̄ianiſ. quarto pro Euangelio Chriſti infra. xiii. omniſ ſcriba doctuſ in regno celorū ſimiliſ ē homini patrifamiliaſ qui profert de theſauro ſuo noua: & uetera qa doctoreſ Catholici teſtimonio p̄ferūt de nouo teſtamēto & per conſequēſ de ueteri: quod includit̄ in ipſo: ſicut ē rota medio rote ut habetur in figura Ezech. ii. quinto accipitur pro ipſo Chriſto infra. xi. Si in digito dei eiicio demonia profecto uenit in uoſ regnū dei. i. Chriſtuſ dator illiuſ regni. per electionē enim demonū uirtute propria p̄bauit ſe eſſe Chriſtū. & hoc modo accipitur hic regnū celorū. i. Chriſtuſ. iſta erat predicatio Apoſtolorū pro illo tempore: quia denūciabāt iudeis Chriſtū uenisſe. & quia doctrina non ē efficax niſi aſſit p̄batio: ſequit̄ moduſ cōueniens ad probandum ueritatem huiuſ doctrine. ſ. opera facta diuina uirtute. cū dicit. infirmoſ curate etc. Gratiſ accepiſtiſ. hic informantur Apoſtoli q̄tum ad ueritatem uite. & diuiditur in quattuor parteſ. primo oſtenditur q̄ nō debent moueri ad predicandū cupiditate. ſcd̄o q̄ nec terreri aduerſitate: ibi. Ecce ego mitto uoſ. tertio q̄ nec retrahi a carnalitate ibi. Nolite arbitrari. quarto q̄ nec amore preſentiſ uite: ibi. & qui non accipit crucem ſuā. prima in duaſ. quia primo retrahit eoſ a cupiditate. ſecundo quia in uita mortali quilibet indiget neceſſariis. oſtendit qualiter habere debeant neceſſaria uite. ibi. dignuſ eſt mercenariuſ Circa primum ſciendū q̄ cupiditaſ oſtendit̄ in duobuſ: in male accipiendo: & hoc prohibet dicens. gratiſ accepiſtiſ. ſcilicet gratiam a deo uobiſ collatam. ſiue gratia ſit gratū faciens: ſiue ſit gratia gratiſ data. gratiſ date. eodem modo ſicut accepiſtiſ. pro ſpiritualibuſ enī actibuſ ut pro aminiſtratione ſacramentorū & predicatione & conſimili non debet accipi aliqd: q̄ſi precio ſecundo oſtenditur cupiditaſ in male poſſidēdo: & hanc excludit cum dicit. nolite poſſidere aurū etc. predicator enim uerbi diuini debet eſſe abſolutuſ a ſollicitudine. t̄pali temporalia enim in ſui acquiſitione moleſtant animū & adhuc pluſ in ſui poſſeſſione. quia ſunt iam quaſi membra incorporata ipſi habenti. & ideo magiſ trahunt animū hominiſ ad inordinatā dilectionē ſui: & quia hoc ſuffocat uerbum dei. ideo nō debet eſſe in predicatoribuſ euangelii. ſequitur. neq; pec. in zonis ueſtriſ. ad prouidendū. ſ. uobiſ de neceſſariuſ in uia. neq; peram. i. repoſitoriū ciborum ad portandum in uia. hoc totum dicit ad excludendum ſollicitudinem temporaliū a predicatore uerbi diuini. ſequitur. neq; duaſ tunicaſ id eſt ueſteſ ſuperfluaſ. terra enim promiſſionis calida eſt multum: & de cōmuni curſu ſufficit una tunica. illud enim q̄d eſſet ibi ſufficiens uel etiam ſuperfluū eſſet in regione frigida neceſſariū. & ideo per hoc nō excluditur: quin predicatoreſ euangelii habeant ſufficiēter tegumentum: neq; calciamēta integra

ſcilicet quia Apoſtoli utebãtur ſandaliſ ut habetur Mar. VI. ex quo patet ꝙ ſãdalia non cõputantur ꝓprie inter calciamẽta. ſed neq; uirgam. contrariũ uidetur haberi: Mar. VI. ubi dicit̃ ꝙ dominuſ precepit Apoſtoliſ ut non portarent aliqd in uia? niſi uirgam tm̃. Dicendum ꝙ uirga hic & ibi accipit̃ equiuoce. hic enim uirga accipitur metaphorice unde ſenſuſ eſt. neq; uirgam. i. non innitamini ſubſidio temporali: ſicut corpuſ innititur baculo ſuſtentanti. In Marco autem accipitur uirga ad litteram. quia doctoreſ Hebreorum in ſignum doctrine portabant uirgam in manu. qa con/ſuetum erat apud iudeoſ prouideri eiſ de uictu a populo: quem docebant. ideo Xp̃uſ uoluit ꝙ hoc ſufficeret Apoſtoliſ pro alia ꝓuiſione. per hoc enim oſtendebatur: ꝙ a populiſ cui predicabant debebat eiſ ꝓuidere unde ſequitur. dignuſ eſt operariuſ. ubi oſtenditur qualiter debeant habere uictum. ſ. a populo cui predicabant. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo oſtendit qualiter ſe debeant habere ad recipienteſ ipſoſ. & ſecundo qualiter ad non recipienteſ: ibi. & quicunq; nõ receperint. Circa primũ ſcĩ/dum ꝙ de iure naturali eſt & diuino. etiã humano ut illi qui ſeruiunt communitati in ſpiritualibuſ in diuino cultu & doctrina: ut eiſ a cõmunitate prouideatur in tpalibuſ & hoc eſt qđ dicit. dignuſ ẽ operariuſ id eſt predicator q operat̃ opuſ dei ad utilitatẽ populi cibo ſuo. i. uictu conuenienti: in quo intelligitur ueſtimentũ & domiciliũ: ſine quibuſ decenter nõ uiuit genuſ humanũ. in quancũq; ciuitatem aut caſtrũ intrauer. inter. quiſ in ea dignuſ ſit. i. fideliſ & bone fame. oſtendenſ ꝙ predicator uerbi diuini non debet ad loca mala & ſuſpecta declinare. qa per hoc impediretur doctrina eiuſ tanq̃ ſuſpecta. & ibi manete donec exeatiſ tranſituri ſcilicet alibi ad predicandum nõ eſt tamẽ per hoc itelligendũ ꝙ uelit excludere cauſaſ honeſtaſ exeũdi ut ad docendũ uel huiuſmodi. tum ꝓpter hoc intrauerint ciuitatem. Sed per hoc uult excludere diſ/curſuſ curioſoſ: & inutileſ q non debent eſſe in p̃dicatore. ſed magiſ ceſſãte neceſſitate exeũdi debet uacare contemplationi: ut ibi hauriat ꝙ poſtq̃ populo in predicatione effundat. intranteſ aũt domum ſalutate eam. i. homineſ habitãteſ in ea. quia parieteſ non ſunt ſalutandi. moduſ ſalutationiſ ſubiũgitur cũ dicitur. dicenteſ pax huic domui quia predicator uerbi diuini debet habitantibuſ in domum quam intrat: pacẽ optare: & non ſolum optare immo euangelium Chriſti p̃dicare: qđ ẽ euangelium uere pacis & ſi quidem fuerit domuſ illa digna. i. ad uitã eternã predeſtinata: & ordinata. ueniet ſuper illam domum pax ueſtra. i. oratio ueſtra: & predicatio habebit ibidẽ effectum Si autem non fuerit digna. id eſt ad uitam eternam non predeſtinata. pax ueſtra reuertetur ad uoſ. i. dato ꝙ non habeat effectum quantum ad ipſoſ tamen habebitiſ mercedem inde apud deum. Et quicunq;. hic oſtẽdit qualiter ſe debent habere ad nõ recipienteſ eoſ nec predicationem ipſorum: dicenſ exeunteſ foraſ de domo uel ciuitate etc. oſtendenteſ per ſignum manifeſtum ꝙ non ueniſtiſ ad predicandum eiſ propter temporale lucrum. quia etiam puluerem q adheſit pedibuſ ueſtriſ de loco ipſorum non uultiſ portare uel aliter. excutite etc. in teſtimoniũ laboriſ ueſtri ípẽſi ad cõuerſionẽ ipſorum: q̃uiſ ipſi noluerunt recipere. ideo ſubiungitur eorũ pena: cum dicitur. Amẽ dico uobiſ tollerabiliuſ erit terre Sodomorum & Gomorreorũ etc. i. minuſ puniẽtur in extremo iudicio. Sed uidetur alicui ꝙ hoc non ſit uerum. qnia Gene. XIII. ſcribitur ꝙ homineſ Sodomite peſſimi erant: & peccatoreſ nimiſ corã domino. unde & in ſignũ magnitudiniſ peccati ipſorũ: mortui ſunt igne & ſepulture deſcendente ſuper eoſ Gñ. XIX. Dicendum ꝙ Sodoma: & Gomorra fuerunt infecte pluribuſ peccatiſ ſcilicet peccato ſuꝑbie: luxurie: & auaricie: ut dicitur Ezechie. XVI. hec fuit iniqtaſ Sodome ſororiſ tue: ſuperbia panis ſaturitaſ etc. ſequitur. & egeno non manũ porrigebat.

igitur compantur hic negantibus uictum Apostolis: ꝙtum ad istud ultimū non ꝙtum ad alia precedentia. quia compatio debet esse ad ea que sunt eiusdem generis. & nō ē dubium ꝙ grauius ē peccatū negare uictū Apostolis seminantibus spiritualia: quibus tenentur homines de iure naturali: diuino: & humano: ut supra dictū ē. ꝙm manum non porrigere egeno simplicia spiritualia nō seminanti. Ecce ego mitto uos. hic ostē/dit Saluator ꝙ predicatores uerbi diuini non debent terreri aduersitate: & quia in aduersitate non solum oportet sustinere patienter: sed etiā aliquando nomē Christi confiteri constanter: ideo hec pars diuiditur in duas quia primo hortatur eos ad actū tollerandi. scđo ad actū cōfitendi ibi. omnis ergo qui confitebitur me. prima in duas quia primo ostendit tribulatiōis iminentis magnitudinē. scđo hortatur Apostolos ad eius sufferentiam ibi. Non est discipulus super magistrū. prima in tres. scđm ꝙ magnitudo tribulationis future ostendit ex tribus. primo quia erant passuri a legisperitis. scđo a principibus gentilibus ibi. & ad reges. tertio a ꝓpriis parentibus ibi: tradet aūt frater & in qualibet persecutione ostendit qualiter se debent habere. dicit igit primo Ecce ego mitto uos sicut oues. i. simplices innocentes per arma uos nō defendentes. in medio luporum. i. Scribarum & Pharisеorum. lupus enim dentibus oues laniat & ho/mines banelitu inraucat. ita isti Apostolos Christi nitebantur interficere. & uocem predicationis in eis impedire ut patet ex doctrina Apostolorū: & in actibus eorū. & ideo consequenter ostendit: ꝙliter in hac tribulatione se debent habere dicēs. estote prudentes sicut serpentes quoniam aliquando prudenter declinanda est malicia psecu/torū. Sicut Paulus uidens maliciam iudeorum uolentium eum interficere sine causa: appellauit ad Cesarem. Actuū. xxv. & simplices sicut columbe. quia occurrente ne/cessitate debet predicator euangelii: si necesse sit se offerre sine amaritudinis felle. ex quibus patet ꝙ astutia uulpina uituperabilis est: & similiter ruditas bouina. Sed medio modo debent incedere discipuli Christi. ideo sequitur. Cauete aūt ab hominibus. quia sicut dictū ē aliquando cauende sunt insidie malignorū. tradent enim uos in concilis etc. hoc enim frequenter habet in Actibus Apostolorū ꝙ Christi discipuli sūt in cō/cilio adducti flagellati & incarcerati propter nomē Christi. Et ad Reges & ꝓsides hic ostenditur magnitudo tribulationis imminentis Christi discipulis a principibus gen/tilibus. Iudei enim pro illo tēpore erant subditi Romanis: & ideo non habebāt altam iusticiam. & propter hoc non poterant aliquem cōdemnare ad mortē. scđm ꝙ habet Iohan. xviii nobis non licet interficere quenquā: & ideo nō sufficiebat eis discipulos Christi in cōcilio ducere & eos flagellare. Sed tradebāt eos iudicibus Romanorū ut sic possent eos ad mortem deducere. & hoc est quod dicit. ad Reges & ꝓsides ducemini ut scilicet cōdemnemini ad mortem in testimoniū illis actiue ut scilicet possint contra uos ferre testimoniū. & gentibus hic accipitur autoritatiue: quia iudices potentes cō/demnare homines ad mortem erant gentiles propter quod Pilatus dixit Iesu: Iohan. xix. nescis qa habeo potestatē crucifigere te etc. dixit ergo gentibus. q. d. Iudei non habentes autoritatem uos crucifigendi: ducēt uos coram iudicibus gentilibus: ut cōtra uos deferant testimoniū ad cōdemnationem mortis Consequēter ostendit qualiter se debent habere in hac tribulatione. d. cū aūt tradent uos nolite cogitare quomō aut quid loquamini: per hoc enim nō intendit excludere uiam ꝓuidēdi sibi de responsiōe Sed ꝙ non debēt perturbari si nō habeāt tēpus ꝓcogitandi. & hoc duplici de causa primo quia in tali casu sufficit fidem cōfidenter cōfiteri coram iudicibus: quod potest facere ꝙlibet Christianus quantūcunq; simplex. scđo quia hoībus de deo cōfidētibus spūs. s. nō deficit in necessitate: docens eos quomodo non possint aliter occurrere. &

hoc ē quod ſubditur. dabit enim uobis in illa hora etc. & patet ex p̄dictis: q̄ nō loq̄t hic de uerbo p̄dicatiōis. debet enī p̄dicator uerbi diuini precogitare qualiter debeat uerbū diuinū proponere. ſed q̄d dicitur Prou. xvi. hominis ē .n. animū p̄parare dñi gubernare linguā. aliter tēptaret deū ſi negligeret de hoc cogitare dū tñ habeat tē/ pus optunū. Tradet autē frater hic oſtēdit magnitudinē tribulatiōis imminētis Chriſti diſcipulis: ex eo q̄ paſſuri erant ab amicis: & pentibus q̄d ē grauiſſimū. ꝓpter q̄d dicit tradet aūt frater fratrē in mortē: & pater filiū etc. hoc ſuenitur de multis ſanctis q̄ p fide Chriſti ſeruanda traditi ſunt ad mortē ab amicis ſuis ſicut btūs Criſantus traditus ē ad mortē a patre ſuo Polemio. cetera patent uſq; ibi. Cū perſequētur uos. ubi oñdit qualiter ſe debēt habere in tali tribulatione. quia aliq̄n diſcipuli Chriſti debēt fugere Ad cuius euidentiam ſciendū q̄ perſecutio aliq̄n ē perſonalis: ut quādo aliq̄s querit ad mortē nō q̄a fidelis p̄ncipaliter: ſed ꝓpter odiū perſone determinate: tūc ſemper eſt fugiendū. Sicut Paulus querebatur ad mortē: in Damaſco: ut habet Act. ix. quod patet quia alii fideles permittebantur ibi habitare pacifice. Sed querebāt ſolū Paulū īterficere: ideo dimiſſus a fratribus per murū fugit perſecutionē perſonalē. aliquādo aūt nō ſolū eſt perſecutio perſonalis ſed etiā fidei & iuſticie. & tūc ſi homo percipiat probabiliter q̄ ex fuga ſua ſequatur deriſio fidei: & depſſio iuſticie fuga ē mala: & peccatū mortale. Si aūt non apparet hoc ꝓbabiliter. Sed magis cōtrarium: utpote quia ex fuga tali poteſt alibi fieri utilitas Eccleſie: ex remanſiōe aūt nō haberet niſi occiſio miniſtrorū Eccleſie. a canibus. i. obſtinatis infidelibus. & cōculcatio margari/ tarū. i. articulorum fidei: ab ipſis tūc ē fugiendū & alibi p̄ficiendū. ꝓpter q̄d ſubdit Amen dico uobis nō cōſumabitis ciuitates Iſrael. predicando ſcilicet ibi aduentum uel fidē Xp̄i. donec ueniat filius hoīs a mortuis: ſcilicet reſurgendo. q̄a denūciato adūētu Chriſti: per Aplōs per ciuitates iudee imediate paſſus ē Xp̄us: & a mortuis reſurgens diſcipulis apparuit. uel ſi intelligat de aduētu Chriſti ad iudicū: tūc intelligenda eſt cōſumatio p̄dicatiōis Apoſtolorū per totū orbē q̄tum ad cōuerſiōis effectū. q̄a ubiq; diſcipuli ſūt filii Iſrael ſc̄m predeſtinationē: ut dicit in Epiſ. ad Romanos. ix. licet enī predicatio Apoſtolorū diſcurrerit per totū orbē a tēpore ipſorū ſc̄m q̄d dicitur in pſal. In omnē terram exiuit ſonus eorum: tñ effectus cōuerſionis fidelium q̄tum ad eos qui generaliter conuertendi ſūt q̄tum ad fidem habebit plenarie effectū ſuū circa finē mūdi. Nō ē diſcipulus. Oſtēſa magnitudine tribulatiōis imminentis: hortat diſci/ pulos ad ipſius tollerantiā: & hoc triplici ratione. p̄mo exēplo ſui. ſc̄do ex cōſideratiōe diuini iudicii ibi. nihil opertum. tertio ex meditatiōe diuine p̄ſcientie: & cōſilii ibi. Et nolite timere. Circa primū hortat eos exēplo ſui: q̄a multa & grauia a iudeis paſſus ē & ſine cauſa & p̄ ueritate fidei & multo fortius debent pati eius diſcipuli. & hoc ē q̄d dicit. nō ē diſcipulus etc. Sequit ſufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius. i. ſi nō plus cōculcetur & cōtempnat q̄ magiſter eius & ideo cōcludit. ſi patrēfamilias. i. Chriſtū q ē pater noſter. Belzebuch uocauerūt. ſicut enī patet ex precedētibus: dicebāt Xp̄m facere miracula in uirtute cuiuſdā demōis ſibi familiaris: noīe Belzebuch: & ſic Xp̄m quodammō uocabāt Belzebuch in q̄tū opera eius ipſi Belzebuch attribuebāt. q̄d erat magna blaſphemia contra eū. q̄nto magis domeſticos eius diffamabāt. ſponēdo Apoſ/ tolis q ſūt de domo Xp̄i q̄ faciāt miracula in uirtute demōis. q̄d .n. Apoſtoli facerēt miracula uirtute demonis dixerūt Iudei & gentiles: ut patet multipliciter ex legendis ipſorū. ne ergo timueritis eos omittēdi fidei ueritatē. ꝓpter p̄ſecutiōis timorē. Nihil opertū. hic hortat eos ad idē ex cōſideratione diuini iudicii: in quo oīa maīfeſtabunt quia bona & mala omniū: oībus erūt manifeſta. cuius ratio ē. q̄a tale erit iudicū q̄d

uidet ab omnibus iustū. ꝙ non posset esse nisi merita & demerita uiderent ab oībus manifeste. cōsideratio huius manifestatiōis debet dare magnam audatiā in p̄dicatiōe ueritatis. & hoc ē quod dicit nihil opertū. scilicet in presenti tempore. qđ nō reuelet in iudicio. & occultū quod non sciatur. quia secreta cordis que soli deo sunt nota tūc erunt nisi nobis manifesta. & hoc debet predicatores mouere ad predicandū ueritatē secure. propter quod dicit. quod dico uobis in tenebris id ē in locis priuatis licet enim Xp̄us ut cōmuniter p̄dicauerit in cōmunibus locis ut in templo & Synagogis: tamē aliquando docebat discipulos sepatim a turbis ut habetur Mar. iii. seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. dicite in lumine. i. in palam quia postea Apostoli palā populo predicauerūt: ea que a Christo didicerunt. propter quod sequit. & quod in aure auditis id ē in secreto. predicate supra tecta. id ē publice in palestina enim tecta domorum erant plana desuper: & ibi conueniebant homines in diebus festiuis ad lu/ dendum & confabulandū: & per hoc designat quemlibet locū publicū ubi cōueniunt homines. uel scd̄m alios tecta dicebantur quedam dembulatoria facta circa templū: super que ascendebant doctores & inde docebant populum. Et nolite hic hortatur eos ad tolerantiam tribulationis ex cōsideratione diuine prouidentie seu consilii. Ad cuius euidentiam sciendū ꝙ aliqui dixerunt diuinam ꝓuidentiam tm̄ se extendere ad incorruptibilia: & nō ad ista inferiora. ex quorum persona dicitur Iob. xxii. circa cardines celi perambulat. nec nostra cōsiderat. Alii aūt dixerunt ꝙ se extendit circa iferiora ista exceptis actibus hūanis: & hoc ne tollerēt ab hoīe libertatē arbitrii. Sed utrūq; est falsū. quia scd̄m Philosophū primo de anima. ubi reprehendit Empedoclē dicit ꝙ deus esset insipientissimus si aliquid ignoraret quod nos cognosceremus. quod sequebatur ad dictū Empedocl: quia dicebat oīa cōponi ex amicicia & lite: excepto deo in quo lis non erat. ex quo sequebatur: ꝙ deus litem non cognosceret: ꝙa ponebat simile simili cognosci. & idem inconueniens sequitur ad dictum istorum: quia nos habemus noticiam de istis inferioribus: & de humanis actibus: & per consequens deus talia cognoscit & ad finem debitū deducit: quia cū sit agēs uniuersale & primū omnia que subiacent euis cognitioni: ordinanē per ipsum. & quia natura nobilior principalius cadit sub ordine prouidentie: Sequitur ꝙ natura humana que immortalis ē ex parte anime ex speciali mō cadit sub euis ordinatione. ꝓpter qđ iusti non debēt mortem timere: quia deus ordinabit ad finem ultimum. & hoc ē qđ dicit. Nolite timere etc. & patet usq; ibi. nonne duo passeres. ad euidentiā huius sciendū ꝙ passeres abundat in terra promissionis: & ideo de ipsis fiebat oblatio pauperū: qui nō poterant habere animalia. ūde erant pauci ualoris: quia duo babebanē pro Asse. as assis ē genus nūmi unde ē mensura in ponderibus: ut dicit glosa super istū locū. In unoquoq; n. genere illud qđ ē minimū: ē mensura aliorū. Dipondiū aūt ualet duplex As. & ideo dicitur Luc. xii. ꝙ quinq; passeres babebantur pro dipōdio. hic dicitur ꝙ duo pro Asse: ꝙa passer impar nō poterat cōpetenter diuidi. ideo remanebāt uendēti. dicit igitur nō ne duo passeres ueneūt. i. uenduntē. quia uenio uenis habet sensū passiui sub uoce actiua Asse. i. pro Asse. & tamen unus ex illis. quantūcunq; sit parui ualoris ut uisum ē: nō cadet super terrā. i. nō morietē. sine patre uestro. i. sine prouidentia dei patris. p cō/ sequens supple. neq; uos moriemini quin deus ordinet de morte uestra. propter quod concludit. Vestri aūt capilli omnes numerati sunt. in dei prescientia. Ideo concludit. nolite timere: multis pasceribus meliores estis uos. i. maioris reputationis apud deū. ꝙa ad imaginem dei facti qđ non cōpetit creature irrationabili: ibi. Omnis ergo q con/ fitebit. ostēso ꝙ debent sustinere tribulatiōes cōstāter hic hortatur eos ad cōfitendū

nomen Christi confidenter dicens. omnis ergo qui confitebitur me etc. & patet sequitᵉ Qui aũt negauerit etc. negatio aũt nominis Christi semper est mortale peccatum: & ideo negans ipsum dignus est condẽnatione. Similiter & nõ cõfiteri seu tacere aliqñ ẽ peccatũ mortale: ut scilicet quãdo ex taciturnitate alicuius tollitur honor deo debitus. s. in casu in quo aliquis interrogatus de fide: & taciturnitate sua ingerit aliis ꝙ ipse non sit Xp̃ianus: uel ꝙ fides sit ita derisibilis ꝙ nullus audeat eam cõfiteri: tunc tacere uel nõ cõfiteri peccatum mortale ẽ. Si aũt aliqs interrogatus ex feruore fidei publice ꝓfiteatᵉ fidẽ Xp̃i ad declarationem ueritatis fidei & ad confirmationem trepidantiũ: Sicut leguntur aliqui martyres fecisse: hoc ẽ bonũ supererogationis. Nolite arbitrari hic ostẽdit ꝙ p̃dicatores Euãgelii nõ debẽt impediri ex amicoꝝ carnalitate Ad cuius euidentiam sciendũ ꝙ caritas ẽ ordinata sic ꝙ homo debet diligere deũ sup oia: etiam supra seipsum: & ideo ꝓ nulla amicicia etiã cuiuscũq; ꝓximi debet retardari quin ꝓsequatur ea que pertinent ad honorẽ diuinũ ꝓpter qđ dicit. nolite arbitrari: qa ueni pacẽ mittere in terrã. & loquitᵉ de pace mala que ẽ cõtra deũ. nõ ueni pacẽ mittere. s. talẽ que dicta ẽ. sed gladiũ. hoc ẽ diuisionẽ talis cõcordie. Aduertẽdũ tamẽ ꝙ ista que dicunt hic a Christo sũt facta occasionaliter: quia ad Christi p̃dicationẽ aliqui cõuersi sunt ad fidẽ & alii in infidelitate remanentes quantuncũq; eis cõiuncti persecuti sũt istos ad mortem. ꝓpter quod sequitᵉ. ueni enim separare etc. & patet. Et qui nõ accipit crucẽ suã. hic ostendit ꝙ p̃dicator uerbi diuini: nõ debet retrahi ꝓpter dulcedinẽ p̃sentis uite: que ẽ breuis & transitoria: & ad merendã uitã eternã ordinata. & ideo qa finis est melior his ordinatis in finem. imo ea que sunt ad finem nõ sũt nisi ꝓpter assecutionem finis ideo de ipsis nõ curatᵉ. dũ tamẽ finis habeatᵉ. ꝓpter quod de uita presenti nõ ẽ curandũ. sed de assecutione uite eterne. & hoc ẽ qđ dicit. Qui non accipit crucẽ suã & sequitᵉ me. s. bonã mortẽ tolerandã. nõ ẽ me dignus. i. uita eterna qa in cõiunctioe ad Xp̃m p uisionẽ & fruitionẽ cõsistit uita eterna. Qui ꝛuenit aĩam suã. i. uitã p̃sentẽ que causatᵉ ab aĩa existẽte in corpore: unde ẽ ibi p̃dicatio p causã. qui amat. igitᵉ uitã presentẽ inordinate. perdet eã. res enim perditᵉ quãdo nõ attingit finẽ debitũ. sicut medicina perditᵉ: quãdo per eã sanitas nõ acquiritᵉ. & eodẽ mõ uita presens que finaliter ad cõsecutionẽ uite eterne ordinatᵉ recte perditᵉ: quãdo ꝓ ipsam ad uitã eternã nõ peruenitᵉ. ꝙ cõtingit illi q inordinate amat ipsã. & ecõtrario. Qui perdiderit animã suã ꝓpter me. uitã presentẽ ꝓpter Christũ cõtempserit: talis enim dicitur perdere nõ scđm ueritatẽ ut patet ex dictis. sed scđm hominũ opinionẽ. iste inq̃ inueniet eã. accipiẽdo pro transitoria eternã. Qui recipit uos. Postq̃ Saluator hortatus ẽ predicantes: hic hortatᵉ recipientes ipsos: ostendens magnitudinem premii ipsorũ. d. Qui uos recipit: in nomine meo: me recipit. ea enim que fiũt Xp̃i fidelibus reputat sibi fieri Xp̃us & hoc tã in malis. Act. ix. Saule Saule qd me persequeris. i. fideles meos: q̃ etiã in bonis: sicut hic: patet qa in discipulis suis dicit se esse receptum. & qui recipit ꝓphetam. i. dei nuncium. in nomine Prophete. i. ab eo cuius ẽ nuncius & similiter: qui recipit iustũ in noe iusti. qđ nõ pot esse: nisi ꝓpter deũ a quo iustificatᵉ omnis iuere iustus. mercedẽ iusti accipiet. i. a deo: q iustificat ipsũ. Secus aũt est si recipit ipsũ inq̃tũ amicus: uel cõpatriota: uel huiusmodi: qa nõ recipit eũ pure in nomine dei. Et quicũq; dederit poculum uni ex minimis istis calicem aque frigide tm̃. hoc dicit ad ostendendũ ꝙ qlibet q̃tumcũq; pauper potest facere opẽ misericordie qa dare calicem aque frigide pot quilibet q̃tumcũq; pauper. in noe discipuli. i. quoniam ẽ fidelis denunciãs fidẽ Christi. amen. i. fideliter dico uobis. nõ perdet mercedem. s. qa in his que dantur ꝓpter Christũ non tantũ pensatur quantitas doni q̃tum pensatur

quãtitaſ bone uolũtatiſ: ex qua dat̃ ſequit̃. Et factũ ẽ cũ cõſummaſſet Ieſuſ p̃cipiẽſ duodecim diſcipulis ſuis modum ſcilicet predicandi: & uiuendi predictũ. Trãſiit inde ut doceret & p̃dicaret ĩ ciuitatibuſ eoꝝ: ſcilicet Iudeorũ. & ſic patet cõcluſio huius ca.

IOhanneſ autem. Poſita inſtructione predicantium. XI.

HIc conſequenter ponitur cõfirmatio dubitantium. Et diuiditur in treſ parteſ. quia primo Saluator inde cõfirmat dubioſ de ſuo aduentu. ſc̃do cõdemnat incredu/loſ: ſeu peruerſoſ ibi. Cui ſimilẽ tertio commendat deuotoſ ibi. In illo tẽpore reſpõdẽſ Ieſuſ. prima in duaſ. quia ad confirmationem diſcipulorum Iohannis oſtendit ſe eſſe Chriſtum uere promiſſum. ſc̃do ad confirmationem populorum oſtendit Iohannem eſſe Prophetam ſanctũ: ibi. Illiſ autẽ abeuntibuſ. prima in duaſ. quia p̃mo mouetur dubitatio. ſecundo ponitur eiuſ reponſio: ibi. Et reſpondenſ Ieſuſ. Circa primũ conſiderandum q̃ Herodeſ antipaſ incarcerauit Iohannem propter hoc q̃ rep̃hendebat eũ: eo q̃d abſtulerat fratri ſuo Philippo uxorẽ ſuam: nomine Herodiadẽ: ut habet̃ Mar. vi. Iohanneſ igitur in carcere conſtitutuſ miſit diſcipuloſ ſuoſ ad Ieſũ querẽſ utrũ ipſe eſſet Chriſtuſ an non. Sed quia queſtio eſt dubitabiliſ propoſitio: mirabile ẽ q̃ Iohanneſ qui baptizauerat Chriſtum & uiderat ſpiritum ſanctum deſcendentem ſuper eum: & de eo dixerat ecce aguuſ dei ecce qui tollit peccata mundi: ut habetur Io. primo. de hoc. q. dubitanſ querebat. ad hoc reſpondet beatuſ Gregoriuſ dicẽſ: q̃ Iohanneſ non dubitauit ipſũ eſſe mundi Saluatorem. Sed dubitauit utrũ ſicut natuſ erat in humanitate noſtra: ita etiam moreretur pro ſalute noſtra. Sed hec reſponſio nõ uidetur cõueniens. quia Iohanneſ non fuit minuſ illuminatuſ q̃ Prophete ueteriſ teſtamenti. quia hic dicitur pluſ q̃ Propheta. ut ſequitur in iſto capitulo. Prophete aũt cognouerunt Chriſtum: non tantũ naſciturum in carne propter noſ: ſed etiam morituruꝫ: ut habetur Eſa. quinquageſimotertio. tanq̃m ouiſ ad occiſionem ducetur etc. & in pluribuſ aliiſ locis que propter prolixitatem uitandam omitto? ergo multo fortiuſ Iohanneſ qui fuit pluſ q̃ Propheta cognouit. Item Iohanneſ de Chriſto predixerat. ecce agnuſ dei. Iohannis primo. quod non dixiſſet ut uidetur: niſi uidiſſet eum immolandũ pro ſalute mundi. & ideo aliter dicendum q̃ Iohanneſ nõ dubitauit de predictiſ. Sed certitudinaliter cognouit. Sed diſcipuli eiuſ qui nõ erãt ſic illuminati dubitauerunt: & ideo Iohãneſ per diſcipuloſ queſtionem propoſuit: non propter ſui dubitationem: ſed diſcipulorum heſitantium. Et reſpondenſ Ieſuſ. hic ponit̃ Chriſti reſponſio. & quia eiuſ reſponſio non erat ad confirmationem Iohannis: qui non dubitabat ut uiſum eſt: Sed ad confirmationem diſcipulorum dubitantium: ideo X̃puſ non reſpondit per uerba ſed per facta: facienſ in conſpectu diſcipulorum Iohannuſ miracula multa manifeſte declarãda q̃ ipſe eſſet Chriſtuſ. & hoc eſt quod dicitur: renunciate Iohanni que audiſtiſ: & uidiſtiſ ceci uident: ad preceptum meum etc. que ſequuntur patent uſq; ibi. paupereſ euangelizantur. id ẽ denuncantur habere regnũ celorum: ut ſupra dictum eſt. v. capit. beati paupereſ ſpiritu etc. & beatuſ ẽ qui non fuerit ſcãdalizatuſ in me dubitando ſcilicet de deitate: quia me uidet in paſſibili carne Illiſ autem abeuntibuſ. Hic conſequenter oſtendit Iohãnem eſſe prophetam ſanctũ: & hoc ne ex queſtione propoſita aliqui crederent eũ dubitaſſe & ignoraſſe eum fuiſſe Chriſtum: & commendat eũdem de quattuor. primo de ſoliditate fidei & cõſtantie cũ dicitur Quid exiſtiſ in deſertum: uidere arundinem uento agitatam? q. d. q̃ Iohãneſ ita conſtanſ erat q̃ nec amore nec fauore a ueritate declinabat. Secundo ab auſteritate penitentie cum dicit. hominem mollibuſ ueſtitũ? q. d. nõ. quia ſicut ſupra dictũ eſt Iohanneſ habebat ueſtimentum de piliſ camelorũ: & eſca eiuſ erat locuſte & mel

siluestre. ad hoc etiam manebat in deserto: ut austeram uitam duceret: non solum ex uictu & uestitu: sed etiam ex loco. ꝓpter quod subdit. Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus Regum sūt. ad hoc enim multi magnatibus adulant: ut cū ipsis cōmorātes delicius utant. Sed hoīes ueritatis talia aspernant. Vnde narrat Valerius maximus in .iii. Quod quidam dixit Dyogeni olera lauanti: si tu Dyonisio adulari uelles. ista non ederes. cui respondit si tu ista edere uelles Dyonisio adulari nolles. & sequit. hic uiridicus ueritatis annunciator: mallens oleribus sustentari q̄m magnatibus adulari. Tertio cōmendat eum Saluator: a claritate noticie: cum dicit. Prophetam. dicitur primo Regū. ix. Qui enim dicit hodie Propheta olim appellabatur uidens. qa Prophete uidebant ea que aliis erant occulta. Sed non solum Iohannes Propheta fuit. Sed etiam plus q̄ Propheta: quia nō solum Christum preuidit uenturū & predixit: sicut alii Prophete. Sed etiam ipsum digito ostendit. Quarto cōmendat cū auctoritate doctrine dicēs hic est enim de quo scriptum ē Malach. primo. Ecce ego mitto angelum meum. id ē Iohannem: qui uitam duxit angelicam. ante faciem meam. id est ātē Christum: quia filius dicit figura dei patris. & per cosequēs facies eius. q ꝓparabit uiam. id ē corda audientiū ad recipiendū Christū per predicationem suā & baptisma suum. & ut cōprehendat summā cōmendationis Iohānis subdit. Amen dico uobis: nō surrexit maior. nō negat quin equalis surrexerit. inter natos mulierū. Christus enim maior fuit. Sed nō proprie dicit filius mulieris. Sed uirginis. quia mulier de communi cursu accipitur pro femina corrupta. qui autem minor est in regno celorum. id est in beatitudine. maior est illo. quia quilibet btūs quantūcūq; minimus maior est actu. q̄m quicunq; uiator purus. licet aliquis uiator sit maior in potentia aliquo beato. & quia dixerat ꝙ Iohannes esset plus q̄ Propheta. ideo cōsequenter declarat hoc dicens. A diebus Iohannis baptiste. regnū celorum uim patitur. quia incepit predicare cōsecutionem regni celestis per penitentiā. quod ante esse non poterat. & uiolenti rapiunt illud. non enim potest homo natus in terra rapere celū: nisi sibi faciat uiolentiā coercendo a delectabilibus propriū appetitū. Omnes Prophete & lex usq; ad Iohannem quia in lege & Prophetis ueritas de Christo erat sub figuris etiā enigmatibus tradita: Sed a Iohanne est manifeste ostensa: dicente: Ecce agnus dei. & si uultis recipere ipse est Helias. non in persona: Sed in spiritu: quia fuit similis Helie. & hoc in tribus. primo in austeritate penitentie: quia de Helia scribitur. iiii. Regum primo. ꝙ erat pilosus & zona pellicea accinctus renibus. dicitur autē ibi pilosus: propter hoc ꝙ habebat uestem hyrsutam & asperam. Similiter de Iohanne dictum est supra. tertio ꝙ habebat uestimentū de pilis camelorum. Secundo in soliditate constantie. de Helia enim scribitur ꝙ ipse cōstāter arguebat Regem Achab: iii. Regū. xxiii. & Othosiā Regē. iii. Regū primo. Similiter Iohannes cōstanter arguebat Herodē. Mar. vi. Tertio in autoritate doctrine: quia sicut Helias uenturus est per predicationem suā denuncians Christi aduentum secundū: ita Iohannes preuenit primū ut dictū ē supra tertio. ca. & hoc notatur cū subditur. q habet aures audiendi audiat. ad denunciandū illud qd̄ imediate preponitur mistice est intelligendum. Cui similem estimabo? Hic consequenter exprimitur condemnatio obstinatorum: & primo in generali respectu Iudeorum cōmuniter. secdo in speciali respectu aliquorum quibus specialia beneficia cōtulerat: ibi. Tunc cepit exprobrare. Ad euidentiam primi aduertendū ꝙ multum ualde facit ad uirtutē ꝙ aliqui a puericia sint cōsueti. & ideo expedit ut pueri exerceantur in ludis honestis inducentibus ad uirtutem: & retrahentibus a uicis. propter quod pueri Hebreorum habebāt talem ludum. diuidebant enim in medio ciuitatis in

duaſ parteſ equaleſ: & illi qui erant ex una parte canebant carmen letitie: & alii ex
oppoſita carmen lugubre: & poſtea exprobrabant ſibi mutuo. & exultanteſ dicebant
aliiſ q̃re ſibi nó cógaudebant. & ecótrario alii q̃re ſibi nó cópatiebanť. & hec fiebãt
ad exprimendú uanã letitiã: & defectú cópaſſióiſ & amicicie adinuicẽ in hoc mundo.
ſicut uidemuſ frequẽter q̃ ſ eadẽ ciuitate ímo & in eodẽ uico: uel etiã in domo letanť
aliqui: & aliqui ex oppoſito triſtanť. hoc ſimile erat de iudeiſ: q̃tum ad hoc qa uiderãt
auſteritatem Iohãniſ: nec per hoc fuerãt moti ad penitentiã: & poſtea dulcedinẽ &
manſuetudinẽ Xp̃i: q dulcedinẽ miſericordie eiſ p̃dicauit: & cú eiſ dulciter & mãſuete
cóuerſatuſ eſt. nec grauеſ penaſ ípoſuit penitẽtibuſ. ſed dixit uade & noli ãpliuſ pec/
care. & tñ per hoc nó fuerũt moti ad deuotióiſ dulcedinẽ & pietatiſ ſed magiſ remã/
ſerunt obſtinati in peccatiſ. & hoc ẽ qđ dicit cui ſimile eſtiabo generationẽ iſtã. de
qua ſupra ſcribitur in ſequẽti ca. generatio mala & adultera ſignú querit. Similiſ eſt
igit puerиſ. nó q̃tum ad eorú innocentiã. Sed q̃tum ad ludi eorú interpretationẽ. q
clamanteſ coequalibuſ dicũt. qa pueri in pteſ eq̃leſ diuiſi ſibi dicebãt mutuo ea que ſe/
quuntur. cecinimuſ uobiſ etc. & patet ex predictiſ. Venit Iohanneſ. hic applicat
ſimilitudinẽ ad p̃poſitú. nó manducãſ nec bibẽſ. i. in abſtinẽtia maxima uiuẽſ. ille. n.
qui parum comedit dicitur nó comedere: ſcđm cómunẽ modú loquẽdi. Sicut qui male
uidet dicitur nó uidẽſ. & dicunt Iudei. ſ. demoniú habet. auſteritatẽ Iohãniſ demoni
attribuendo. demoniaci. n. poſſũt multa agere & pati que nó poſſũt alii. Venit filiuſ
hoíſ id ẽ Xp̃uſ manducãſ & bibẽſ. i. cómunẽ uitã inter hoíeſ ducẽſ. hoc enі debebat
facere qa erat mediator dei & hoím. & ideo talẽ uitã debuit cómuniter ducere ut có/
muniter uiuẽteſ: etiã peccatoreſ haberẽt acceſſú familiarẽ ad ipſú. & dicũt. ſ. Phariſei
male interpretãdo: ecce homo uorax. in quo notãt eú de exceſſu in quantitate cibi.
& potator uini. in quo notant eú de ebrietate. qđ erat falſú: qa p̃fectiſſime uite fuit.
ũde & poſt baptiſmú. xl. diebuſ &. xl. noctibuſ ieiunauit: ut ſupra uiſú ẽ: publicano/
rum & peccatorú amicuſ. hoc accipiebãt ex hoc q̃ uidebãt eú cú eiſ cómedentem &
bibentẽ: ut ſupra dictú ẽ ca. ix. hoc tñ non erat ut eorú uitia amaret: ſed magiſ ut
ſanaret: ut ibidẽ dicitur. & iuſtificata ẽ ſapiẽtia a filiuſ ſuiſ. hoc dupliciter exponitur.
uno mó referẽdo ad Aplóſ. & ẽ ſenſuſ. licet Xp̃uſ q ẽ ſapiẽtia dei patriſ ſic predicto
mó a Phariſeiſ reprobatuſ: tamẽ iuſtificatuſ ẽ. i. cognituſ iuſtuſ a filiuſ ſuiſ. hoc eſt a
diſcipuliſ qui ſũt filii Chriſti per adoptionẽ. ſcđm qđ dicitur Io. primo. quotquot aũt
receperũt eũ dedit eiſ poteſtatem filioſ dei fieri. Aliter exponit referẽdo ad pueroſ
Iudeorum p̃dicto mó ludenteſ & tũc ẽ ſenſuſ. & iuſtificata ẽ ſapientia. ſ. Iohanniſ &
Xp̃i. a filiuſ ſuiſ. hoc ẽ a filiuſ Iudeorú. qa declarata ẽ eorú iuſticia & ſapiẽtia: inq̃tum
repreſentabatur per eorú ludũ obſtinatio patrũ ſuorú: ſicut patet ex predictiſ. Tũc
cepit exprobrare. hic in ſpeciali oſtendit Xp̃uſ cõdemnationẽ aliquorũ p̃pter eorum
magnitudinẽ. qa illiſ p̃dicauerat Xp̃uſ frequẽter: & inter eoſ miracula fecerat. & licet
primo predicationẽ recepiſſent deuote tamẽ poſtea ad uomitũ reueríi: in infidelitate
remanſerũt. ſicut p̃dictũ fuerat p Eſaiã p̃phetã Eſa. ix. p̃mo tpe alleuiata ẽ terra
Zabuló etc. ſicut ſupra expoſitũ ẽ ca. iii. & hoc ẽ qđ dicit. tũc cepit exprobrare etc.
Ve tibi Corrozami. Iſta erat una de ciuitatibuſ in quibuſ predicta fecerat. Ve tibi
Bethſaida. de iſta ciuitate erat Petruſ & Andreaſ. Quia ſi in Tyro & Sydone facte
eſſent uirtuteſ etc. qđ patet qa receperũt p̃dicationem Apoſtolorú: & deuote credi/
derũt ut patet Act. xxi. ubi Paulú cõduxerũt uſq; ad nauẽ ex deuotione. per hoc
tñ nó intelligitur aliqua uariebilitaſ in diuina p̃deſtinatione: Sed tantú in hominum
uolũtate. Verũtamẽ dico uobiſ remiſſiuſ erit etc. qa grauiuſ eſt uitã auditã repellere

q̃m mori in gẽtilitate. Illi aũt erãt gentiles qui habitabãt in Tyro & Sydone. Et tu Capharnaũ nunqd usq; in celũ exaltaberis. hoc dicit ꝓperando. qa p predicationẽ Christi & miracula debuisset exaltari ad diuina. Sed qa ꝓpter peccatũ ingratitudinis semper peiora ꝓribus inferunt: ideo seqt. usq; in infernũ descendes. qa si in Sodomis qui tamẽ hoies pessimi fuerũt: ut habet Gene. xiii. facte fuissent uirtutes: que sunt facte in te. forte mansissent usq; in diẽ hãc. quia fecissent penitentiã sicut Niniuite ad predicationẽ Ione. dicit aũt. forte. non ad notandũ dubitationẽ ex parte sua: sed ad denotandũ mutabilitatẽ liberi arbitrii ex parte hois. Verũtamẽ dico uobis. quia Sodo. remissius erit in die iudicii. qa impugnatio ueritatis agnite que fuit in istis: qa ueritatẽ dei cognita per predicationẽ Xp̃i impugnauerũt: cum sit species peccati in spiritũ sanctũ. grauius ẽ peccatũ q̃ sit uitiũ luxurie cõtra naturã quo erant infecti isti Sodomite. In illo tẽpore respõdens. hic cõsequenter ponit deuotorũ cõmenda/tio: & circa deuotionẽ ponit primo principiũ motiuũ scd̃o ipsũ mediũ ibi. omnia mihi tradita sũt. Circa primũ aduertendũ ꝙ posset ab aliquo queri que fuit causa: ꝙ Iudei litterati & in populo famosi ꝓ maiori parte in infidelitate remanserũt: simplices autẽ & illitterati ad fidem uocati sunt. Huic questiõi tacite respondet Christus: per modũ diuine laudis dicẽs. cõfiteor tibi pater. i. ad gloriã tuã declaro. quia abscõdisti hec. s. mysteria fidei. a sapientibus: & prudẽtibus. i. in sapientia humana cõfidentibus. & isti sũt sapientes in oculis suis tantũ sed nõ simpliciter. & reuelasti ea paruulis. i. hũilibus. & sic patet ꝙ tã aperte credentibus fuit eorum hũilitas: que ad sapientiam disponit: ut habet Pro. xi. ubi hũilitas ibi & sapiẽtia. ex parte aũt nõ credentiũ fuit eorũ supbia que ẽ intellectus excitatiua. Sed ex parte dei causa fuit simplex uoluntas diuina. & hoc ẽ qd̃ subdit. quoniã sic fuit placitum ante te. q.n. aliqui sunt electi & aliq repro/bati bene põt assignari tã in generali: etiam ex parte dei: ut in electis appareat dei misericordia: in aliis aũt eius iusticia. qa sicut ad gloriam Regis terreni & decorem sui regni nõ solum pertinet aula in qua strennui milites honorantẽ: Sed etiã patibulũ in quo malefactores puniuntẽ. Sic ad gloriã dei nõ solũ pertinet premiatio bonorum sed etiam punitio reproborũ. In speciali tñ nõ põt assignari ratio ex parte dei: quia istũ eligat & illũ dimittat: nisi eius simplex uolũtas. unde dicit Augus. super Iohannẽ quare illũ trahat. illũ aũt dimittat. noli uelle diiudicare si nõ uis errare. Omnia mihi tradita sunt. hic ponit predicte uocationis mediũ. Christus. n. mediator ẽ dei & hoim. debitus aũt ẽ ꝓcessus ut ab extremo in extremũ ꝓcedatur per mediũ. & ideo omnis ꝓcessus gratie deriuatẽ ad nos per Xp̃m. & hoc ẽ qd̃ dicit. omnia mihi tradita sunt a patre meo. qd̃ uerũ ẽ in Xp̃o. quia scd̃m naturam diuinã habet esse a patre: & per cõsequẽs posse. licet habeat idẽ esse numero & posse cũ ipso. & sic omnia sũt sibi tradita a patre ab eterno. scd̃m aũt naturã hũanam omnia tradita sũt in potestate Xp̃i: & dominio a deo patre. Sed hoc intelligendũ ẽ dupliciter. uno mõ q̃tum ad autoritatẽ & sic omnia creata sunt sibi subdita ab instanti conceptiõis: qa eo ipso ꝙ natura hu/mana uerbo ẽ unita: oĩa creata sũt sibi subiecta. Alio mõ q̃tum ad effectũ: & sic in iudicio omnia erunt subiecta pedibus eius: quia tũc eius uolũtas perfecte ꝛplebitur in omnibus ut habet ad Heb. x. & qa scd̃m diuinã naturã ẽ idẽ cũ patre: ideo subdit. Nemo nouit filiũ nisi pater eodẽ modo nõ tñ ꝓ hoc excludit spiritus sanctus: quia dictio exclusiua addita uni persone in diuinis: respectu termini essẽtialis nõ excludit aliã: Sed potius includit. qa licet alia sit persona patris: alia filii alia spiritus sancti: tñ iste tres persone sũt unus deus ita ꝙ nec in deitate nec in essentialibus habent alie/nitatẽ aliquã. dictio aũt exclusiua solũ excludit qd̃ alienitatẽ ꝛportat. noticia aũt

abſolute ſūpra eſſentialiter accipiē: & ideo cōmuniſ ē tribuſ. & ideo cū dicit. ꝙ nemo nouit filiū niſi pater. per hāc dictionē excluſiuā niſi ab hac noticia nō excludit ſpūſ ſanctuſ: Sed magiſ includit ut dictū ē. Sciendū ꝙ hec dictio nemo nō accipit ꝑprie id ē nulluſ homo: qđ patet per hoc ꝙ ab iſta uniuerſali nagatía accipit pater ꝑ dictionē excluſiā: cū ſubdit. niſi pater. q tñ pater nō ē homo. Soluſ enī filiuſ in diuiniſ ē homo. & ideo dicendū ꝙ nemo ibi accipit magiſ large. i. nullū ſuppoſitū nature intellectualiſ: & ſic bene excipit pater. qui licet nō ſit homo: ē tñ nature ītellectualiſ: & tñ ipſe cognoſcit filiū perfecte: & qa Chriſtuſ ē mediator dei & hoīm: ideo noticia diuinoꝝ ad noſ deriuatur per ipſū. ꝑpter qđ ſubditur. & cui uoluerit filiuſ reuelare. nō qa iſti qbuſ fit reuelatio mediāte filio habeant noticiā cōprehenſiōiſ ſicut filiuſ: qa hoc ē ipoſſibile creature. illud. n. qđ cōprehēditur totaliter & ꝑfecte cognoſcitur & qa ut dictū ē dei filiuſ ē mediator dei & hoīm. ideo cōſequēter oſtēdit ꝙ familiariter & ſecure poſſumuſ accedere ad ipſū. Venite ad me omneſ q laboratiſ & onorati eſtiſ. ſub onere legiſ: qđ onuſ fuit iportabile patribuſ antiqſ: ut habetur Act. xv. Et ego reficiā uoſ. in p̄ſenti per gratiā: & in futuro ꝑ gloriā. tollite uolūtarie. ſ. iugū meum ſup uoſ. i. legē euāgelicā: que dicitur iugū a iūgo. giſ. qa lex euāgelica ē lex amoriſ & per cōſequēſ iūgit fideleſ adinuicē Iudeoſ & gētileſ. qa amor ē uiſ unitiua ſecundū Dyoniſiū. Cōſequēter oñdit q̄liter nutriatur amor iſte. d. Diſcite a me qa mitiſ. nullū ledēdo. & hūiliſ corde. neminē cōtemnēdo. Iſtiſ aūt duobiſ maxīe nutritur dilectio. premiū aūt amoriſ ſubiūgit cū dicit. & īuenietiſ requm aīabuſ qa ſcđm qđ dicit Aug. p̄mo cōfeſſionū. Inqetū ē cor meū domine donec requeſcat in te. que qdem quieſ hic inchoatur. Sed ī patria pficietur. ubi caritaſ cōſūmatur. & ne ex iugo legiſ euāgelice aliq terreātur: ideo ſubditur. Iugū enī meū ſuaue etc. qa ſcđm qđ dicitur p̄ma Ioquinto. māndata eiuſ grauia nō ſūt. qđ exponēſ Auguſ. dicit. ſ. amāti. XII.

IN illo. Poſtq̄ poſita ē cōfirmatio dubitantiū: ca. p̄cedenti ut patuit in diſcipuliſ Iohānīſ. Hic cōſequēter p̄ponitur cōfutatio. īpugnantiū. ſ. Phariſeorū. & diuidit in quattuor ptes. qa aliqui īpugnabāt ipſū Xp̄m reꝓbendēdo eiuſ ueritatē. q. cōtra legē agentē. aliq calumniādo eiuſ bonitatē. opera uirtute diuina facta demoni attribuēdo: ibi. Tunc oblatuſ ē. Alii tētando eiuſ poteſtatē: ꝑpter hoc querebāt ſigna de celo ibi. Tunc reſponderunt ei quidā de Scribiſ. Alii inſidiādo eiuſ aſſumpte infirmitati: ibi: Adhuc eo loquēte: p̄ma adhuc in duaſ. qa primo reꝓbendūt eiuſ ueritatē in ſuiſ diſcipuliſ. ſcđo in p̄ſona ꝑpria ibi. Et cū inde tranſiſſet. In prima igitur parte reꝓbendūt eū de hoc ꝙ diſcipuli eiuſ tranſeūteſ die ſabbati per blada uellebant ſpicaſ & cōfricāteſ māducabāt grana: q̄ſi cōtra legē agerēt ex Xp̄i doctrina. cōſiderandū tñ. ꝙ nō arguebāt eoſ agere cōtra legē: q̄ſi raperēt alienū: qa licitū erat ītrare ſegetē p̄ximi: & comedere: nō tñ metere falce: ut habetur Deut. xxiii. Sed quia uiolabant ſabbatum qa p̄ceptū erat in lege ꝙ cibaria p̄parētur die p̄cedēti: & nō in die ſabbati ut habetur Exo. xvi. ipſi aūt p̄parabāt ſibi cibū ſpicaſ fricando: & hoc ē qđ ſubdit diſcipuli tui faciūt qđ non licet eiſ facere ſabbatiſ: ſed Xp̄uſ reſpōdet eiſ oſtendendo ꝙ nō faciebāt cōtra legē: quia aliquid qđ ē lege ꝓhibitū bene efficitur licitum ꝑpter neceſſitatē īminentē: ſicut Dauid qui legitur ſāctuſ māducauit paneſ ꝑpoſitiōiſ ſibi datoſ a ſacerdote in neceſſitate: & tñ in lege erat p̄ceptū ꝙ ſoli ſacerdoteſ comederēt: quia ſacerdoſ inde nō reprobatur ꝙ dedit aliſ. nec etiam Dauid ꝙ comedit cū uiriſ ſuiſ: ex hoc patet ꝙ neceſſitaſ faciebat aliqd licitum quod aliaſ eſſet illicitum. Sic in ꝑpoſito dato ꝙ nō eſſet licitum fricare ſpicaſ in die ſabbati: tamē fiebat licitū ꝑpter neceſſitatē famiſ. & hoc ē quod dicit Saluator Phariſeiſ. nō ne legiſtiſ uoſ. ſupple qui

debetis scire legem. qd fecerit Dauid. quoniã cñ reputãs sanctũ. quomõ intrauit etc. & factũ habeẽ primo Regũ. xxi. cetera patent ex dictis. usq; ibi. an nõ legistis. ubi ponitẽ alia responsio: quia sacerdotes in die sabbati in templo manualiter operabantẽ: qa immolabant animalia deo oblata & excoriabant & hostias lauabant: & cõsimilia & tamen non uiolabãt sabbatum. quia talia opera erant ordinata ad dei cultũ. & hoc est quod dicit Saluator. Sacerdotes in templo sabbatum uiolant. i. manualiter operantẽ. & tamen sine crimine. quia & preceptũ erat a domino ꝙ talia opera facerent in sabbato: & eadem ratione Apostoli uellentes spicas in die sabbati & comedentes ex p̃cepto Xp̃i non peccabant. quia melius est ipsi Christo obedire: q̃ uictimas in templo offerre. & hoc est quod dicit Saluator. Dico aũt uobis quia maior templo est. hic. s. ego. cuius autoritate hoc faciũt sum maior & in hoc etiã ipse ostendit suam deitatem. unde sequitur. Si aũt sciretis. i. intelligeretis id quod est scriptũ Osee. v. misericordiã uolo & nõ sacrificium. ex quo ostendit̃ per dictum Prophete ꝙ opera misericordie sunt magis accepta deo q̃ uictime. nunq̃m cõdemnassetis innocentes. i. discipulos meos in necessitate famis existentes de licentia mea sibi predicto modo subuenientes. & qd̃ posset eos licentiare ostendit. dominus ẽ enim filius hominis etiã sabbati. qa obseruãtiam illã poterat mutare. Sicut patet qd̃ in nouo testamento autoritate eius mutata est. Et cũ inde transisset. hic ponit̃ cõfutatio eorũ qui reprehendebant eius ueritatẽ in persona propria: & primo ponitur eius cõfutatio: secũdo ex hoc oriens machinatio ibi: exeuntes autem Pharisei. Circa primum cõsiderandum. ꝙ ad reprehendendum eũ ꝓposuerũt ei questionem maliciose. uirum licitum esset sabbato curare. quia si non curaret arguerent eum impotentie. Si aũt curaret: de sabbati transgressione: & hoc est quod dicitur. Interrogabant eum etc. sequitur ut accusarent eum. alio dictorum modorum. Math. iii. & Luc. vi. dicitur ꝙ ipse Xp̃us interrogauit eos Dicendum ꝙ non contrariantur. quia primo interrogauerunt eum maliciose: ut dictum ẽ: & hoc scribit Math. postea aũt statuto homine infirmo in medio quesiuit a Pharisei si licet sabbato curare. quasi repetendo questionem ab eis motam anteq̃m solueret eam. & hoc scd̃m scribũt Mar. & Luc. qd̃ tacuit Matheus. & omittũt illud primum qd̃ ipse expressit. Sequitur ipse aũt dixit eis. hic Christus soluit questionẽ primo uerbo ostẽdens per locũ a minori: ꝙ licitũ erat sanare hominẽ in die sabbati. quia brutũ animal lapsũ in foueã licitũ erat in die sabbati extrabere: ergo multo fortius hominem qui melior ẽ cũ sit ad imaginem dei factus si in ifirmitatẽ ceciderit: licitũ ẽ sabbato curare & hoc ẽ qd̃ dicitur. qs enĩ ex uobis etc. & patet ex dictis. scd̃o soluit questionẽ facto hominẽ habentẽ manũ aridã sanãdo: tũc ait homini etc. & patet Exũtes autem. hic ponitur ipsorũ Phariseorũ contra Xp̃m inmachinatio: & ipsius Xp̃i hũilis declinatio hominis. n. in malicia obstinati per rationem non possunt compesci. & ideo Pharisei nõ potentes Christo respondere per rationẽ inceperunt aduersus eũ cogitare fraudẽ. Iesus autem scies. scilicet machinatiões eorum: quia nihil latebat eum. recessit inde. nõ quia timeret mortem. Sed quia futurum erat ut aliqui infirmi Christiani nõ auderent stare in persecutione: ideo ne fuga eorum imputaretur in peccatum: uoluit ostendere facto. ꝙ fugere persecutionẽ aliquãdo est licitum sicut supra plenius dictũ est ca. x. Sequitur & secuti sunt multi infirmi scilicet. ex eo quod uiderãt predictum hominem sanatũ. & curauit eos omnes. ex quo patet eius benignitas qa persecutus a Iudeis beneficia sanitatis eis impendit. & precepit eis. i. sanatis: ne eum manifestũ facerent Pharisei ipsum manifestando: non quia mortem timeret: ut dictum est. Sed ut ostenderet ꝙ sicut aliquando est licitum in persecutione fugere ita licitum est se

occultare ad cedēdū malicie & ut ostēderet magnitudinē sue patiētie. & hoc cōfirmat dicto Esa. xlii. scd̄m translationē septuginta intrepretum. ecce puer meus id ē Xp̄us qui fuit puer in forma serui. electus: quem elegi. hic duplicatur ad ostēdendū q̄ ipse fuit electus ad perficiendū opus nostre redētionis & nullus alius: quia per nullū alium potuit ita cōpetenter fieri. dilectus meus in quo bene cōplacuit anime mee. hoc dicit̄ metaphorice de deo ad exprimendū magnitudinem paterne dilectiōis ad filium. sicut apud homines ille qui multū diligitur dicit̄ haberi cordi. ponam spiritum meū super eū quia spiritus sanctus requieuit super eū in hūana natura: ut habet̄ Esa. xi. egredietur uirga de radice Iesse etc. Sequit̄. & requiescet super eū spūs domini etc. iudiciū gentibus nūciabit. quia Christus futurū iudiciū nunciauit hominibus per suā p̄dicationem: ut habet̄ infra. Similiter in iudicio futuro sententiā iudicii feriet i hūanitate quia in eadē forma in qua iudicatus est coram pilato in ea sedebit in iudicio: hoc excepto q̄ tunc apparebit in forma gloriosa. & hoc ē quod dicit̄ Actuum primo. hic Iesus qui assumptus ē a uobis: Sic ueniet scilicet ad iudiciū: sicut uidistis eū ascendentē id ē in forma humanitatis gloriosa: in qua ascendit in celū. Sequit̄. non cōscendet. s. ut uindicet: ut patet ex predictis. quia persecutionem Phariseorū declinauit hūiliter absq; cōtentione. neq; clamabit. ut scilicet liberetur sicut patuit in sua passione. neq; in plateis aliquis audiet uocē eius. quod patet ex sua taciturnitate coram Pilato: qa hoc fuerat p̄dictū Esa. lui. Sicut agnus corā tondēte se obmutescet: & non aperuit os suū. arundinē quassatam nō cōfringet. per arundinē quassatā intelligit̄ populus Iudaicus a fide & pietate uacuus: & lignū fumigans nō extinguet. per hoc intelligunt̄ gentiles in qbus claritas rationis naturalis erat extincta per consuetudinē peccādi remanente fumo uoluntatis malefaciendi. uult ergo dicere q̄ Christus per fortitudinē deitatis uoluit resistere Iudeis & gētilibus ipsū crucifigētibus. quia Iudei crucifixerūt linguis suis ipsū iniuste accusando gētiles uero manibus ipsum crucifigēdo. qa milites Pilati q erant gentiles hoc fecerūt ut habet̄ Io. xix. sequit̄ donec eiciat ad uictoriā iudiciū. i. donec ueniat in quo manifestabit̄ sua uictoria. tūc enī inimici eius ponent̄ plenarie sub pedibus eius: ut habetur in Psal. viii. omnia subiecisti sub pedibus eius. & in noīe eius gentes sperabūt. quia ad predicationem Apostolorum gentiles ad fidē cōuersi sunt. Iudeis pro maiori parte in infidelitate remanentibus. Tunc oblatus ē hic consequēter ponitur cōfutatio calūniantium Christi bonitatem attribuendo eius miracula spiritui maligno. & primo ponitur eius calūniatio. secūdo calumnie cōfutatio ibi. Iesus autem scies. Circa primum ponitur euidens miraculum de eiectiōe demonis ceci & muti. non quia talia sint in demone formaliter sed effectiue: quia hominē quē obsederat cecū & mutum effecerat. & ideo ipso eiecto homo loquebatur. & stupebāt omnes turbe. ammirantes diuinam uirtutem in Christo. & dicebant nunquid iste est filius Dauid? quasi dicerēt sic. quia hic ē Christus nobis promissus de semine Dauid. Pharisei autem audientes turbas scilicet cōfidentes ipsum esse Christum propter euidentiam facti. Dixerunt hic non eicit demones nisi in Beelzebuch prīcipe demoniorū quia enim factum mirabile negare non poterant: ideo modum faciendi calumniabāt dicētes ipsum Iesum per aliquem demonem superiorem sibi etiam familiarem & priuatū eicere demones inferiores de corporibus obsessorū sicut supra dictum est capitulo. ix. Iesus autem scies. hic ponitur calumnie confutatio. & primo ostēdit q̄ miracula que faciebat non poterant attribui spiritui maligno. Secundo q̄ oportebat ea attribuere spiritui diuino ibi. Aut facite arborem bonam: Prima in duas quia primo ostendit propositum per rationem. scdo istorum calumniantium damnationem ibi. ideo dico

uobiſ. Primum oſtendit quatuor rationibuſ. Prima ratio taliſ eſt: q̃a ſi per demonem aliquem eiciebat aliоſ: ſequitur q̃ diuiſio eſſet inter eoſ: & ſic non poſſet diu ſtare poteſtaſ diaboli. & ex hoc ſequitur aduentuſ Chriſti per quem poteſtaſ demoniſ erat auferenda: & hoc eſt quod dicitur. omne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur etc. & patet littera. Secunda ratio ponitur ibi. Et ſi ego in Belzebuch eicio demoneſ etc. quia non ſolum Chriſtuſ eiciebat demoneſ: ſed etiam diſcipuli Chriſti in nomine eiuſ: & non ſolummodo diſcipuli: ſed etiam aliqui Iudei qui nõ erant Chriſti diſcipuli ſc̃m quod dicitur Mar. ix. uidimuſ quẽdam in nomine tuo euicentẽ demonia q̃ nõ ſequit noſ. non poterant autem iudei dicere q̃ Apoſtoli facerent miracula uirtute magica: cum eſſent ſimpliceſ & illitterati. Et ſi diceretur de Apoſtoliſ q̃ Chriſtuſ eoſ docuit artem magicam: tamen non poterat dici de eiſ qui non erant eiuſ diſcipuli. cum igit̃ eicerent demoneſ in nomine Chriſti ut dictum eſt: nec poterat hoc attribui ſpiritui maligno ut uiſum eſt. Similiter per conſequens nec eiectio demonũ facta per Xp̃m & hoc eſt quod dicitur. & ſi ego in Beelzebuch eicio demoneſ filii ueſtri. id ẽ Apoſtoli qui erant de ſemine Iudeorum. uel alii Iudei qui non ſequebantur Chriſtum. In quo eiciunt. quaſi. d. qui non poſſitiſ hoc attribuere niſi uirtuti diuine. per conſequẽſ nec eiectio facta per me: ut patet ex dictiſ. ſequitur. Ideo ipſi iudiceſ ueſtri erũt de Apoſtoliſ patet q̃ erunt iudiceſ. id eſt aſſeſſoreſ Chriſti in iudicio hoc habeb̃ infrã. xix. Cum uenerit filiuſ hominiſ in ſede maieſtatiſ ſue. ſede. & uoſ ſu. ſe. xii. iudicanteſ. xii. Tribuſ Iſrael. Si autem accipiatur pro Iudeiſ non ſequentibuſ Chriſtum: qui tamen eiciebant demoneſ in nomine eiuſ: Sic dicuntur iudiceſ aliorum non credentium: q̃a ex facto eorum alii oſtendentur condemnabileſ: quia non crediderunt in Chriſtum: cuiuſ deitaſ declarata fuit per miracula in uirtute eiuſ facta. Si autem ego in ſpiritu dei eicio demoneſ. ſicut concluſum eſt ex predictiſ. profecto uenit in uoſ regnũ dei. id eſt Chriſtuſ cuiuſ regnum erat a deo promiſſum. Eſa. ix. regni eiuſ non erit finiſ. & iſtud regnum expectabant Iudei. tamen in hoc erant decepti: quia credebãt iſtud regnũ tẽporale: quem errorẽ excluſit Xp̃uſ dicens Io. xviii. regnũ meum non eſt de hoc mundo. Tertiam rationem ponit ibi. aut quomodo poteſt quiſq̃ intrare in domũ fortiſ id eſt diaboli. de quo ſcribitur Iob. xli. Non eſt poteſtaſ ſuper terram. que ei cõparetur. domuſ autem eiuſ eſt homo obſeſſuſ in quo habitat ſicut in domo. & uaſa eiuſ diripe. Vaſa autem ſunt homineſ peccatoreſ qui a Chriſto diripiuntur quando de poteſtate demoniſ per ipſum eripiuntur. niſi priuſ alligauerit fortem. id eſt diabolum quaſi dicat cum iſta fecerim. ut patet: ſequitur q̃ ipſe diaboluſ ſit per me alligatuſ: ex quo concluditur q̃ ipſe ſit uere Chriſtuſ. quia in aduentu Chriſti poteſtaſ demõiſ erat diminuenda & arcenda. Quartam rationem ipſe ponit ibi. qui non eſt mecum. & eſt taliſ uoluntaſ eiuſ qui obedit alicui eſt conformiſ uoluntati eiuſ cui obedit ſaltem in facto. & ideo ſi Chriſtuſ in uirtute demoniſ faceret miracula ſequeretur q̃ Chriſtuſ & Demon eſſent concordeſ in factiſ. hoc autem patet falſum. quia facta Chriſti & doctrina erant ad retrahendum homineſ a peccatiſ. facta autem demoniſ ſunt ad diſtrahendum homineſ per peccatum. ex quo ſequitur. q̃ Chriſtuſ non operabatur in uirtute Demoniſ: & hoc eſt quod dicit. qui non eſt mecum per concordiam in facto: & uoluntate: cõtra me eſt. & huiuſmodi eſt diaboluſ: ut patet ex dictiſ. & q̃ non cõgregat mecum ſcilicet fideleſ ad unitatem fidei reducendo: ſpergit. & hic eſt diaboluſ qui diuerſaſ ſectaſ & hereſeſ & ſciſmata quantum poteſt introducit. Ideo dico uobiſ. Declarata Phariſeorũ falſitate. Hic cõſequenter oſtendit grauitatem peccati ipſoꝝ. Ad cuiuſ euidentiam aduertentendum q̃ Phariſei & legiſperiti ex conſideratiõe opiſ

Christi & ex consideratione scripturarum in quibus de aduentu Christi erat tempus determinatum: ut habetur Danie.ix. & consimilium: primo cognouerunt eum esse Christum ut habetur infra.xxi.agricole uidentes filiū dixerunt intra se. hic ē heres? & glosa ibi dicit. q primo cognouerunt eum esse Christum: secundum ueritatem. quia tamen incepit uicia eorum reꝓhendere. & contra similationem eorum publice ꝓdicare ideo conceperunt odium & inuidiam contra ipsum ex quibus excecati a prima noticia ceciderunt in errorem. quia talia peruertunt iudicium rationis rectum. & ex tunc in/ ceperunt omnia facta eius interpretari in malum. & primo uocauerunt eum uoracē: & potatorem: & peccatorum amicum & in tantam insaniam proruperunt q miracula que nullo modo poterant fieri nisi uirtute diuina demoni attribuebant: ut patet ex dictis. & licet primum esset graue peccatum tamen erat solum blasphemia contra eius humanitatem. secundum tamen fuit incomporabiliter grauius: quia erat contra eius diuinitatem. unde talis blasphemia est peccatū in spiritum sanctum. qa ē ipungnatio ueritatis agnite. quia sicut uisū est ipsi primo ueritatem cognouerūt de Christo. Sed excecati errore & inuidia impungnauerunt. & talis causatus ex malicia nō excusat. & hoc est quod dicit. omne peccatum. procedens scilicet ex ignorantia: & infirmitate. Et blasphemia ex talibus procedens. remittetur hominibus. id est remissibile peccatū. est. quia nō obuiat directe principio per quod fit remissio peccatorum: sicut obuiat peccatum in spiritum sanctum. cuius sex sunt species. desperatio. presumptio. obsti/ natio. finalis in penitentia. inuidentia fraterne gratie. impūgnatio ueritatis agnite. Cuius sufficientia sic sumitur: seu accipitur scd̄m q remouetur ab homine principium per quod fit remissio peccati. & hoc cōtingit tripliciter. uno modo ex parte ipsius dei alio modo ex parte donorū ipsius. alio modo ex parte peccati ipsius. Ex parte ipsius dei principium per quod dimittitur peccatum est ipsa misericordia dei: & hoc tollitur per desperationem. sicut fecit Caim. Alio modo timor iudiciorum dei est principium per quod & aliquid resilit a peccato: & hoc tollitur per presūptiōem. per quā aliquis presumit gloriam sine meritis quantumcūq agat male. Ex parte autem donorū dei: duo sunt que maxime retrahunt hominem a peccato. Primum est ueritatis cognitio: & hoc tollitur per hoc q aliquis ueritatem agnitam impungnat: & sic uiam salutis a se scienter repellit. Secundum est gratie diuine collatio: & hoc repellitur ab homine quantum in se per inuidentiā fraterne gratie: & nō accipitur hic inuidentia fraterne gratie prout aliquis inuidet fratri suo: uel alicui singulari persone: sed quando ē tanta malicia in eo q displicet sibi de gratia dei crescente in mundo. Ex parte uero peccati duo sunt: que retrahunt hominem a peccato. unū est turpitudo actus cōmissimi: ex cuius consideratione solet homo penitere: & hoc tollitur per finalem in penitentiam: nec accipitur hic finalis in penitentia prout est peccati circunstātia: scilicet qua aliqs in peccato mortali moritur: Sed quando aliquis tante malicie est q eligit de peccato suo nunq̄m penitere: ita q non uellet q deus daret sibi gratiam penitendi. Secundū ē breuitas delectatiōis: que in peccato est: ex cuius consideratione solet homo scd̄m electionē peccatū refugere: & hoc tollitur per obstinationem. quando scilicet homo firmat propositum inherendo omnino peccatis: ex predictis autem patet q peccatū in spiritumsanctum est inremissibile. & hoc est quod subditur. spiritus autem blasphe/ mie non remittetur. dicitur autem spiritus blasphemie quādo aliquis ex certa malicia blasphemat cōtra deum. Sicut erat in proposito quando miracula diuinitus facta at/ tribuebāt diabolo ut uisū est. & erat quedam species peccati in spiritumsanctum. que

facta est uidelicet ipugnatio ueritatis agnite. & p ea que dicta sunt: apparet sentẽtia illius que sequitur. & quicunq; dixerit blasphemiam contra filium hominis etc. uult dicere q̃ blasphemia que erat contra humanitatem non erat sic irremissibilis sicut illa que erat contra diuinitatem. Aut facite. ostenso q̃ miracula a Christo facta nõ poterant attribui ipsi Demoni. Consequenter ostendit q̃ oportebat ea attribui diuine uirtuti. Ad cuius euidentiã sciendum scd̃m quod dicit Hieronymus licet uirtute magica possint aliqua miracula fieri: tamen illa pertinẽt ad curiositatem tm̃: & uanitatẽ sicut Symon Magus faciebat statuas ambulare loqui & ridere & consimilia ut habet̃ in itinerario Clementis: sed illa que salubria: ut curatio languidorum: illuminatio ceorum: & huiusmodi: non possunt magicis artibus fieri. & ideo oportet talia attribui diuine uirtuti. talia autem faciebat Christus. & ideo ex hoc concludit q̃ miracula sua erant uirtute diuina facta. & hoc ẽ quod dicit. aut facite arborem bonam etc. arbor enim hic accipit̃ principium ipsorum operum: fructus autem ipsa opera. Inter autẽ arborem & fructum semper est similitudo. quia arbor bona bonum fructum ꝓducit. ergo quia opera miraculosa que Christus faciebat: non erant curiosa: & uana: sed salubria. concludit q̃ principium per quod talia faciebat erat sanctum & bonum. & hoc est quod dicit. aut ergo facite arborem bonam & fructum eius bonum. quasi dicat ex bonitate operum que ego facio potestis perpendere q̃ uirtus per quam ego facio non est mala. Sed bona. aut facite arborem malam. quasi diceret: ex operibus que fiunt per artem magicam cum sint mala: uana: & curiosa: potestis perpendere q̃ fiunt uirture maligna. Progenies uiperarum. Post q̃m ostendit eorũ falsitatem. ostẽdit huius falsitatis radicem. radix scilicet: ista erat inuidia & odium: quia licet Pharisei primo cognouerunt Christum ut dictum est: tamen tantum odium conceperunt erga eum: ex hoc quod reprehendebat uicia aliorum: q̃ omnia facta eius interpretabantur in malum: ad diffamandum ipsum. & hoc est: quod dicit: progenies uiperarum. quia uenenũ inuidie ex uestris parentibus traxistis: qui persecuti sunt Prophetas ex inuidia & uos ex eadem ratione persequimini me. propter quod subdit. Quomodo potestis bona loqui etc. quasi diceret nõ potestis de me bona loqui inuidia prohibente: & ideo subditur. ex abundantia enim cordis os loquitur quia uerbũ exterius est significatiuũ interioris conceptus. & ideo sequitur. bonus homo de bono thesauro suo. id ẽ de bona uolũtate: que sicut thesaurus absc̃ditus iacet interius in mente. profert bona. uerba scilicet & facta. & malus homo de malo thesauro. id est de mala uolũtate ꝓfert mala quia contrarie cause habent contrarios effectus: & ne crederẽt talia uerba remanere impunita. ideo subdit. dico autem uobis quoniã omne uerbum ociosum. & multo fortius si fuerit nociuum: & blasphematorium: q̃le erat uerbũ Phariseorum. tale reddet eos condemnabiles in die iudicii. propter quod sequitur. ex uerbis enim tuis iustificaberis: si fuerit fãcta & bona: & bonitati mẽtis cõsona. & ex uerbis tuis condẽnaberis. scilicet si fuerint mala & predicatis contraria. Tunc responderunt ei quidam. Hic ponitur confutatio temptantium eius potestatem. & diuiditur in tres. quia ꝑmo ponit̃ eorum confutatio. Secundo denunciatur eorum condemnatio. ibi. Viri Niniuite. & tertio eorum condemnatio. Cum autem immundus spiritus. Circa primum sciendum scd̃m quod dicitur Luce undecimo. aliqui uolentes experiri Christi potestatẽ petebãt sibi signũ fieri in corporibus celestibus: quod petebant non ex deuotione: Sed magis ex curiositate & calumniatione. & hoc est quod dicitur. Volumus a te signũ uidere. non quodcũq; Sed de celo. ut dicit̃ Luce undecimo. qui respondẽs ait illis. generatio

mala. quia ex perſecutoribuſ Prophetarum deſcenderant. & adultera. quia patreſ eorum Idolatre fuerunt. Signum querit. de celo ſcilicet. & ſignum non dabit̃ ei. de celeſtibuſ. quia ſunt indigni propter eorum curioſitatem & maliciam. niſi ſignū Ione Prophete. quaſi diceret terreni ſunt & infimi: & ideo de terra & infimiſ ſignū habe/bunt: & hoc eſt quod ſubditur. Sicut enim fuit Ionaſ. & patet. Viri Niniuite. Hic exprimit̃ eorum condemnatio. quia gentileſ peccatoreſ egerunt penitentiam ad pre/dicationem Prophetarum: & Phariſei obſtinati ſunt in predicatione Chriſti. q̄ tamē erat dominuſ Prophetarum: & ideo ex facto eorum apparebit iuſta condemnatio illorum: & hoc eſt quod dicit. Viri Niniuite ſurgent in iudicio. hoc eſt dictum. q̄ ex facto eorum apparebit iuſta condemnatio iſtorum. ſequitur. regina auſtri. i. regina Sabba. de qua habetur. tertio Regum. x. & dicitur hic regina auſtri. quia regnum eiuſ eſt in auſtrali parte reſpectu Hieruſalem. Surget in iudicio. hoc eſt. ex facto ſuo oſtendetur iſtorum iuſta condemnatio. quia uenit a finibuſ terre. i. a longinquiſ partibuſ. audire ſapientiam Salomoniſ. qui tamen non fuit niſi ſola figura Chriſti. & ecce pluſ q̄ Salomon hic. id eſt Chriſtuſ preſentialiter poſituſ cuiuſ predicationem Phariſei contempſerunt. Cum autem immunduſ. Hic ponitur eorum excecatio & poſſeſſio a diabolo. Ad cuiuſ euidentiam ſciendum. q̄ poteſtaſ Diaboli fuit electa quodammodo a populo Iudaico per legiſ dationem: que excludebat cultum demonū & inducebat ad colendum unum deum uerum. & ſic electuſ tranſiit ad poſſidendum plenius gentileſ ſine lege & Prophetarum oraculiſ uiuenteſ. Sed aduenientе Chriſti predicatione & Apoſtolorum. Iudei pro maiori parte fuerunt increduli: gentileſ aūt deuote fidem Chriſti & Apoſtolorum acceperunt: & ſic Diaboluſ electuſ ab eiſ per fidem Chriſti reuerſuſ eſt ad poſſidendum populum Iudaicum errore excecatum. & ſic facta ſūt nouiſſima huiuſ populi peiora prioribuſ. quia ſtatuſ populi iudaici peior eſt modo q̄ fuerit a principio ante legem datam. hoc eſt igitur qđ dicit. cū īmunduſ ſpirituſ exierit ab homīe. id eſt a populo iudaico uiuente ſub lege nature. qa electuſ eſt per ſuſceptionem legiſ Moſaice. ambulat per loca arida. id eſt corda gentilium. querenſ requiem. id eſt in ipſiſ perpetuam manſionem. & non inuenit. quia predican/tibuſ Apoſtoliſ inde electuſ fuit. tunc dixit reuertar in domum meam. id eſt iudaicū populū. & uenienſ inuenit eam uacantem. id eſt fide & boniſ operibuſ uacuam. ſcopiſ mundatam. quia populuſ iudaicuſ habebat quādam exteriorem mundiciā. & ornatā propter legiſ apparentiam. tunc aſſumit. ſeptē alioſ ſpirituſ nequioreſ ſe. per hoc qđ dicit ſeptem alioſ intelligit uniuerſalitatē uiciorum. hoc eſt dictum q̄ ante legē datā fuerunt peccatiſ irretici & a Diabolo poſſeſſi. Sed poſt aduentum Chriſti in peccato ſuo obſtinati: ſunt peioreſ facti. quia ex magnitudine peccata eorum ſunt quaſi du/plicata: & q̄ loquendi hoc quaſi de uno homīe per ſimilitudinem dicit intelligatur de toto populo indaico: patet per hoc qđ dicit. Sic erit huic generationi peſſime. Adhuc eo loquente. hic ultimo ponitur confutatio inſidiantium ipſiuſ infirmitati aſſumpte. in hoc q̄ ipſo predicante. dixit ei quidam inſidiator. q̄ mater ſua & fratreſ expectabāt eum foriſ. ut ſi propter hoc dimitteret predicationem arguet ipſum eſſe purū hominē motum propter affectionem carnalē. Sciendum tamē q̄ hic dicuntur fratreſ cognati eiuſ germani ſecundū modū ſcripture que frequenter nominat conſanguineoſ fratreſ. Ieſuſ autem illum inſidiatorem cōfutauit oſtendenſ q̄ ſpiritualiſ occupatio ē carnali affectioni preponenda dicenſ. que eſt mater mea etc. quaſi diceret predicatio propter hoc non eſt interrumpenda ſeu dimittenda. & extendenſ manū quaſi ad ꝓteſtandum

ueritatem. ecce mater mea ett. quasi. d. in tantū est aliqs mihi ꝓpinquus inquātum ē spiritualibus actibus intentus & patet ett. .XIII.

IN illo die. Postq̄ descripta est promulgatio euāgelii facta manifeste. Hic cō/ sequenter ponitur promulgatio legis euangelice facta parabolice: & diuiditur in duas partes. quia primo ponitur parabolica promulgatio. Secundo per miracula confirmatio capitulo. xiiii. In illo tempore prima in duas quia primo pōitur Christi predicantis multiplex documentum. secundo ponitur populi audientis impedimentū ibi. Et factum est cum consummasset. prima in duas. quia primo proponitur quedā prefatio. secundo subiungitur euangelii parabolica promulgatio ibi. Ecce exiit. In prima parte describitur promulgationis tempus & locus & modus: cum dicitur. In illo die. quia secundum ꝙ dicit Augustinus ibi accipitur dies pro tempore scd̄m modum loquendi scripture: & est sensus in illo die. id est paucis interpositis inter illa que nar/ rantur in fine precedentis capituli: & illa que subsequuntur in presenti capitulo. locus autem notatur cum dicit̄. exiens Iesus de domo etc. quia domus in qua erat Christus cum discipulis suis non poterat capere multitudinem que uenerat ad audiendum eius doctrinam. exiit ad loca spacioſa iuxta mare. Modus autem tangitur in duobus: primo in hoc ꝙ ascendit nauiculam ut sic auditores essent ante faciem suā ut possent magis attente audire. secundo in hoc quod dicit. & locutus est eis multa in parabolis. non dicit omnia. quia si omnia loqueret̄ in parabolis multitudo recessisset uacua sine utilitate. & ideo aliqua parabolice loquebatur: ea scilicet que erant secreta: & nō de/ bebāt sciri a turba sed solum a discipulis ut uidebitur infra in eodem capitulo. alia aūt loquebatur manifeste ita ꝙ turba poterat capere. Ecce exiit. hic ponit̄ decursus Ecclesie a predicatiōe Christi usq; in finem mundi: in. vii. parabolis sibi succedētibus & diuiditur in duas partes. quia primo decursus Ecclesie in istis parabolis describitur: & secundo intentio principalis concluditur ibi. Intellexistis hec omnia. prima diuidit̄ in septem partes scd̄m septem parabolas secunda incipit ibi aliam parabolam. tertia ibi aliam parabolam. quarta ibi aliam parabolam. locutus est. quinta ibi. Simile est regnum celorum. Sexta ibi. iterum. Simile est regnum celorum homini negociatori. Septima ibi. Iterum simile ē regnum celorum. Prima in duas diuidit̄. quia primo pa/ rabola ponitur: & secundo eius intellectus querit̄: ibi. & accedentes discipuli. parabola igitur prima est de semine proiecto in terram: cuius quarta pars tantum fecit fructū & in hoc denotatur predicatio Christi. qui predicauit Iudeis indifferenter bonis & malis: & pauci cōparatiue ad eius predicationem crediderunt. Pro maiori autem pte in infidelitate remanserunt & hoc est quod dicitur. ecce exiit Christus. scilicet secundū humanitatem: qui de utero matris exiit in mundum ad docēdum. uel de loco arcto ut de domo ad locum spacioſum: ut uisum est. secundum tamen diuinitatem non pōt exire nec de loco ad locum progredi. quia sic est ubiq;. & dum seminat id ē doctrinā indifferēter spargit comparatur autem eius doctrina semini. quia sicut semē in terrā bonam proiectum resurgit multiplicatum: Sic uerbum diuinum in corde deuoto receptum facit multitudinem bonorum operum. quedam ceciderunt secus uiam. id est sup corda exposita temtatiōibus demonum: & per consequens contrita & conculta ab eis: per malum consensum & factum: & uenerūt uolucres. id est demones per peccatū superbie alta petentes. Vnde de Diabolo scribitur Iob. quadragesimoprimo. Ipse est rex super omnes filios superbie. peccata enim carnalia non possunt in demonibus esse & comederunt illa. id est fructum impediuerunt. alia autem ceciderunt in petrosa. i.

ſuper corda humore fidei & deuotionis carentia. ſole autem orto eſtuauerunt. quia aduenıente tribulatione & perſecutione: tales prius uerbum receptum renuunt: alia autem ceciderunt in ſpinis. id eſt in corda ſolicitudinibus diuitiarum lacerata: & ideo ſolicitudo talis impediuit fructum predicationis. ut enim apparet ex decurſu utriuſq; teſtamenti. Iudei ſemper fuerunt auari & omnino uitio cupiditatis fuerunt intēti: & ſemper occulti ab agnitiōe ueritatis. Ex predictis patet q̄ predicator uerbi diuini nō debet ceſſare a p̄dicatione: licet tamen uideat paucos proficere. qa tres huius ſeminis partes dicuntur hic infructuoſe. quarta autem pars tantum fructum facere. & tamē intelligitur ad litteram de predicatione Chriſti qui eſt exemplum omniū p̄dicatorū. & ideo licet auditores non proficiant. p̄dicator tamen faciens quod eſt in ſe: nō p̄dit meritum ſuum. alia uero ceciderunt in terram bonam. id eſt in cor fidele: & deuotum & dederunt fructum. aliud centeſimum etc. In hoc tanguntē tres gradus qui poſſunt ſignari in qualibet uirtute. uerbi gratia in uirtute caſtitatis. primus eſt caſtitas con/ iugalis. per quem gradum uitatur illicitus concubitus. licito tamen concubito retento in matrimoniali actu. Secūdus gradus eſt caſtitas uidualis. per quam euitat̄ de cetero omnis concubitus: ut aīmus poſſit de cetero liberius deo ſeruire: licet poſſet licite ma/ trimonium contrahere. Tertius gradus eſt caſtitas uirginalis: qui eſt ſuperior iſtis. p̄ quem omnis concubitus ſimpliciter euitatur ut mens ipſa tanq̄m ſponſo ſuo ſoli deo p̄ amorem copuletur: ſecundum q̄ dicitur prima Corīthiorum. vii. Virgo cogitat que domini ſunt: ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. que autē nupta eſt cogitat que ſūt mūdi quomodo placeat uiro. Similiter in uirtute fortitudinis: poſſūt tres gradus aſſignari. Primus gradus quando propter bonum uirtutis ſuſtinet conſtanter detrimentum in exterioribus bonis: & ut in poſſeſſiōibus: & diuitijs & huiuſmōi. Secundus gradus qñ ſuſtinet detrimentum etiam proprii corporis ut flagellationis: & incarcerationis: & hu/ iuſmodi. Tertius autem gradus eſt: quando propter uirtutem contemnit etiā totam uitam p̄ martyrium. Sequitur qui habet aures audiendi etc. ſecūdum Hieronymū ubicunq; ponitur hoc uerbū deſignatur miſticus intellectus. quia ſub uerbis p̄abolicis aliud ſenſus eſt per intellectum requirendus. Et accedentes diſcipuli. hic conſequenter queritur huius parabole intellectus. & primo queritur. ſecundo intellectus aperitur ibi. ergo audite. primo ergo dicitur ſic. & accedentes etc. quia Apoſtoli percipiebant Chriſtum miſtice loqui: ideo queſierunt intellectum: non tūc cum eſſet in actu pre/ dicandi. Sed poſtea quando fuit in domo ſine turba ſecundum q̄ habetur Mar. iiii. & cum eſſet ſingularis interrogauerunt etc. quare in parabolis loqueris eis. uolentes ſcire intellectum conuenienter petierunt quare locutus fuerat turbis ſic parabolice ut oſtenderet ſe non de ipſis ſolum: ſed etiam de aliis ſolicitos eſſe. Qui reſpondens ait. qa uobis datum eſt etc. Apoſtoli enim erant quaſi fundatores Eccleſie poſt Xp̄m unde Apoc. xxi. dicitur q̄ murus ciuitatis habebat fundamenta. xii. & in ipſis. xii. nomina Apoſtolorū: & agni ſcripta. & ideo ad ipſos pertinebat ſcire ſecreta Eccleſie de q̄bus erat proceſſus Eccleſie a predicatiōe Chriſti uſq; ad finem mūdi. quia iſta erāt futura in diuina diſpoſitione preordinata: & iſtud uocat̄ hic myſterium regni celorum. id eſt ſecretum Eccleſie militātis illis autem non eſt datum. id eſt uulgaribus turbis uel etiā Phariſeis incredulis: non eſt conceſſum iſta intelligere & propter hoc loquebatur eis talia parabolice. unde ſequitur. Qui habet dabitur ei. quia habentibus deuotionem & fidem ut Chriſti diſcipulis datus eſt intellectus ueruſ ſacre ſcripture ut habetur Luc. ultimo. aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas. & abundabit. quia ex abundanti

reuelatus est eis processus | Ecclesie ut uidebitur. qui autem nō habet. s. & deuotionē ad Christi doctrinam: & qđ habet auferet ab eo. quia intellectus scripture ueteris testamenti quem habebant: ablatus est ab eis ꝑpter eorum incredulitatem: & datus est gētilibus propter eorum fidem & deuotionem. Sequitur ideo in parabolis loquor eis. id est obscure & mistice. quia uidentes Christi scilicet opera & miracula. nō uident id est non intelligunt ea diuinitus facta. quia uirtuti demonum attribuebant talia. ut uisum est supra. & audientes. Christi scilicet doctrinam sāctam & bonam. & doctrine Moysi & Prophetarum cōsonam & ipsius perfectiuam ut supra uisum est. nō audiūt assentiendo neq; intelligunt. intellectum eius spiritualem: qui princip alior ē capiēdo ut adimpleatur. li ut tenetur ibi consecutiue. ex hoc enim facto impleta ē prophetia Esa. vi. licet uerba sint aliquantulum altera in translatione Hieronymi auditu audietis. scilicet corporaliter. & non intelligetis spiritualiter. & uidentes uidebitis Xp̄m scilicet miracula & opera diuina facientem & nō uidebitis eius scilicet diuinitatem. incrassatū est enī cor. locutio est metaphorica. sicut enī crassitudo circa cor cōgregata suffocat & extinguit uitam corporalem: Sic malicia Iudeorum extinxit in eis uitam spiritualem. unde sequitur. & auribus grauiter audierunt. quia doctrinam Christi sanctam & Apostolorum audire non potuerunt. sicut patet ex decursu euangelii: & Actuum Apostolorum. & oculos suos clauserunt. facta Christi euidentia peruertēdo & eius miracula uirtuti demonis attribuendo. & ex hoc secuta est eorum excecatio: & induratio. quia suis culpis exigentibus. sunt derelicti a deo. Vestri erga ostensa excecatione Iudeorum ex eorum incredulitate secuta: Hic ostendit consequencer illuminationem Apostolorum. propter eorum fidem & deuotionem eis diuinitus datam: dicens. uestri ergo oculi beati qui uident. non solum facta exteriora conspiciendo: Sed uirtutem diuinitatis latentem intelligendo. & aures uestre que audiunt nō solū audiendo exterius: Sed etiam per fidem assentiendo interius. amen. id est fideliter. quia multi Prophete & iusti cupierunt uidere que uos uidetis: & non uiderunt. dicit multi non omnes: quia aliqui uiderūt sicut de Abraham dicitur Iohannis. octauo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meū uidit: & gauisus est. Vel aliter multi. id est omnes. quia licet antiqui patres & Prophete aliqui uiderint Christum ꝑ fidem a longe prospiciendo: non tamen uiderūt ipsum presentem inter eos conuersādo & docendo: sicut uiderunt Apostoli. & ideo dicuntur beati. quia in eis fuit completū. quod antiquis patribus fuit promissum. Vos ergo. ostenso ꝙ Apostoli debebāt scire secreta Ecclesie: Hic consequenter apperit eis intellectum parabole: dicens. Omnis qui audit uerbum regni. id est euangelii quod introducit ad celeste regnum: & non intelligit: quia non radicabitur uerbum intra mentem temtationibus demonum ꝑ uiā: & hec est pars seminis que cadit iuxta uiam: ut supra dictum est. uenit malus. id est Diabolus. non quia sit malus per essentiam: ut dixerūt Manichei qui posuerūt duo principia. unum bonum simpliciter. & alter malum. Sed quia est in malo obstinatus: & ad malum semper intentus. Quod autem seminatum est supra petram. id est super cor humore fidei: & deuotiōis carens. hoc est qui uerbum audit & continuo cum gaudio suscipit. qa tales ad horam aliquādo ex aliqua passione mortis cū gaudo suscipiūt predicationem. Sed quia non fundantur in humore fidei & deuotionis cito euanescit. propter quod sequitur. non habet in se radicem. sed est temporalis id est ad modicum tempus stans. facta autem tribulatione. propter uerbū euangelii susceptum: cōtinuo scandalizatur cadendo ab eo quod ceperat. Qui autem seminatus est in spinis. hoc est

qui perditur propter solicitudinē]diuitiarum: & patet istis aūt tribus de causis p̄dictis predicatio Christi & Apostolorū fuit Iudeis pro maiori parte inutilis: & infructuosa non propter defectum doctrine. Sed propter impedimentum sue malicie. qui uero in terram bonam seminatus est. hoc est qui audit uerbum fideliter & deuote. & intelligit quia talibus datur intellectus sacre scripture. & fructum affert. adimplendo opere. Aliud centesimū. sicut supra expositū ē p̄ hanc aūt quartam partē seminis: que cadēs in terram bonam faciens fructum secundum triplicem uirtutis gradum intelligitur p̄dicatio Christi & Apostolorum quantum' ad illos Iudeos qui eam fideliter & deuote receperunt & in fide remanserunt. Aliam parabolam. hic ponitur secunda parabola in qua describitur status Ecclesie sequens immediate post mortem Christi & Aposto/lorum quia Diabolus inuidit fidei seminate in cordibus fidelium: & ideo inter fideles commouit aliquos ad perfidiam hereseis quasi seminans Zizania in medio tritici: ad ipsius destructiōem. & hoc est quod dicitur. Simile est regnum celorum. id est status Ecclesie militantis. homini qui seminat bonum semen in agro suo homo iste Christus est ager autem est Ecclesia labore & sanguine Christi exculta. bonum semen ē sācta doctrina & fides Catholica. cum autem dormirent homines uenit inimicus & super se/minauit Zizaniam. post dormitionem Christi & Apostolorum per mortem: ista iter homines fideles seminauit Diabolus pro maiori parte: quia etiam alique hereses uiuē/tibus Apostolis fuerunt seminate ut patet in epistolis Pauli. & prima canonica Io. ii. capitulo. nunc Antichristi multi facti sunt. Sequitur ex uobis prodierunt. Sed non erant ex uobis. Cum autem creuisset herba etc. quia cum fides Catholica per orbem inciperet multiplicari: tunc hereses que primo latuerant manifeste apparuerunt in persecutione fidelium. accedentes autem serui etc. serui isti sunt patres antiqui q̄ fue/runt in primitiua Ecclesia qui admirantes perfidiam hereseis insurgentem ad deum accesserunt per orationem inquirentes unde talis perfidia oriretur: quibus fuit diui/nitus reuelatum: q̄ hoc erat ex Diaboli opere deo permittente. & hoc ut stabilitas fidelium probaretur. unde sequitur. inimicus homo. id est Diabolus hoc fecit serui aūt dixerunt. id est sancti patres per orationem diuinum auxilium quesierunt. Vis imus & colligimus seperando eos a communitate Ecclesie per excommunicationē & tandē dimittēdo iusticie seculari exterminando per mortē. & ait nō. ne forte eradicetis etc. ex quo patet. q̄ dominus non uult hereticos uiuere absolute. Sed in casu tantum: scilicet quādo non possunt separari a fidelibus sine periculo fidelium: & hoc contigit duplici de causa. una quando non bene cognoscuntur: nec bene distinguuntur a fi/delibus. alia quādo habent tantos defensores: q̄ si contra eos procedatur maius p̄culū in Ecclesia probabiliter timetur: ut scismatis uel interfectionis fidelium a fautoribus hereticorum. tunc enim permittendi sūt propter maius periculum euitandum. ubi aūt non occurrunt ista pericula sunt seperandi ab Ecclesia & iusticie seculari relinquēdi ut exterminentur per mortem. ne per hoc totum corpus Ecclesie corrumpat̄. Sequit̄ simile utraq; crescere. usq; ad messem. id est usq; ad mundi consūmationem. qđ duobus modis intelligitur. uno modo quia in casu sunt permittendi ut uisum est. alio modo quia quantumcūq; Ecclesia hereticos persequetur: nunq̄m tamen p̄fecte ab eis mun/dabitur usq; in finem mundi. Et in tempore messis id est iudicii dicam messoribus. id est angelis colligite primum Zizaniam etc. quia ministerio āgelorum seperabuntur tūc mali de medio iustorum: & mittentur in Iebannam: ut habetur infra in eodem cap. triticum. id est fideles in area huius mundi mihi contritos & flagellatos: congregate

in horreum.id eſt in celeſte gaudium. Aliam parabolam. Hic ponitur tertia pabola in qua deſcribitur Eccleſie ſtatuſ ſequenſ immediate ſurrectiõem hereſum quia cõtra hereſeſ inſurgenteſ: dominuſ in Eccleſia ſuſcitauit doctoreſ ſanctoſ litteratoſ: ut ſic poſſent hereticoſ per rationem: & ſcripturam confutare: & licet primo fuerint hũileſ: & abiecti: tamen diuina diſpoſitione fuerunt poſtea exaltati & maximiſ Principibuſ ualde cari: ut beatuſ Silueſter Conſtantino. & beatuſ Ambroſiuſ Theodoxio ut p poteſtatem ſecularem Eccleſia ab hereticiſ purgaretur: & hoc per rationem & ſcrip/turam q̃tum ad illoſ qui doctrinam ſanctorum reciperent uel per poteſtatẽ ſecularẽ quantum ad eoſ qui indurati eſſent. & iſte ſtatuſ figuratur per parabolam de grano Sinapiſ: quod cum ſit minimum in quantitate: tamen eſt magnum in uirtute: quia creſcit ad modum arboriſ: & uolucreſ celi habitant in eiuſ ramiſ. Sic ſancti predicto modo fuerunt paruuli humilitate: Sed magni ſcientia & uirtute. & ideo ſic diuinituſ exaltati. ꝙ uolucreſ. id eſt principeſ huiuſ mundi alta petenteſ: habitabant ramiſ eoꝝ id eſt regebantur per eorum conſilium. Aliam parabolam. hic ponitur quarta para/bola in qua deſcribitur ſtatuſ Eccleſie ſequenſ exaltationem predictorum ſanctorũ: & diuiditur in duaſ quia primo ponit parabolam. Secundo ſubiungit huiuſ parabole & aliarum rationem: ibi hec omnia etc. Circa primum conſiderandum ꝙ principibuſ huiuſ mundi per ſanctoſ predictoſ ad fidei ueritatem inductiſ data eſt licentia p totũ orbem Romano Imperio ſubditum predicandi fidem Catholicam & Eccleſiaſ con/ſtruendi & ſic fideſ Catholica in modico tempore per totũ orbem diuulgata eſt & hoc ſignificatur per parabolam fermenti abſconditi in tribuſ ſacciſ farine: & fermentatiſ totum: tria ſacca ſunt treſ parteſ orbiſ Aſia. Africa. Europa. que tunc erant ſubiecte Romano Imperio: uel pro toto uel pro maiori parte. fermentum autem propter calorem intrinſecum ſignificat legem euangelicam: que eſt lex amoriſ mulier autem ponenſ fermentum in tribuſ ſacciſ predictiſ: eſt diligentia ſãctorum ad fidem Catho/licam ubiq; predicandum. Hec oſa. hic conſequenter redditur ratio predicte pabole & aliarum. & diuiditur in duaſ. quia primo ponitur dicta ratio. & ſecundo queritur cuiuſdam parabole predicte interpretatio. ibi. Tũc dimiſſiſ turbiſ. ratio autem quare loquebatur parabolice turbiſ ſupra eſt aſſignata. & iterum hic aſſignatur alia ſcilicet ut ſcriptura que hoc predixerat Pſal. ſeptuageſimoſeptimo. impleretur: & patet lit/tera excepto hoc quod dicitur ibi. ꝙ ſine paraboliſ non loquebatur. ꝙ non eſt intel/ligendum ꝙ nihil loqueretur niſi parabolice: ut expoſitum eſt in principio huiuſ cap. Sed quia cum hoc ꝙ aliqua dicebat clare. illa ſcilicet que debebat turba ſcire. aliqua etiam interponebat parabolice: que ſcilicet pertinebant ad ſecreta Eccleſie. Tunc dimiſſiſ turbiſ. Hic ponitur interpretatio parabole de Zizania in medio tritici ſemi/nata. & notat euangeliſta locum ubi facta eſt interpretatio iſta: dicenſ. dimiſſiſ turbiſ cum uenit in domum. unde ex hoc etiam patet ꝙ aliaſ paraboleſ ibidem eiſ expoſuit: licet non fiat hic mentio de aliarum expoſitione parabolarum. Vnde dicitur Mar. quarto. Seorſum autem diſcipuliſ ſuiſ diſſerebat omnia interpretata. eſt aũt parabola predicta a Chriſto ſicut ſuperiuſ expoſita eſt. & patet uſq; ibi. mittet filiuſ hominiſ angeloſ id eſt Chriſtuſ. qui iudicabit mundum in forma humana: in qua iudicatuſ eſt coram Pilato. Sed tunc apparebiſ in forma glorioſa. Et colligent de regno eiuſ omia ſcandala. id eſt hereticoſ qui generant ſcandalum in Eccleſia. & eoſ qui faciunt iniq/tatem. quia non ſolum damnabuntur Heretici: Sed etiam fidem tenenteſ: habenteſ tamen opera mala. ibi erit fletuſ & ſtridor dentium in hoc ſignificatur duplex pena

inferni. una ex parte mentis: scilicet tristicia uehemens: que significatur per fletum: & alia ex parte corporis: que significatur per stridorem dentis. tunc iusti fulgebũt. per dotẽ scilicet claritatis redundãtis ex gloria anime ad corpus. Qui habet aures sicut supra expositum est in eodem capitulo. Simile est regnum celorum. hic ponit̃ quinta parabola designans Ecclesie statum sequentem post predictum. quia diuul/gata fide in orbe terrarũ per predicationem sanctorũ multi ualentes uiri & litterati in doctrinis Philosophorum: conuersi ad fidem Catholicam inceperunt se exercere & suam scientiam conuertere ad utilitatem & regimen animarum. sicut Augustinus & multi alii ualentes Episcopi. & hoc signatur per thesaurum absconditum in agro qui ager omnibus uenditis: emitur ut thesaurus ibidem absconditus habeatur. Ager enim iste labor est predictus in exercitio uite actiue & operibus misericordie: in regimen Ecclesie. thesaurus autem est premium celeste. ager autem omnibus uẽditis emitur: ut thesaurus habeatur. quia propter magnitudinem premii celestis: p̃dictus labor est suscipiendus ex caritate aliis dimissis: Vnde dicit Augustinus in Epistola ad Valeriũ. cogitet religiosa prudẽtia nihil eẽ in hac uita maxie hoc tpe difficilius laboriosius piculosius Episcopi aut presbiteri aut Dyaconi officio. Sed apud deum nihil beatius: si eo modo militetur quo Imperator noster iubet. Ad intellectũ autẽ huius parabole maiorem: sciendum q̃ aliqua sunt que nunq̃ fuerunt in possessione alicuius. ut lapides preciosi in littore maris: & huiusmodi. & talia sunt ipsius inue/nientis. alia aũt sunt que aliquando fuerunt in possessione alicuius: sed tantũ tẽpus est elapsum. q̃ non est memoria: sicut thesauri antiquitus in terra occultati. & idem deberet esse sicut de predictis. Sed ꝓpter pacem communem hominum statutũ fuit antiquitus ut medietas esset inuentoris: & medietas illius cuius est ager in quo inue/nitur. & ideo hic dicitur: q̃ ille qui inuenit thesaurum uendit omnia & emit agrum ut habeat ius possidendi totum. Iterum simile est regnum celorum. Hic ponitur sexta parabola: in qua declaratur status Ecclesie immedite sequens precedentem. quia post statum predictum inceperunt aliqui contemptis mundi deliciis diuitiis: & honoribus intendere uite contemplatiue. Sicut beatus Benedictus & alii sequentes ipsum in gradibus diuersis & statibus religionum. & iste status figuratur per mar/garitam que inuenitur in conchis maris: quia religio fundat̃ & nutritur in humore deuotionis. Ista autem margarita dicitur una: & preciosa. una quia hominem unit. actiua autem uita magis diuidit. propter hoc dicitur q̃ Martha esset circa multa occupata. Maria uero circa unum dicitur. etiam preciosa. quia uita contemplatiua simpliciter & absolute melior est q̃m actiua: licet in casu sit magis fructifera. propter quod dicitur Luc. decimo. Maria optimam partẽ elegit etc. ista autem margarita uenditis omnibus est emenda in quo signatur q̃ ad statum religionis requiritur re/linquere terrena. saltem quantum ad proprietatem: & in particulari. & quia iste status duraturus est usq; ad finem mundi: ideo non ponitur alia parabola post istã nisi illa que significat finem mundi: & hoc declaratur cum subditur. Iterũ simile est regnum celorum. id est status Ecclesie militantis. Sicut enim non distinguuntur boni pisces a malis q̃m diu sagenna est intra aquam: sic in Ecclesia admixti sunt mali cum bonis. Sed in fine mundi trahetur ad litus per aparatum iudicium: qa tunc erunt manifesta abscondita cordium. & tunc iudicio diuino & ministerio angelorum seperabuntur mali de medio iustorum: & mittẽt in infernũ. ut sic Ecclesia purgata

offerat deo patri: sine macula. & ruga. Intellexistis. Hic ponit principalis cōclusio ad hoc enim in parabolis predictis prescriptus est processus Ecclesie militantis: ut Apostoli qui fuerunt ipsius fundatores post ipsum p sanguinem suum ut supra dictū est: intelligerent huiusmodi processum. & hoc est quod dicit. intellexistis hec omnia quasi. d. ad uos pertinet intellegere. dicunt ei etiam. aut illis. ideo omnis Scriba id ē doctor. doctus. id est litteratus & a deo inspiratus. in regno celoꝝ id est in Ecclesia militante. Similis est homini patrifamilias quia sicut paterfamilias habet pascere filios pane corporali: Sic iste paruulos fideles pane spirituali. qui p̄fert de thesauro suo. idem de scientia in corde abscondita: noua & uetera. id est autoritates uel processus noui & ueteris testamenti. Ex quo patet q̄ Episcopi qui sunt successores Apostolorum debent habere noticiam utriusq; testamenti: in cuius signum portant mytram in capite cū duplici cornu. Et factum est Post q̄m Euangelista descripsit Christi multiplex documentum: hic describit populi doctrinam eius recipere debē/tis impedimentum. qui illi de patria sua propter paupertatem generis ei inuidebāt & in hoc irrationabiliter mouebātur: quia Dauid q̄ fuit Rex Regum & eximius Prophetarum: fuit Pastor ouium: & ideo isti ex malicia sua facti sunt inepti ad recipiendum doctrinam Christi: & eius miracula. & hoc est quod dicit. & cum con/summasset Iesus parabolas istas: docēs discipulos suos: & turbas transiit inde: & uenit in patriam suam. id est in Galyleam ubi fuerat conceptus & nutritus. licet fuisset in Bethleem natus. ut supra dictum est. docebat eos in Synagogis ita ut mirarentē quia non uiderent eum litteras discentem: nec in lege studentem: propter quod dice/bant. Vnde huic sapientia hec. id est noticia scripturarum: & uirtutes: quasi dicerēt non habet hoc a deo uel exercicii studio sed magis a Diabolo quod arguunt ex in/firmitate parentū. non ne hic est fabri filius id est Ioseph. qui ut dicitur erat faber lignarius. & ipse putabatur eius filius: ut habetur. Luc. tertio. & fratres eius Iacobus etc. dicuntur autem fratres Christi qui erant eius cognati germani. non quia essent de Maria: & Ioseph post natiuitatem Christi generati: ut dicit Elinduis hereticus: qui dicit Mariam esse cognitā a Ioseph post natiuitatem Christi: sed hoc est supra improbatū primo capitulo. Sequitur. unde ergo sunt huic omnia ista? quasi dicerēt si non habet exercicio uel ex genere: habet ergo ex demone. & ideo sequitur. Et scandalizabantur in eo. Attribuentes uirtuti demonis: quod debebat attribui uirtuti diuinitatis. Iesus autem dixit eis. non est Propheta sine honore nisi in patria sua. quia inuidia magis est ad compatriotas: & ad propinquos q̄m ad extraneos. Cuius ratio est. quia inuidia est tristicia de excellentia alterius inquantum apprehendi/tur ut proprii boni diminutiua. Excellentia autem alicuius distantis multa non apprehenditur in boni proprii diminutiua. propter quod inter artifices eiusdem artis est maior inuidia: & eadem ratione inter compatriotas. Sequitur & non fecit ibi multas uirtutes. quia erant indigni. & causa subditur. propter incredulitatē eoꝝ. non tamen nullam: quia ibi aliquas uirtutes fecit ut non haberent excusationē de peccato suo uidentes opera diuinitatis in eo: .XIIII.

IN illo. Posita promulgatione Euengelii parabolica: Hic ponitur huius pro/mulgationis confirmatio: & hoc ex duobus: primo ex fama nominis. Secundo ex miraculis. quod cum audisset Iesus. Prima in duas. quia primo ostendit famam ipsius Christi. Scundo ex hoc incidentaliter narrat mortem Iohannis: ibi Herodes

enim. Circa primum aduertendum ꝙ miracula Christi fuerunt in tantum euidẽtia ꝙ non solum fama eius fuit inter uulgares homines: Sed inter magnas personas & principes & hoc ẽ quod dicit: audiuit Herodes tetrarcha etc. dicitur autẽ tetrarcha quia habebat quartam partem regni Iudee. mortuo enim Herode Ascalonita: qui interfecit innocentes diuisum est regnum eius in duas medietates: ita ꝙ Archelaus filius eius habuit medietatem ut supra dictum est secũdo capitulo. alia aũt medietas diuisa fuit in duas partes. & una data est Herodi: & altera Philippo: qui erant iumiores & ideo dicitur tetrarcha a quarta parte regni. a tetras quod est quatuor: & archos quod est princeps: quia principabatur in quarta parte. non tamen dicebat Rex: quia Romani abstulerant a Iudeis nomen regni ad frangendum eorum superbiam. unde dixerunt coram Pilato. Iohannis. decimonono. non habemus regẽ nisi Cesarem. Sequitur hic est Iohannes Baptista etc. opinio enim omniũ loquentiũ de immortalitate anime. & resurrectione homo post resurrectiõem sit excellẽtioris uirtutis q̃m ante & ideo licet Iohannes Baptista in uita sua non fecisset miracula: iste tamen Herodes credens eũ surrexisse a mortuis asserebat eum facere miracula. Herodes enim. quia fecerat mentionem de morte Iohannis. ideo hic incidentaliter ostendit modum mortis. & diuiditur in duas quia primo ostendit interfectiõis eius causam. Secundo modum & ordinem ibi. Die autem natalis. causa autem fuit ista quia Herodias que fuit filia Aristoboli & soror Herodis Agrippe: & neptis huius Herodis: & Philippi fratris sui: secundum quod dicit Iosephus & magister in Historiis fuit cõiuncta matrimonialiter Philippo fratri Herodis. quia hoc erat licitũ secundum legem. ipsam autem adamauit Herodes amore illicito: & ideo eam abstulit fraudulenter fratri de uoluntate tamen ipsius Herodiadis: & hoc erat ei illicitum ut uiuente eius fratre haberet eius uxorem. Iohannes autem uir sanctus & iustus de hoc arguebat Herodem. propter quod ab eodem captus est & incarceratus. qa non audebat eum interficere ne seditionem populi excitaret contra se. quia omnes reputabant Iohannem sanctum Prophetam. Die autem natalis. hic ponitẽ modus mortis ipsius. Herodias enim timens ne ad predicationẽ Iohannis Herodes peteret & ipsam fratri redderet: & per consequens cum priori marito a quo recesserat cum periculo remaneret: Ideo excogitauit modum ꝙ interficeretur Iohannes absq; sedicione populi & eiusdem doli Herodes conscius fuit ut uidebitur. & hoc est quod dicitur. die natalis. ista enim erat consuetudo apud antiquos: ꝙ principes solẽniza-bant diem sue natiuitatis. & die etiam natalis imperii sui in quo scilicet coronabantẽ. In illo igitur festo saltauit filia Herodiadis. id est tripudiauit. & hoc fuit ex dispositione matris & ipsius Herodis. & cum iuramento permisit ei dare: quod peteret. & premonita a matre petiuit caput Iohannis. & contristatus est Rex. hoc tantum fuit secundum apparentiam: ad reprimendũ populi seditionem: quod patet qa ꝑmo uoluit eum occidere: sed retardatus fuit tantum ex populi timore. Secundo quia si uellet eum uiuere non interfecisset eum propter iuramentum: quia in promissione facta in generali: etiam cum iuramento: non intelligitur ad illicitum sub obligatiõe cadere: cuiusmodi erat interfectio Iohannis. tertio quia nõ est uerisimile. ut ꝑpter saltationem uni puelle promisisset sub iuramento etiam medietatem regni sui dare ut habetur Mar. vi. & ideo credẽdum est ꝙ totum fuit ficticium: ut haberet occasiõem apparentem interficiẽdi Iohannẽ. ira enim ardebat libidine in Herodiadẽ: ꝙ uoluit fingere tantam maliciam. ideo quod sequitur. & cõtristatus est rex ꝑpter

iuramentum etc. totum eſt intelligendum ſecundum apparentiam ad reprimendum populi ſeditionem. & eodem modo exponendum eſt de iſta materia. quod dicitur. Mar. vi. & ablatum eſt caput eius. primo enim allatum eſt in preſentia Herodis: & poſtea in Hieruſalem: & poſtea in Aquitaniam: apud Eugolianum. nunc autem dicitur eſſe ambianis: & accedentes diſcipuli tulerunt corpus eius ſcilicet de carcere: & ſepelierunt illud ſcilicet in Selaſte ciuitate: que antiquitus Samaria dicebatur. Quod cum audiſſet Ieſus. Hic ponitur confirmatio predicte doctrine ex Chriſti miraculis: & hoc quadrupliciter. Primo ex ſanatione languoris multiplicis: Secúdo in multiplicatione panis. Veſpere autem facto. Tertio in calcatione maris: ibi. & ſtatim impulit. Quarto in ſanatione infirmorum ad tactum ſue ueſtis: ibi. & cum tranſfretaſſẽt. In prima parte dicit ſic. quod cum audiſſet Ieſus ſcilicet mortem. Iohannis: propter doctrinam ueritatis receſſit inde non quod timeret mortem. Sed ut oſtenderet ꝙ aliquando eſt cedendum malicie humane. in locum deſertum. ut daret predicatoribus uerbi diuini exemplum aliquando recedendi a turbis: & redire ad locum ſolitarium ad recolligendum ꝓprios defectus qui contrahuntur ex cõuerſatione cum hominibus: & ad uacandam orationi: ut ibi predicator hauriat: quod poſtea populis effundat. & cum audiſſent turbe ſecute ſunt eum pedeſtres. ex quo patet ꝙ pauperes ſequebantur Chriſtum equos non habentes. Sequitur & curauit languidos eorum. in quo uerbo multa miracula includit. quia nomine languoris intelligitur omnis infirmitas. Veſpere autem facto. hic ponitur ſecundum miraculũ de multiplicatione panis. dicit igitur. Veſpere autem facto. ex quo patet deuotio populi ad Chriſtum. quia nec per noctem imminentem recedebant ab eo. Sequitur & hora iam preterit redeundi ſcilicet ad propria & quieſcendi. Sequitur date illis nos manducare. Iohannis. ſexto. dicitur ꝙ petiit a Philippo: unde ememus panes? & hoc eſt uerum: quia primo interrogauit eum temtans eum: quia ſciebat quid eſſet facturus: ut ibidem dicitur: & poſtea dixit illis quod hic ponitur. Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fenum. id eſt ſuper herbam agri. aſpiciens in celum benedixit. in quo dedit exemplum ante comeſtionem ad laudem dei benedicere cibum. & manducauerunt omnes: & ſaturati ſunt. ex quo patet ꝙ panes fuerunt multiplicati inter manus ipſius. quia ex tam modico cibo non potuiſſet tam magna multitudo ſaturari: nec tante reliquie remanere: quia plus remanſit ꝙm a principio fuerit. De modo autem multiplicatiõis eſt dubitatio inter doctores. quia non determinatur in littera. dicunt enim aliqui ꝙ hoc fuit ſine additione alicuius materie: ſicut de coſta Ade formatum eſt corpus mulieris: ſicut enim deus poteſt de nihilo aliquid facere: Ita modicum corpus in magnũ conuertere ſine additione materie. Alii autẽ dicũt ꝙ hoc fuit per conuerſionem alicuius materie preexiſtentis ut aeris uel huiuſmodi in ſubſtantiam panis & piſcis: & hoc uidetur Auguſtinus ſentire ſuper Iohannem vi. ca. dicens. inde multiplicauit quinq; panes unde & ex paucis granis creat ſegetes certum eſt aut ꝙ ſegetes creantur ex conuerſione materie preexiſtentis in ſegetẽ. Et ſtatim compulit. Hic ponitur tertium miraculum de calcatione maris. ut ſicut oſtenderat ſe dominũ terre: in multiplicatione panis. ita oſtenderet ſe dominũ maris dicit igitur & ſtatim compulit etc. cauſa hic tacetur. Sed Iohannis. vi. habetur qa turbe uiderant miraculum de multiplicatione panis: uoluerunt uenire: & facere eũ Regem. ipſe autem ſciens precepit diſcipulos ultra mare Galylee tranſfretare: & ipſe ſolus fugit in montem ut poſſet ibi orare patrem. & in hoc dedit nobis exemplũ

humiliratiſ: quia queſituſ ad honorem fugit: ut hic habetur. queſituſ autē ad mortem ultro ſe obtulit ut habet Io. xviii. nauicula aūt in medio mari iactabat fluctibuſ. ex quo ſignuat q illi q carent Xpi ſocietate exponunt tēptatiōibuſ. ſeqtur quarta aūt uigilia noctiſ iſta erat conſuetudo antiquituſ in exercitibuſ q nox in. iiii. parteſ diuidebatur: & in qualibet parte diuerſi militeſ ſibi ſuccedēteſ uigilabat ad cuſtodiam exercituſ. quarta igit uigilia ē ultima ps noctiſ. ex quo patet q in tribuſ ptibuſ precedētibuſ in periculo fuerāt. Venit ad eoſ ābulanſ ſupra mare. ex piculo. n. pcedēti longo magiſ deſiderabāt aduentum Xpi. & udēteſ eū ſupra mare turbati ſūt. ppter uiſionē inſolitā dicēteſ. qa fātaſma ē. i. apitio rei nō exiſtētiſ. & p timore clamauerūt. timētes ne eēt apitio alicuiuſ ſpūs maligni. eis nocere uolētiſ. & ideo Ieſuſ aſſecurauit eoſ. d. ego ſū. ſeqtur. reſpōdēs aūt Petruſ dixit dñe tu es etc. in tm deſiderabat ſocietatē Xpi q nolebat expectare aduentū eiuſ uſq; ad nauē ſed uolebat cōcurrere ſup aquā oblituſ p amore Xpi aque periculū & i hoc apuit maiuſ miraculū. qa nō ſoluſ Xpuſ uirtute diuinitatiſ ſup aquaſ ābulauit. Sed etiā Petruſ eadē uirtute ad ipſum uenit. uidēs aūt uētū ualidū timuit permiſſuſ ē aūt Petruſ ex tiore ſubmergi ut cognoſceret ppriā fragilitatē. ſicut ex ſua ſaluatiōe cognouit Chriſti diuinitatē ſequit modice fidei etc. in hoc. n. appuit puitaſ fidei in Petro. qa ex quo ad preceptum dei ſuper aq̄ſ ligdaſ ābulauerat de uēto cōtrario timere nō debebat. & cū aſcēdiſſet nauiculā ceſſauit uētuſ. in hoc oñdit ſe Chriſtuſ dominū aeriſ: ſicut in deābulatiōe ſuper aquaſ oñderat ſe dñm mariſ. q aūt in nauicula. e. ue. & adorauerūt eū. adoratione. ſ. latrie que ſoli deo debet. dicēteſ uere filiuſ dei es. dicitur uere. i. nō metaphorice nec p adoptionē ſicut ſācti ſed ppie & eiuſdē nature. Et cū trāſfretaſſēt. hic ponit. iiii. miraculū de curatiōe infirmitatū ad tactū ſuo ueſtiſ. hoieſ. n. terre Geraſenoꝝ priuſ cognouerāt eū miracula facientē: & demoneſ eiciente: ut habet ſupra. viii. ca. & ideo eū cognouerūt & adduxerūt ad eū omneſ infirmoſ illiuſ regiōis ſciēteſ q poterat eoſ curare. & qa nō poterāt pre multitudine eū tāgere ideo rogabāt eū ut uel fimbriam ueſtimēti eiuſ tangerēt portabat. n. Chriſtuſ ueſtimentū factū ad modū Iudeorum: qbuſ erat preceptū ut in angeliſ palliorū fibriaſ inſererēt: ut ſupra habitū ē. ix. ca. & illa erat parſ ueſtimēti que poterat faciliuſ tangi. ſeqtur: & qcūq; tetigerunt ſalui facti ſūt. ſ. corpore: & mēte: qa illoſ quoſ Xpſ ſanabat corpore ſanabat & mēte ſcdm qd dicit Io. vii. totū hoīem ſaluū feci in ſabbato.

.XV.

VNc acceſſerūt. ſuperiuſ poſita eſt publicatio legiſ euāgelice inter Iudeoſ: Hic ponit eiuſ pmulgatio q̄tū ad gentileſ. & diuidit in duaſ parteſ. qa primo oñdit Eccleſia gentiliū legitīe fūdata: & ſcdo Synagoga Iudeorū iuſte reꝓbata. xxi. ca. Iterū ꝑma in duaſ. qa ꝑmo fundat Eccleſia gentiliū in fide. ſcdo in moribuſ xviii. ca. prima in duaſ qa ꝑmo reprobatur ſuperſtitio iudaica in lege: ſcdo declaratur in fide ueritaſ euāgelica. xvi. ca. & tertio cōfirmatur utrūq; duplici teſte in Xpi trāſfiguratiōe. xvii. ca. Preſens ca. diuiditur in treſ ptes qa primo recedit a iudeis cōfutato ꝑuſ errore eorū. ſecundo trāſit ad gētileſ cōmendato in eis fidei amore: ibi. Et egreſſuſ inde. Tertio reuertitur ad Iudeoſ collato eis ampliori munere. ibi. Et cum tranſiſſet. hoc autē factum ē ut per Chriſti facta oſtenderetur nobiſ qd futurū eſſet in Eccleſia. qa in aduentu Chriſti Iudei ꝑ maiori parte ſunt excecati: gentiū populi illuminati. ſed iterum Chriſtuſ in fine reuertetur ad Iudeoſ. quando conuertētur in fine mūdi. Prima in treſ. qa primo Xpſ arguit Iudeoſ de falſa legiſ expoſitione: ſcdo de apparēti ſanctitate. ibi. hypocrite. tertio de uana ſuperſtitione: ibi. audite & intelligite. prima in duaſ. quia primo ponitur Iudeorum maligna interrogatio ad Chriſti

deprebēsionē.scđo exponit̄ eius respōsio uera ad eorū cōfutationē ibi. ipse aūt rn̄dēt Ad euidētiā prime partis aduertendū: ꝙ a tēpore Moysi de uolūtate dei cōstituti sūt lxx. senes etate & moribus maturi: & scīētia p̄diti: ad regimē ipsius populi: & Moyses erat super eos ita ꝙ i uniuerso erāt septuagintaunus. ut habet̄ Nume. xi. ex illo tēpore statutū ē ꝙ tot essent ad regimē populi ordinati: & isti dicebant̄ iudices ordinarii: qa per ipositionē manus istituebant̄ ut habet̄ in glosis hebraicis in multis locis: & isti re/ sidebāt in Hierusalē. & ad eos fiebat recursus de ciuitatibus in ābiguis: & difficilibus & eorū determiatio habebat̄ pro lege firma. quā nō licebat trāsgredi: ut habet̄ Deut. xvii. isti etiā statuebāt aliqua que pertinebant ad regimē populi & in statutis eorū erāt aliqua que cadebant sub p̄cepto tanq̄ necessaria: & aliqua sub monitiōe tanq̄m cuiusdā decētie & honestatis de talibus aūt erat istud statutū qđ hic tangit̄. uidelicet ꝙ accedentes ad mēsam prius lauarēt manus suas. Verūtamē Pharisei & scribe intel/ lectū huius mandati uolebāt trahere ad quandā falsitatē uidelicet ꝙ p hoc acqrerēt quedam mūdicia spiritualis. Mouebant̄ aūt ad hoc: quia in lege alique īmundicie per corporales ablutiones dicebant̄ emundari: & qa discipuli Christi aliqua que nō erant necessaria sed magis cuiusdam superstitiōis inq̄tum intellectus sic trahebatur non ob/ seruabant. Christū in discipulis suis arguebant tanq̄ contēptorē doctrine seniorum. ut sic redderent eū populo odiosū. Ipse aūt etc. hic ponit̄ Xp̄i respōsio uera ad ipsoꝝ cōfutationē: d. quare & uos transgredimini mandatum etc. nō respondet. dicendo ꝙ lotio manuum que faciebat ad honestatem ēt mala: uel ꝙ Apostoli ipsam omittēdo benefacerent, put sic facit ad honestatem: & ꝙ benefacerēt omittendo eam: propter superstitionē. Sed q̄si clauū clauo recudendo: dicit eos deficere: qa faciebāt trāsgredi mandatū domini ꝓpter mandatum hominū. qđ ꝓbat. d. Nam deus dixit Exo. xx. honora patrē tuū. honor iste nō solummō intelligit̄ reuerētia: Sed etiā admīstratio necessariorū: hoc aūt excludebāt per suam doctrinam falsā: qa sacerdotes qui erāt cupidi ut bona que essēt admīstranda parentibus conuerterent̄ in lucra eorū dicebāt ꝙ melius erat illa deo offerre. tum qa est pater principalis & spiritualis. tum qa licet per talē oblationem parentes sustinerēt detrimentum corporale consequebant̄ tamē bonū spirituale: inq̄tum illud qđ erat in eorū necessitate conuertendū: deo offerebat̄ & ex hoc sequebat̄ ꝙ p̄ceptū de honore parentū inq̄tum ītelligit̄ in hoc admīstratio necessariorū euacuabat̄ p talē expositionē falsam & hoc ē qđ dicit Saluator. Vos aūt dicitis. falso. s. exponēdo mādatū dei. qcūq; dixerit patri uel matri munus qđ cūq; ē ex me. deos. s. consecratum: & oblatū. tibi ꝓderit magis supple q̄ si expēderes in ne/ cessitates tuas: & ē cōstructio defectiua. & ē sēsus quicūq; dixerit etc. id ē licite & bene pōt dicere ꝙ dictū est & implet preceptum diuinū: & ē dignus uita eterna. quod est falsum qa scđm ueritatem ē transgressor precepti & hoc est quod subditur. & nō ho/ norificabit patrem etc. illud quod erat sibi debitum subtrahendo & irritum fecistis. Vos sacerdotes & Pharisei. mandatum dei propter traditionem uestram. Ad maiorē intellectum considerandum ꝙ pater per se tenetur ꝓuidere filius: quia est causa eorū quantum ad esse & ideo debet eis nutrimentum: & documentum: filius autem tenetur prouidere parentibus de necessariis de peraccidens: scilicet si indigeat: & ipse sit potēs: & ideo si pater iam necessitatem incurrerit bona de quibus filius potest sibi admīstrare sunt sibi debita. de alieno autem nullus potest deo sacrificiū facere. & ideo talia deo offerre non est licitum. quia hoc est trāsgredi preceptum de honore parentū. Secus autem esset si filius bona sua deo uouisset: uel consecrasset anteq̄ parentes essēt in ne/ cessitate positi. quia tunc non esset licitum de eis prouidere parēcibus quia si esset deo

uotū factū de aliquo: immolatitio non poterat immutari nisi per redemtionē. Ex dictis patet falsitas illius opinionis: que dicit. ꝙ filius post professionem factam in religione tenetur exire claustrum: propter necessitatem parentum etiā cōtra uolūtatē sui superioris: quia per talem professiōem est deo iam consecratus: & ideo propter necessitatem parentum non debet contra uotum tale facere. hoc etiam patet alia ratiōe quia filius cum uenerit ad etatem adultam: sicut pōt inuitis patribus licite matrimoniū contrahere: uel ad sacerdotium promoueri: ita etiam religionem ingredi cessante tunc necessitate parentum: Sed per sacerdotiū excusatur de hoc: ꝙ non tenetur subuenire patri per usum armorum si ab hostibus inuadatur: quia iam non est sibi licitum pugnare corporaliter. similiter per matrimonium excusatur: ꝙ non tenetur manere cum patre: quia est obligatus uxori ergo multo fortius per professionem factam in religione excusatur a subueniendo parentibus nisi secundum modum conuenientem sue regule. & per consequens non debet propter hoc contra uotum obedientie facere immo esset inobediens hoc faciendo. Per hoc patet solutio cuiusdam rationis que solet ad oppositum adduci: que talis est. uotum factum de his que sunt supererogationis: non preiudicat uel que sunt de necessitate precepti cum preceptum implere sit necessitatis. Vouere aūt talia non. Sed uotum religionis que de his que sunt superogatiōis subuenire autem parentibus necesse est in necessitate de necessitate precepti: ergo ꝙ uotum religionis per professionem solemnizatum non absoluitur aliquis quin teneat̄ administrare parentibus sicut ante. ergo per consequens tenetur exire claustrū ꝓpter necessitatem parentum etiam contra uolūtatem superiorum. Dicendum ꝙ per professionem non absoluitur a precepto. bene tamen absoluitur ab aliquo modo implēdi preceptum: quia preceptum de honore parentū est affirmatiuum: & ideo nō obligat ad semper. Sed pro loco & pro tempore & aliis debitis circunstantiis: que aliquando uariantur: secundum conditionem ipsius implentis. Quia alqs modus subueniendi patri efficitur inconuenies: & illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status licite immo etiam perfecti. Sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur illicitum per sacerdocii statum. tenet̄ tamen ei subuenire alio modis suo statui cōuenientibus: ita eodem modo per uotū obedientie subuenire patri cōtra uolūtatē superioris efficitur illicitum ipsi religioso. tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni sue. Ippocrite. hic redarguit Saluator Iudeos de falsa sanctitatis simulatione: quia ad hoc ꝙ essent in reuerentia populi ostendebant sanctitatem in uerbis: & in exteriori conuersatione: cū tñ corrupti essent intentione: sicut fuerat ꝓphetatū per Esa. xxix. licet sub alio uerbis ponat̄ q̄ hic: sentētia tamen ē eadem. sequit̄ sine causa frustra colunt me sicut enim medicina dicitur sine causa: uel frustra propinari: que non confert sanitatem: Sic cultus diuinus qui non ducit ad ueram felicitatē. seqt̄ docentes doctrinas: & mandata hominum. quia propter suam auaritiam docebant transgredi mandatum dei propter traditionem suam: ut usum est in falsa expositiōe precepti de honore parentum. hoc etiam faciebāt ꝓpter suam superbiam: ut ꝓpter doctrine autoritatē populus deferret eis maiorem reuerentiam. Audite & intelligite Hic Saluator arguit Iudeos de uana superstitione: & diuidit̄ in duas partes. qa ꝑmo facit quod dictum est in generali. secundo magis explicat intentionem suam in particulari: ibi. Respondens autem Petrus. prima in duas. quia primo in generali ponit suum documentū. secundo ex hoc subiungit Phariseorū scandalum: ibi tūc accedētes circa primum aduertendum: ꝙ sicut dictum est: lotio manuum ante comestionem: uel cibariorum faciebat ad quandam honestatem: & mundiciam corporalē: & in hoc

erat bonum: ſed ſi hoc omittetur tenere ꝙ ex hoc incurretur immunditia ſpiritualiſ: hoc eſt falſum & ſuperſtitioſum: quia immundicia ſpiritualiſ prouenit ab interiori delectatione & conſenſu mentiſ: non ab ipſiſ rebuſ corporalibuſ: & hoc eſt qđ dicitur hic. & conuocatiſ ad ſe turbiſ. reuocando eoſ a falſa doctrina eorum: dixit eiſ audite aure corporiſ & intelligite aure mentiſ: non ꝙ intrat in oſ. id eſt cibuſ corporaliſ: coinquinat hominem ſpiritualiter ſcilicet: niſi inquantum per delectationē male afficiē ad cibum: Sed quod procedit ex ore: id eſt uerba que ſunt malicie interioriſ ſignificatiua. hoc coinquinat hominem. conſiderandum ꝙ Chriſtuſ non dicit hic cōtra legem licet enim aliqui cibi in lege reputarentur immundi: ut caro porcina & huiuſmōi hoc tamen nō erat ſcđm eorū naturam: quia omniſ creatura dei bona eſt. prima ad Thy. quarto. Vnde Geneſiſ. primo. Vidit deuſ cuncta que fecerat & erant ualde bona: dicitur tamen porcuſ immunduſ & agnuſ munduſ ut dicit Auguſtinuſ cōtra Fauſtum quia per animalia immunda ſecundum legem ſignificantur quedā uicia que ſunt euitanda: & ideo quia lex euangelica que ſpiritualiſ eſt: incohata erat per Chriſtum: & illa obſeruatio figuraliſ ciborū non erat ampliuſ obſeruanda. Tūc accedēteſ diſcipuli eiuſ. hic ex doctrina Chriſti ponitur Phariſeorum ſcandalizatio: quia ꝑ doctrinam Chriſti: uiderunt eorum ſimulationem: & doctrinam reprobatam: & non poterant reſiſtere per rationem uel ſcripturam: ideo ex inuidia mouebantur contra Chriſtū ad mouendum ſeditionē: & quia ueritaſ uite iuſticie & doctrine: non eſt dimittēda ꝓpter ſcandalum aliorum. quia tale ſcandalum procedit ex malicia ipſiuſ ſcandalizati: unde dicit beatuſ Gregoriuſ. Si de ueritate ſcandalum oritur rectiuſ oriri permittitur: q̄ ꝙ ueritaſ relinquatur ideo ſequitur. omniſ plantatio. id eſt doctrina ab hoīe inuenta que non eſt legi ipſiuſ dei conſona. eradicabitur. quia non habet firmum fūdamentū & radicem. ſinite illoſ. id eſt doctrinam illorum euitate. ceci ſunt. carenteſ uero intellectu legiſ. & duceſ cecorū. quia alioſ excecant ſuo errore: & ducunt eoſ ad ꝑcipitiū Reſpondenſ autem Petruſ. hic aperitur predicte doctrine Chriſti intellectuſ magiſ in ſpeciali. quia Petruſ pro ſe & pro aliſ queſiuit intellectum: dicenſ. ediſſere nobiſ. id eſt expone nobiſ. parabolam iſtam. id eſt ſententiam occultam. At ille dixit adhuc uoſ ſine intellectu eſtiſ. q̄ſi diceret tam diu audiſtiſ doctrinam meam ꝙ ſtatī deberetiſ intelligere que dicta ſunt. unde ſequitur non intelligitiſ quia omne quod in oſ intrat etc. iſtud eſt uerum per Sinocben: quia aliqua parſ de omni ꝙ in oſ intrat. in ſeceſſū emittitur. quia in omni cibo quantumcūq; puro: eſt aliquid impuritatiſ & a natura: expellitur tanq̄ ſuperfluum: & aliud retinetur tanq̄ ad nutritionem neceſſarium: & neutrum iſtorum coinquinat hominem. Spiritualiter loquendo que autē procedunt de ore. ut uerba de corde exeunt: quia ſunt conceptuſ mētiſ ſignificatiua: & talia coinquināt hominem: quando ſunt male cogitatiōiſ ſignificatiua. & hoc eſt quod ſequitur de corde exeunt cogitationeſ male. & per conſequenſ homicidia. id eſt conſimilia: & colloquia ad perpetrandum huiuſmodi uitia que hic tanguntur: & conſimilia. & hic coinquinant hominē ſpiritualiter. non autem lotiſ manibuſ manducare: nō coinqnat hominem. id eſt immunditia ſpirituali. Et egreſſuſ inde ſeceſſit etc. Reprobato error Phariſeorum: hic Chriſtuſ tranſit ad gentileſ ut ex deuotione gentiliū oſtēdaē iuſta reprobatio Iudeorum. & hoc eſt quod dicitur. & egreſſuſ Ieſuſ inde ſeceſſit in parteſ Tyri: & Sydoniſ. Tyruſ & Sydon ſūt quedam ciuitateſ ſite in terra promiſſioniſ prope montem libani: quia filii Iſrael non potuerunt totaliter expellere gētileſ de terra ſua. & ecce mulier Cananea. natione ſcilicet Cananei habitauerunt in terra promiſſioniſ ante filioſ Iſrael: nec potuerunt per eoſ totaliter extirpari: Vnde iſta

mulier ab illis qui remanserant descenderat: ista autem audiuerat miracula & famam Iesu Christi: & ideo firmiter credebat q̄ filiā suā sanare poterat. a finibus illis egressa quia Christum sequebatur in uia ad impetrandum sue filie sanationem. Mar. tamen dicitur. septimo capitulo. q̄ uenit ad Iesum intra domum: & hoc est uerum primo. sed quia eam ibi non exaudiuit secuta est eum in itinere clamans. miserere mei fili Dauid audiuerat enim Christum promissum Iudeis descendere de genere Dauid qui non respondit ei uerbum. non propter indignationem: Sed ut ex perseuerantia eius in p̄ce ostenderetur fides eius & deuotio discipulis: & accedentes discipuli etc. moti enim erāt ad hoc uidentes eius fidem: & deuotionem. Ipse autem respondit. primo tamen sine imperio: dicens. non sum missus etc. quia Christus erat primo: & principaliter missus Iudeis tanq̄ Apostolus eorum. & ideo in propria persona non predicauit nisi Iudeis: nec fecit miracula nisi in casu ex aliqua speciali causa. ut scilicet ostenderet Ecclesiā in fide gentilium esse fundandam. sicut habetur hic: & Iohānis. quarto. ubi Christus predicauit Samaritanis deuote eum recipientibus. Post mortem autem Christi fides predicata est publice gentilibus. & hoc est quod dicit Apostolus Romanorum. xv. dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis. id est Apostolū Iudeorū propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. quia antiquis patribus Iudeorum fuerat facta promissio de Christo: sicut Abrahe & Dauid quia tamē iudei p̄ maiori parte fidem Christi repulerunt: & gentiles eam susceperunt. ideo Apostolus subdit ibidem Romanoꝝ. quintodecimo. gentes autem super misericordia honorare deū etc. Sequitur at illa uenit & adorauit eum. adoratione latrie dicens. domine adiuua me. infirmitatem enim filie sue reputabat suam: & per consequens sanationem. qui respondens negatiue scilicet: & cum imperio ait. non est bonum sumere panem filiorum. id est doctrinam & miracula promissa Iudeis tāq̄m spiritualibus filius p̄pter cultum unius dei. & mittere canibus. id est dare gentilibus: qui erant dediti cultui idolorum. sicut canes circa cadauera animalium defunctorum. at illa dixit etiam. id est bonum est in casu. Vnde & catelli edunt etc. quasi diceret sicut catuli aliqua modica ut pote micas cadentes de cibo concesso filius percipiunt: etiam gentiles ita debebant aliquid saltem modicam percipere de beneficiis Christi. ex quo patet q̄ non est contrarietas in uerbo Christi cum dicit: nō est bonū etc. & uerbum huius mulieris dicēs immo bonum est. quia uerbum Christi est intelligendum q̄ non erat regulariter: & uniuersaliter bonum: cum Christus esset Apostolus Iudeorum ut dictum est uerbum autem huius mulieris intelligendum est in casu: propter scilicet petentis deuotionem: & ut ostenderetur Ecclesie gentium futuram fundationem. tunc respondens Iesus ait o mulier magna est fides tua. quod patet ex uerbo & facto suo: quia non fuit retardata a feruore petendi. primo propter Christi taciturnitatem. nec secundo propter eius responsionem negatiuam. nec tertio propter imperium adiunctum responsioni negatiue. & ideo subdit. fiat tibi sicut uis. quasi diceret fides tua hoc meretur: quod patet ex facto: cum subditur. & sanata est filia eius etc. patet etiam ex dictis q̄ tarditas Christi ad exaudiendum eius petitionem non fuit ex ignorantia uel uoluntate: sed ut ex p̄seuerantia mulieris ostenderetur fides eius & deuotio dignior ex auditiōe. Et cum transisset. Hic tertio Christus reuertitur ad Iudeos collato eis ampliori munere: Sicut post conuersionem gētium reuertetur ad Iudeos: per fidei illuminationē & ideo facit eis plura miracula q̄ ante: primo infirmos eorum curando. Secundo eos

corporaliter ſaciando: ibi. Ieſus autem. Circa primum in quodam generali implicant multa miracula: & diuerſorum generum: que ſi explicarentur in particulari: implerẽt unum magnũ librum. propter quod dicitur. Iohannis ultimo: ꝙ ſi omnia facta Xp̃i eſſent ſcripta per ſingula: totus mundus non poſſet capere libros: qui ſcribendi eſſent: dicit igit̃. & acceſſerunt ad eum. ſcilicet cũ reuerſus fuiſſet ad Iudeos turbe multe. quia de multis ciuitatibus & caſtellis & uillis uenerant ad impetrandũ ſanationem infirmorũ & hoc eſt quod ſequitur. & habentes ſecum mutos: & claudos cecos & debiles. debilitas accipitur hic ſecundum Hieron y. non in generali: ſed in ſpeciali. quando ſcilicet non poteſt quis ſe iuuare de una manu: hoc modo dicitur debilis ſicut claudus: qui nõ põt ambulare niſi de uno pede. Iſte autem infirmitates erant incurabiles uia nature: & medicine. ideo ꝓpter curationem earum recurrebant homines ad Chriſtum: cui nihil eſt impoſſibile. & alios multos. hic addit Euangeliſta ad includendum omnia infirmitatum genera. & proiecerũt eos ad pedes eius. ut illi qui non poterant fidem & deuotionem oſtendere uerbo: ut ſurdi & muti ſaltem oſtenderent eam facto. Et curauit eos ſolo uerbo. ille ſolo uerbo poterat curare: qui ſolo uerbo poterat mũdũ de nihilo creare. Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis. Hic ponit̃ miraculum de multiplicatiõe panum. miſereor turbe. hoc autem predixit Apoſtolis ut ipſos induceret ad pietatem quia triduo iam perſeuerant mecum. quia tantum afficiebantur ad doctrinam Xp̃i audiendam: & uidendum eius miracula: ꝙ per tres dies non redierant ad loca ꝓpria manentes cum Chriſto in loco deſerto: & ſub diuo. ex quo patet eorum deuotio. nec habent quid manducent. quia cibaria que de domibus ſuis apportauerant iam erant conſumpta. & ideo prima die: uel ſecunda hoc miraculum non fecit tum quia alimẽta adhuc habebant tum quia magis apparuit quando eis uictus omnino defuit. & dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiãt in uia. quia plures eorũ longe diſtabant a domibus ſuis. & die precedenti parum comederant. & dicunt ei diſcipuli unde ergo nobis in deſerto tantos panes. quaſi diceret locus eſt deſertus & ille multum diſtant: & ideo non poſſumus per humanam prouidentiam habere talia. ait illis Ieſus quot panes habetis. non petit ignorando. ſed ut ex eorum reſponſione prouideat de modo. at illi dixerũt ſeptem. ꝙ erat quaſi nihil reſpectu tante multitudinis. & paucos piſciculos. quia pauci erant in numero: & parui in quantitate. omnia iſta dicũtur ad maiorem declaratiõẽ miraculi: ꝙ ex tam paruo cibo potuerit tanta multitudo ſatiari: & hoc fuit per multiplicationem cibi in manibus: eodem modo ſicut ſupra dictum eſt capitulo nono. & dimiſſa turba. poſt miraculum oſtenſum aſcendit in nauiculam fugiẽs turbe applauſũ: & reuerentiam: & in hoc dans predicatoribus exemplum. & uenit in fines Magedon. ille eſt locus in quo Ioſias occurrens Regi Egypti uulneratus eſt: ut habetur quarto. Regum uicesimotertio. Marcus autem dicit in fines Damanucha. octauo. capitulo. & dicendum ad hoc ꝙ non eſt diuerſitas ſecundum rem: quia ſecundum aliquos ẽ eadẽ regio habens duo nomina. Marcus accipit unũ: & Matheus aliud ſecũdum alios ſunt due regiones diſtincte: ſed in extremitatibus coniuncte. & ideo exiſtens in confinio utriuſq; uere dicitur eſſe in fine iſtius: uel illius: & in tali loco erat Ieſus.

ET acceſſerunt ad eum Phariſei. In precedenti .XVI. capitulo: Chriſtus reprobauit errorẽ Iudeorum in lege: Hic docet fundationẽ Eccleſie gentium in fide ubi primo apit incarnationis miſterium. Secundo predicit redemptionis precium. ibi uenit autem Ieſus in partes. Tertio imponit imitationis

exemplū: ibi tūc Ieſus dixit diſcipulis prima in duas. quia primo miſteriū incarnatiōis aperitur. ſcđo ex hoc doctrina Phariſeorū nō ſolū ſicut erronea ſed ſicut curioſa & inutilis excluditur ibi. & cū uenissent diſcipuli eius circa primā partem aduertendū: q̄ aliqui Scribe & Phariſei omiſſo ſtudio legis & prophetarū ſtudebant in Mathema/ticis: & potiſſime in Aſtrologia. unde & uſq; hodie aliqui in hoc ſunt ualde curioſi: & quia oſtrologi aliqui uolunt iudicare per conſiderationem aſtrorū de incohatiōe legū & ſectarum diuerſarum ideo & iſti per aſtra uolebant pronoſticare de aduētu Chriſti hoc ē ipoſſibile quia uirtus celi nō ſe extēdit ad talia licet ſe extēdat ad ꝓnoſticandū de futura diſpoſitione aeris: ut ſiccitatem pluuia & huiuſmodi. & hoc ē qđ dicit̄ acceſ/ſerunt ad eum Phariſei: & Sa. temp. ſ. ſi poſſēt eum in aliquo capere: & rogauerunt ut ſignum de. celo oſtenderet eis. declarando ſcilicet tempus ſui aduentus: ex aliquo ſigno celeſti. at ille reſpondens ait illis facto ueſpere dicitis id eſt aliquid predicere de futura temporis diſpoſitione. poteſtis. per cōſideratiōnē celi: quia ad hoc bene ſe ex/tendit talis ſcientia propter quod ſubditur ſerenum erit: rubicundū eſt. n. celū. talis enim diſpoſitio celiſtis: eſt ſignum future ſerenitatis. quia ſcilicet ſic frequenter cōtin/git: licet aliquando impediatur. & mane dicere ſupple poteſtis. hodie tempeſtas erit. ſupple. rutilat etc. quod contingit in coruſcatiōe & tonitruo: & hoc ē ſignū tēpeſtatis: propter quod ſubditur. Faciem ergo celi diiudicare noſtis? inḡtū ſcilicet facies celi eſt ſignum alicuius diſpoſitionis future in elementis. ſigna aūt temporum non poteſtis id ē ſigna temporum in preſentia dei de aduētu Chriſti non poteſtis per talia diiudicare. quia ſolummō dependent ex diuina diſpoſitione & non ex conſtellatione: & propter hoc aduentus Xp̄i conſideranduſ ē ut dictū ē ex dictis Prophetarū: qui hoc habue/runt ex diuina reuelatione. ſicut habet̄ Daniel. ix. ubi circa hoc taxant̄ edomade determinate. & Gene. xlix. ubi ſignū aduentus Xp̄i ponit̄ tranſlatio regni Iudeorū ad alienigenā: qđ factum ē ſub Herode. Generatio mala: & adultera. hoc ſupra ex/poſitum ē capitulo. xii. Et cū uenissent. hic cōcludit doctrinā Phariſeorū uitandam a diſcipulis ſuis nō ſolū tanq̄ curioſam & inutilē ſed etiam malā & periculoſā. ꝓpter qđ uocat eam fermentū ꝓpter corruptionē malicie & neqtie cōtentā in ea. & hoc ēquod dicit. Intuemini. per diligentē conſiderationē mētis. & cauete a fermēto. i. a doctrina corrūpente. nec ē mirum ſi fermētū dicit̄ hic doctrina corrūpens: ſupra aūt. xiii. ca. fermentū accipit̄ pro feruore fidei ut uiſū eſt. qa eadē res ex diuerſis ꝓprietatibus bñ ſignificat oppoſita & diſperata. ſicut leo aliquādo accipit̄ ꝓ Chriſto. ut dicit̄ Apoc. v. uicit leo de tribu Iuda & hoc ꝓpter cōſtātiā & audaciā i agrediēdo ardua & diabolo ꝓpter crudelitatem: ſcđm q̄ dicit̄ prima Petri. v. aduerſarius ueſter Diabolus tanq̄ leo rugiens etc. ita eodē mō fermentū propter calorē iduſum: ſignificat feruorē fidei ꝓpter autem corruptionem doctrinam malam. at illi cogitabant: quia panes non ac/cepimus quaſi. d. intra ſe bene cauimus: quia ab eis nullum panem accepimus: ex quo patet q̄ intelligebant fermentum ad litteram. id eſt panē fermentatum patet etiā eoꝝ deuotio ad Chriſtum. quia ſic ei inſeperabiliter adheſerunt: q̄ obliti fuerant neceſſaria uite. Sciens autem Ieſus cogitationes eorum. tanq̄m deus quaſi diceret ex factis meis precedentibus: & doctrina deberetis ſic eſſe illuminati. q̄ uerbum meum intelligeretis non de pane materiali: quia de hoc poſſum uobis ſufficiēter prouidere: quod probat duplici exemplo: in quo magnam multudinem ſaciauerat paruo cibo ut patuit ſupra xiiii. & .xv. ca. & hoc eſt quod dicit. non intelligitis etc. & patet ſequitur tunc intel/lexerunt. cauendum non a fermento panum materialium ſcilicet. Sed a doctrina Phariſeorum que uocatur fermentum ratione predicta. Venit autem Ieſus. In iſta

parte ostendit se humane salutis ꝓcium. & ꝑmo oñdit se dei & hominū mediatorem. & scđo hominū redemptorē per suā passionē: ibi. Exinde cepit Iesus etc. Circa ꝑmum ꝑmo ponit discipulorū cōfessio. scđo subdit ex hoc potestatis collatio ibi. Respōdēs autē Iesus circa primū aduertendū. ꝙ mediator inter aliqua debet ꝓticipare extrema & ideo Xp̄us q̄ habebat duplicē naturā in uno suppposito: scilicet diuinam & humanā unam sibi naturalem: aliā pro nobis assūptam: erat uere dei mediator: & hominū: & ꝙ consequens aptissimus ut esset humane redemptiōis preciū. hanc aūt duplicē naturam declarat in seipso. humanā per euidentē ostensionem quia dicebat se & ostendebat filiū hominis. aliam ex uera cōfessiōe Petri pro se & alis discipulis diuinam naturam in eo confitentis q̄ confessionem tanq̄ ueritatis expressiuā approbat Christus. dicit igitur. Venit autem Iesus in partes Cesaree Philippi. dicit aūt Cesarea Philippi: ꝙa reno/uata & ampliata a Philippo tetrarcha fratre Herodis. & ex tunc nominauit eam Cesaream in honorem Cesaris qui dedit ei quartam partē regni ut refert Iosephus: & habitū est supra. dicitur etiam Cesarea Philippi ad differentiam alterius: que dicit Cesarea Palestine: ubi Cornelius centurio mansit: Act. x. & ista ciuitas antiqtus dicta est Lachis. & postea Dan a filius Dan eā occupātibus: ut habet Iudicū. decīooctauo postea dicta est Cesarea Philippi & nunc Belinas: seu Paneas dicitur. In ista autem ciuitate habitabant gentiles & in cōfinibus eius: & ideo in hoc ꝙ Christus hoc mysterium sue incarnationis reuelauit ostēditur fundatio Ecclesie in fide gentium. Sequit & interogabat discipulos suos. non interrogabat ignorans quid crederent uel qd respōderent: sed ut eorum fideli confessione conuenientius solidarentur in fide. quem dicunt homines etc. id ē turbe uulgares. & quia de ipso erant uarie opiniōes in populo ideo sequit. At illi dixerunt. Alii Iohannem Baptistam. cuius opinionis fuit Herodes & sui sequaces: ut supra usum est quardecimo. capitulo. Alii autem Heliam. propter zelum ueritatis: Alii uero Hieremiam. propter patientiam in aduersis. aut unum ex Prophetis antiquis. scilicet scđm quod habetur Luc. ix. ubi habetur sic. quia ꝑpheta unus de prioribus surrexit. opinio enim omnium loquentium de immortalitate anime· & de resurrectione fuit ꝙ anima separata a corpore sit maioris uirtutis q̄m cōiūcta tali corpori quale nunc habemus: secundum quod dicit libro Sapiēn. ix. corpus quod corrumpitur aggrauat animam. & similiter ꝙ in resurrectiōe homines erunt maioris uirtutis. & quia uidebant Christum maiora miracula facere q̄m: alqs Prophetarum fecerit. ideo credebant ꝙ unus de antiquis Prophetis surrexisset a mortuis: & sic maiora miracula faceret q̄ ante fecisset. & hoc modo motus est Herodes ad credendū ꝙ esset Iohannes Baptista ut habitum est supra. Seqt uos autem quē me esse dicitis. q. diceret si alii errant opinione falsa de me: uos tamē non debetis errare qui tā diu mecū fuistis & meam doctrinam frequenter audiuistis: & miracula tanta uidistis. Respondēs Petrus dixit. Petrus tanq̄ principalis inter alios: pro se & pro aliis dedit responsum. Tu es Christus quod interpretatur unctus: & sic confitetur eius humanitatem: in qua unctus ē oleo gratie ꝑ alios. Filius dei naturalis scilicet. & non adoptiuus: sicut alii. & per consequens eiusdē nature cum deo patre & sic confitetur ueritatem diuine nature & humane in eodem suppposito. Viui. hoc addit ad differentiam illorum qui colebant tanq̄m dii a gentilibus: ut Hercules: Iupiter: & consimiles. fuit enim antiquorum opinio: ꝙ quando tales excellentes persone moriebantur ad uitam deorum transferebant Vnde secundo Machabeorū undecimo. Rex Antiochus scripsit de patre suo mortuo patre nostro inter deos translato. nos uolētes eos qui in honore nostro sine tumultu agere etc. ad istas igit falsitates excludendas dixit Petrus. dei uiui. Respondens autē

Ieſus. hic conſequenter ad confeſſionem deitatis ſubdit collatio poteſtatis. beatus es Symon Bariona. i. filius Iona. bar enim idē q filius. iona aūt ponit per diminutionē ſubtracta media ſylaba pro Iohanna. unde ē ibi compoſitio ex integro & corrupto. ūde Bariona hic accipit. ac ſi diceretur filius Iohānis. propter hoc Petrus dicit Ioh. ultimo. Symon Iohannis. dicitur autem hic beatus quia confeſſio uere fidei ducit ad beatitudinem. caro & ſanguis non reuelauit tibi. id eſt homo mortalis non docuit te iſtam ueritatem: ſed pater meus. & per cōſequēs tota trinitas: quia indiuiſa ſunt opera trinitatis. & ego dico tibi & pro ſocius tuis quia tu es Petrus. id ē cōfeſſor petre uere que eſt Chriſtus factus. & ſup hanc petrā. quā confeſſus es. i. ſuper Chriſtū edificabo Eccleſiam meā. & porte inferi. i. perſecutiōes Tyrānoꝝ: & inſultus: & temptationes ſpirituum malignorum. non preualebunt aduerſus eam. a uera fide ſubuertendo. ex quo patet q Eccleſia non conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis: uel dignitatis: ecclesiaſtice uel ſecularis: quia multi principes & ſummi pōtifices & alii inferiores inuēti ſunt apoſtataſſe a fide. propter quod Eccleſia conſiſtit in illis perſonis: in quibus eſt noticia: & uera confeſſio fidei & ueritatis: & tibi dabo non ſolum pro te: ſed etiam pro aliis: ſicut enim confeſſio Petri erat cōfeſſio aliorum: ita poteſtas huic data intelligit dari aliis licet Petro principaliter inquantum erat aliorum capitaneus. claues regni celorum. Iſte claues nō ſunt materiales ſed poteſtas ſpiritualis duplex. una ē poteſtas diſcernendi peccatū a nō peccato: ſicut in ueteri lege ſacerdotes iudicabāt inter leprā & non lepram. Aduertendum tamen q licet homo non poſſit hoc bene iudicare ſine ſciētia. tñ ſciētia nō dicit clauis ſed prās iudicādi p ſciētiā p̄habitā: & ideo licet ſcientia nō ſit clauis tñ neceſſario p̄exigit ad debitū uſū huius clauis. Alia clauis eſt poteſtas admittēdi ad regnū uel excludendi: ſcd̄m uerū iudiciū prehabitū. qa debēt indigni excludi: & digni recipi. & quodcunq; ligaueris etc. quia ſuppoſito hoc in terra debito uſu clauis deus illud approbat in celis? aliter non. tunc precepit diſcipulis ſuis ut nemini dicerent q ipſe eſſet Chriſtus. hoc uidetur eſſe cōtrarium ei quod dictum eſt capitulo decimo. q miſit diſcipulos ad denunciandum aduentum ſuum. Dicendum q tunc denū/ciauerūt aduentum eius tanq̄ cuidā ſancti Prophete a deo miſſi: & iſtud nō precipit hic taceri. Sed poſtq̄ cognouerunt hic diuinitatem ipſius ut patet ex confeſſione predicta: p̄cepit ut eius diuinitatem alii non diuulgarent: ne uulgares homines q uiderēt eum pati tam ignominoſe: ſcandalizentur de eorum predicatione. Sed poſtq̄ ſurrexit a mortuis. habita pfecta uictoria mortis: uoluit hec publice predicari. Exinde cepit hic oſtendit ſe eſſe mundi redemptorem per ſuam paſſiōem: & hoc quod dicitur. exide id eſt poſtq̄ oſtenderat ueram naturam diuinam ſecundum quam eſt ipaſſibilis. & humanam in qua poterat uere pati. cepit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis. quia oportet eum ire Ieroſolimam. quia erat p̄ordinatū a deo patre: q ibi compleretur miſterū redēptionis noſtre. Illud autem quod preordinatum eſt a deo: infallibiliter euenit quia licet ibi non ſit neceſſitas conſequentis. eſt tamen ibi neceſſitas cōſequentie. modus aūt noſtre redemptionis ſubiungitur cum dicitur. & multa pati a ſenioribus & ſcribis etc. quia ab iſtis iudicatus eſt ad mortem & preſidi traditus: & occiſus a gentibus: qui eum crucifixerunt manibus propriis ut habetur Iohannis decimonono. & tertia die reſurgere. hoc predixit ut minus triſtarentur de eius morte. oportebat autem iſta impleri quia a deo erant preordinata. & aſſumens eum Petrus. in ſecreto ſcilicet: quia inferior non debet ſuperiorem publice arguere. abſit a te domine. quaſi diceret indecens eſt q tu tā ignominioſe paciaris. q cōuerſus. i. facie uerſa erga Petrū ut eū de ſua temeritate

efficatiuſ argueret. dixit Petro. ſuade poſt me Sathana. id eſt aduerſarie mq̃tum per iſtam increpationem ſuam uolebat ſalutem humani generiſ quodammó impedire & per conſequẽſ Chriſto aduerſabatur. qui erat huiuſ ſalutiſ nunciuſ. ſcandalum mihi eſ. ſcandalum ibi improprie accipitur. quia ſcandalum actiuum proprie dictum eſt: dictum alicuiuſ: uel factum: minuſ rectum: prebẽſ occaſionem ruine alteri. ſcandalú autem paſſiuum eſt. ruina alicuiuſ ex tali dicto uel facto. neutrum autem potuit habere locum in Chriſto: & ideo ſcandalum hic accipitur pro impedimento quaſi. d. ſcandalú mihi eſ. i. quantú eſt in te uiſ me a ſalute mundi impedire: cuiuſ ratio ſubdit quia non ſapiſ ea que dei ſunt. querendo ſcilicet impedimentum preordinationiſ diuine Sed ea que hominum. quia illud quod dictum eſt Petruſ dicebat Chriſto. motuſ ex affectu humano. Tũc Ieſuſ dixit. Hic ꝓponit Chriſtuſ ſue imitationiſ exemplú: & diuidit in duaſ ptes. quia primo facit quod dictum eſt. proponendo ſcilicet exemplú ſue imitationiſ. Secundo promittit ex hoc gloriam future reſurrectioniſ: ibi filiuſ eſt hominiſ. dicit igitur. Si quiſ uult poſt me uenire. meã doctrinam: & facta ſequendo. abneget ſemetipſum. id eſt affectum humanum: nó ſolum meam paſſionem non impediẽdo: Sed etiam me in hoc imitando: & tollat crucem ſuam. id ẽ paratuſ ſit in aío uoluntarie crucem portare: in qua crucifigatur: ignominioſe. ad hoc enim rationem inducit dicenſ. qui enim uoluerit animam ſuam ſaluam facere perdet eam. hoc autem poteſt dupliciter intelligi: perdere enim habet duplicem ſignificationem. uno mó idem eſt ꝙ amittere: & in iſto ſenſu cum dicitur hic. perdet eam. ſubintelligẽdum eſt in alia uita. q. dicat. qui uoluerit animam ſuam ſaluam facere. id eſt deliciiſ & uoluptatibuſ occupare in hac uita. quia hoc eſt uitam ſuã ſaluare: ſecundú opinionem carnaliú: & taliſ perdet eam. in alia uita: qa obligat eam ad penã inferni. alio modo perdere idẽ eſt ꝙ deſtruere: & tunc cũ dicitur. perdet eam. ſubintelligitur in hac uita: & ẽ ſenſuſ qui uoluerit animã ſuam ſaluam facere: quantum ad meritum uite eterne. ipſe perdet eam. i. deſtruet corpuſ laboribuſ & paſſionibuſ. exponẽdo ex quibuſ ſequitur ſeparatio anime a corpore. & hoc animam ẽ perdere ſcd̃m eſtimationem falſam carnalium: licet ſit ſaluare eã: ſcd̃m ueritatem. ſcd̃m hunc ſenſum ultimum. Sequitur. q aũt perdiderit animam ſuam propter me. ſcilicet propter deũ mortẽ ſuſtinẽdo. & ipſe inueniet eã. in beatitudine deo fruẽdo. & qa aía cum ſit imortaliſ preponẽda ẽ oĩbuſ corruptibilibuſ & tranſitoriiſ: ideo ſubdit. qd. n. prodeſt homini etc. q. d. nihil. immo per talia perdit multú: qa perdit illud qd̃ ẽ imortale & diuinú in eo. Filiuſ. n. boiſ qa inuitauerat ad imitãdú exemplú ſue paſſiõiſ: ideo ne terrerẽt i morte corporali: & trãſitoria ꝓmittit eiſ premiú future reſurrectioniſ. qd̃ cõplebit in aduẽtu Chriſti ad iudiciú qa tũc reſurgent homineſ ad uitã immortalem. & hoc ẽ quod dicit. filiuſ hominiſ. id ẽ Xp̃uſ ueruſ homo uenturuſ eſt. ad iudicium. ſcilicet in gloria patriſ. ſcilicet quia in forma gloriоſa iudicabit. & tunc reddet unicuiq; etc. iuſtiſ gloriam anime & corporiſ: aliſ autem penam utriuſq;. & ut ſint de futura gloria anime & corporiſ magiſ certi: promittit eiſ qd̃ aliqbuſ eorũ oſtẽdit hic in uita preſenti. qd̃ oñdit in ſua traſſiguratione ut patebit in capitulo ſequẽti & hoc eſt quod dicit. amen id eſt fideliter Sũt quidem de hic ſtantibuſ. ſcilicet Petruſ Iacobuſ & Iohanneſ: ut uidebit. qui nõ guſtabũt mortẽ de uita preſedẽti. recedendo donec uideant filium hominiſ uenientem in regiſ. apparentem eiſ in forma corporiſ glorioſa: qualem habebit poſt reſurrectionem: cum adeptuſ fuerit poteſtatem regni: tunc enim dixit diſcipuliſ ſuiſ. Matth. ultimo. data eſt mihi omniſ poteſtaſ in celo & in terra.

ET post dies sex. Fundata ecclesia gentium in fide .XVII.
precedenti ca. hic ponitur eiusdem fundationis confirmatio & diuiditur in duas partes quia primo declarat gloriam future resurrectionis. & secundo efficaciam sue passionis ibi. cōuersantibus aūt: procedit aūt hoc modo: s. ordine retrogrodo ad pre/cedens capitulū ut continuet principiū huius capituli ad finem precedentis: ubi p̄mi/serat gloriam future resurrectionis ut uisū est. Prima diuidit in duas partes. qa p̄mo ostendit gloria future resurrectionis. secundo ex hoc subdit solutio duplicis questiōis & interrogauerūt discipuli. Prima in tres quia primo ad declarationem future resur/rectionis describit Xp̄i transfiguratio. Secundo subiungitur huius transfigurationis testificatio: secundi. & ecce apparuerūt: tertio circa hoc ponit discipulorū instructio ibi. Et descendentibus illis. circa Xp̄i transfigurationem euangelista notat. iii. uide/licet tempus determinatum. consortium. locum. & modum. quantum ad tempus dicit sic. & post dies sex: s. a promissione precedenti discipulis facta. quando dixit. Sunt quidam de hic stantibus etc. Considerandū tamen q̄ Luc. ix. dicit post dies octo: qa Matheus non computat diem in qua Xp̄us fecit eis promissionem nec ultimam in qua transfiguratus est. Sed computat tantum tempus intermediū: & ideo secundū ueritatē computando totum tempus a promissione facta usq; ad transfigurationem: transfigu/ratio fuit in octaua die. ratio autem huius fuit quia ista transfiguratio facta est ad offendendum discipulis gloriam future resurrectionis illa autem erit in octaua etate mundi. & propter hoc figuratus est hic per octauā diem. Prima enim etas mundi fuit ab Adam usq; ad Noe. secunda autem a Noe usq; ad Abrabam. Tertia ab Abrabam usq; ad Dauid. quarta a Dauid usq; ad transmigrationē Babylonis. quinta a transmi/gratione Babylonis usq; ad Xp̄m. Sexta a Xp̄o usq; ad finem mundi. Iste autē sex etates accipiūt̄ secundum diuersus status uiuentium in hoc mundo. Septima aūt etas accipitur secundum statum animarū quiescentiū in Paradiso. & ideo incepit ab Ascen/sione domini quando eis celum patuit: & durabat usq; ad iudicium. & ideo ab ascēsiōe domini currit cum sexta etate quātum ad simultatem temporis. Octaua etas erit re/surgentiū & sic patet q̄ bene signatur hic per octauam diem & sic patet tempus con/ueniens huius transfigurationis. Consortium autem notatur cum dicit. assumpsit secum Petrum Iacobum & Iohannem. Isti enim tres sunt assumpti ad uidendum gloriā fu/ture resurrectionis propter prerogatiuam eminentie specialis inter alios. Petrus enim propter feruorem fidei erat inter alios principalis. propter quod & principaliter date sunt ei claues Ecclesie: ut patet precedenti ca. Iohannes autem excellebat in preroga/tiua uirginitatis: propter quod etiam inter alios Xpristo magis familiaris. Iacobus aūt inter alios discipulos primus sustinuit martyrium propter Xpristum ut habetur Act. xii. Considerandum tamen q̄ beatus Ambrosius super Lucam. & Augustinus super epistolam ad Galat. uidentur dicere q̄ Iacobus iste qui fuit in transmigratione: fuit ille Iocobus qui primo rexit Ecclesiam Ierosolimitanā: & ille non fuit frater Iohan/nis & filius Zebedei. sed filius Alphei. Dicendum q̄ cum textus expresse dicat istum fratrem Iohannis & per consequens filium Zebedei: q̄ Augustinus & Ambrosius non loquūtur asserendo. sed magis oppinionem aliorum referendo. Si tamen loquerent̄ assertiue non esset curandum de dictis eorū. quando sacra scriptura expresse dicit cō/trarium: sed hic. unde Augu. in epistola ad Vincentiū Donatistam dicit de doctrina sanctorum que est extra scripturam canonicam: hoc genus scripturarum ab illis que canonice nominantur: distinguenda est. non enim ex eis ita testimonium p̄ferendum ut contrarium sentire non liceat: maxime ubi aliter senserūt q̄ ueritas se habeat. nos

in illo genere sumus ut non dedignemur ab Apostolo dictum: si quid aliud sapuit deus id reuelauit. Consequenter euangelista designat locum dicens. & duxit illos in mōtē excelsum: ad designandum ꝙ illi sūt apti ad contemplandum celestia qui eminent in contemplatiua uita subdit. aut seorsum: ad denotandum ꝙ contemplatiui debent esse a tumultu secularīū segregati. consequenter describit transfigurationis modum dicēs. & transfiguratus est. non ꝙ mutauerit lineamenta corporis: uel figurā. Sed propter diuinitatis uultus eius ī̄mensitatem: & hoc est quod subdit. & resplenduit facies eius sicut sol: Ad cuius euidentiam considerandum ꝙ anima Xpristi a principio creationis fuit glorioſa per aptam uisionem & perfectam fruitionem. Verūtamen ex diuina dispē/ satione fiebat gloria anime non redundaret ad corpus: ut sic corpus esset passibile & mortale adimplendum pretium redemptionis humane & eodem modo ex diuina ordi/ natione factum est ut gloria anime redundaret ad corpus in hora transfigurationis ut ostenderet discipulis gloria future resurrectionis. non tantum anime: sed corporis: ut sic animarent ad sequendum Xpristum in acerbitate passionis ad quod eos inuita/ uerat in ca. precedenti & sic patet quod deitas illa in transfiguratione fuit deitas glo/ rie quantum ad essentiam. Sed non quantum ad modum. quia fuit eiusdem rationis cum illa deitate que est in corporibus gloriosis: sed non fuit ibi per modum qualitatis permanentis sicut est in illis. sed per modum passionis transeuntis. & ideo illa deitas nō debet dici dos glorie: quia dos de sua ratione importat qualitatem permanentem: & est simile de lumine eleuante animam Pauli aduidendum in raptu diuinam essentiam: qđ fuit eiusdem rationis cum lumine eleuante animas beatorum. Veruntamen quia non fuit in Paulo per modum qualitatis permanentis: sed per modum passionis transeūtis ideo ex tali eleuatione sine uisione non fuit Paulus beatus: quia beatitudo importat permanentiam. Et ecce: hic ponitur transfigurationis testificatio. & primo testificatio humana. secundo diuina ibi. Adhuc eo loquente. Prima in duas. quia primo ponitur testificatio eminentium uirorum in ueteri testamento: secundo eminentium in nouo ibi. Respondens autem Petrus: dicit igitur primo. ꝙ Moyses & Helyas apparuerunt illis. hic est ipsis discipulis. loquentes cum eo: de quo autem loquerent Luc. exprimit. ix. ca. d. ꝙ loquebantur cum Iesu de excessu q̄ expleturus erat in Ierusalem. quiqdē excessus fuit in sua passione in qua sustinuit dolorem excessiuū: & ignominiā excessi/ uam: propter amorem excessiuum ad nos. ratio autē quare Moyses & Helyas magis apparuerunt q̄ alii fuit. quia Moyses erat legislator. & Helyas maximus emulator. p̄ honore diuino: secundum quod de eo scribitur. iii. Regu. xix. zelo zelatus sum pro domino exercituum. & ideo per testimonium istorum apparuit ꝙ Xpristus non erat dissolutor legis: ut imponebant sibi Iudei? Sed magis adimpletor. Similiter nec blas/ phemator diuini nominis: ut imponebant ei Iudei: quia se dicebat filium dei. Sed ma/ gis confessor ueritatis. Considerandum tamen etiam ꝙ Moyses & Helyas non fuerūt ibi secundum apparentiam fantasticam: sed secundum ueritatem: quia Helyas fuit adductus ibi. de loco quodam eminenti ad quem fuerat raptus: ut habet. iiii. Reg. ii. ca. & sic apparuit ibi in anima & corpore. Moyses autem fuit adductus ibi de lymbo sanctorum patrum: non quia resurrexit. Sed quia anima apparuit ibi in quodam corpore sibi adoptato: sicut apparent angeli in corporibus assumptis. per hoc etiam ostenditur ꝙ Xpristus erat dominus uite & mortis: quia habebat testimoniū ab He/ lya: qui erat adhuc adhuc uiuus: & a Moyse qui iam fuerat mortuus. Respondens autem Petrus hic ponitur testimonium Apostolorum qui fuerunt eminentes in nouo testamento. Ad cuius euidentiam sciendū ꝙ beatitudo essentialiter consistit in aspectu

deo ipſius deitatis: & perfecta eius fruitione: accidentaliter autē conſiſtit in cōſpectu humanitatis Xpristi & delectatione conſequente: per quam ſicut per inſtrumentum coniunctum diuinitati ſunt ſancti adducti ad gloriam: iſti autem Apoſtoli qui admiſſi fuerunt ad uidendum transfigurationem Xpristi non uiderunt ipſius diuinitatē: ſicut Paulus in raptu. Sed tantum eius humanitatem in forma tamen glorioſa: & tamē in eius aſpectu fuerūt ſic delectati q̄ uoluiſſent ibi ꝑpetuo manere. propter quod dixit Petrus domine. bonum eſt nos hic eſſe. faciamus hic tria tabernacula: ad manendum ſcilicet hic continue. tibi unum. & non loquit̄ de tabernaculo faciendo pro ſe & pro ſocius. quia uolebat cum Xpristo eſſe in ſuo tabernaculo: & ſocii ſui cum alius duobus Lucas autem dicit q̄ loquebat̄ Petrus neſciens quid diceret. Sicut enim ex magnitu/dine paſſionis ut timoris uel amoris aliquis prorūpit in aliqua uerba ſine p̄meditatiōe: ita ſimiliter ex magnitudine deuotionis & delectationis ex pte: dixit Petrus illa uerba que tñ non erant rationabilia quia in ſolo aſpectu humanitatis Xp̄i nō conſiſtit be/atitudinis eſſentia ut iam dictū eſt: & ideo illud non debebat ſufficere pro finali bea/titudine. Adhuc eo loquente: hic ponitur teſtificatio diuina ſicut enim in baptiſmo Xpristi in quo conſiſtit regeneratio & principium uite ſpiritualis apparuit tota tri/nitas. filius in carne. pater in uoce. ſpiritus ſanctus in ſpecie columbe: ita ſimiliter con/uenienſ fuit q̄ apperet in transfiguratione per quā oſtenſus eſt terminus ſeu p̄fectio uite ſpiritualis: uidelicet gloria future reſurrectionis. & ideo ſicut filius apparuit ibi in carne decorata: cum deitate glorie: ita ſpiritus ſanctus in lucida nube: per quā ſignifi/cata eſt plenitudo ueritatis in Xpristi predicatione: propter quod dictum eſt. ipſum audite: pater autem apparuit in uoce dicens. hic eſt filius meus: ſcilicet naturalis. alii autem ſunt adoptiui. in quo mihi bene complacuit: id eſt in quo diuinum beneplacitū complebitur de redemptione mundi. ſequit̄: & audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam: hic autem factum eſt. ad declarationem humane fragilitatis iuxta excellentiā diuine maieſtatis. & acceſſit Ieſus: ad conſolandū eos ſcilicet: & tetigit eos familiariter & dulciter eos conſolando. ſequit̄. & leuantes oculos neminē uiderunt etc. qa Moyſes & Helias iam receſſerant. reducti uolūtate diuina ad loca unde fuerant adducti. Et deſcendentibus. hic ponitur diſcipulorum inſtructio de uiſione perhabita. quia p̄cepit eis Ieſus ne uiſionem predicta aliis diuulgarent ante reſurrectionē ſuā. ne alii audi/entes Xpristum eis apparuiſſe in forma glorioſa ſcandalizentur. poſtq̄ uidentes ipſum pati tam ignominioſe. Et interrogauerunt. hic ponitur ſolutio duplicis queſtionis ſuborte ex predictis. ſecunda ponitur ibi. & cum ueniſſet ad turbam circa primum ad uertēdum q̄ diſcipuli audierant a phariſeis & legiſpitis q̄ Helyas debebat uenire circa mundi conſūmationem ut habetur Malach. ultimo. & ideo quia Helyam uiderāt cre/debant finem mundi propiquū. mirabantur tamen q̄ ipſe ita cito receſſerat & nihil docuerat uel predicauerat cum tamen ſcriptum ſit Malach. ultimo. q̄ deberet cōuer/tere corda patrum ad filios. ideo querebant intellectum huius quomō ſit intelligēdus aduentus eius. Antixp̄m. & Saluator breuiter reſpondet q̄ duplex eſt ipſius aduen/tus unus ad iudicium in fine mundi. & hunc preueniet Helyas in propria perſona p̄di/cando Iudeis & conuertendo ad Xpristum. & falſitatem Antixp̄i detegendo. & hic eſt quod dicit. Helyas quidem uenturus eſt. in fine mundi. ſ. & reſtituet omnia. qa oēs Iudei qui tunc inuenient̄ ad Xpristum conuertent̄. aliis eſt aduentus ipſius Xpristi in mundum qui iam preceſſit. & hunc p̄uenit in ſpiritu Helyas i. Iohannes Baptiſta qui habuit zelum ueritatis ſicut Helyas. & hoc ē quod dicit Saluator. dico aūt uobis quia Helyas iam uenit. i. Iohannes Baptiſta qui uenit in ſpiritu & uirtute Helye. ut

habetur Luc.1. & non cognouerunt eũ:i.facta eius & doctrinã non approbauerũt quia Pharisei & legispiti baptisma suum & doctrinam contempserunt. Herodes autẽ de eorum consilio ut probabiliter credit eum incarceravit. sed fecerunt in eo quecũq; uoluerũt:ipsum incarcerando:& interficendo. Sic & filius hominis passurus est ab eis quia per consiliũ pharizeorũ captus est:& morti adiudicatus:& manibus crucifigẽtiũ ipsum traditus. Et cum uenisset:hic ponit solutio secũde questionis.& primo ponit questionis occasio. Secundo ponit questionis dissolutio ibi. Tunc accesserunt: Circa primum considerandum q; alii discipuli uidentes q; non essent admissi ad secreta Xpi Sicut alii tres discipuli predicti:aliquid humanum passi:incurrerunt quendam motũ turbationis & inuidie sicut dictus uidebitur.ca.sequenti.& ideo ex hoc factum est q; in absentia Xpristi non habuerunt tantam uirtutem expellendi demones sicut ante: & propter hoc quendam demoniacũ per lunationes afflictũ eis oblatum nõ potuerũt curare.alia autẽ causa fuit incredulitas patris:qui perfecte non credebat. Sed Xps aduenies ipsum solo uerbo curauit.& hoc est quod dicit.& cum uenisset ad turbam redies de mõte ubi fuerat transfiguratus.accessit ad eum homo ge.plo. So.o dñe mi etc.duplici enim de causa demon aliquando secundum uarietatem lune affligit hominẽ magisq; alio tempore. Una est ut per eum creatura dei scilicet luna ipsa infamet.alia causa est quia propter molliciem cerebri in nouilunio quando ímundant humida:sup que luna habet dominiũ cerebrum est aptius ut in ipso demon aliquid opetur sequit. nam sepe cadit in ignem:quia dyabolus uolebat eum cõburere:uel subiũgere si deus permisisset. & obtuli eum discipulis tuis & non.potu.cu.eũ.cause huius iam dicte sũt Respondens autem Iesus ait. o generatio incredula & peruersa. hoc dicit & propter discipulos:& propter patrẽ pueri rationibus dictis. Vsq; quo q; paciar uos.i.defectus & malicias uestras. & increpantes eum Iesus.s.demonem affligentem puerum.exiuit ab eo:non audens resistere Xpristi precepto.& curatus est puer ex illa hora. quia extunc non afflixit eum demon.tunc accesserunt:uidentes discipuli q; non potuissẽt curare puerum:cum tamen aliàs pluries eiecissent demonia de corporibus obsessis.ideo accesserunt ad Iesum secrete: probabiliter enim timebant q; ex culpa eorum erat in parte.& ideo nolebant de hoc Iesũ publice interrogare Sed magis in secreto dixerũt ei.quare nos non potuimus eicere eum.dixit illis Iesus propter incredulitatem uestrã quia enim unum peccatum trahit ad aliud: inde est q; postq; incurrerant motum turbationis & inuidie contra alios Apostolos consequenter incurrerunt quendã torporẽ in fide: ex quibus secutum est quod non potuerunt demoniacũ curare. Amen:id est fideliter dico uobis:si habueritis fidem sicut granum Sinapis:quod est modicũ in quãtitate sed maximum in uirtute. dicetis: id est dicere poteritis.monti huic transi hinc. etc.licet Apostoli non legant montes transtulisse ad litteram. leguntur tamẽ maiora fecisse in uirtute fidei.ut mortuos suscitasse:& cecos illuminasse:& consimilia que nõ possunt fieri nisi uirtute supernaturali & diuina.translatio autem montis ad aliũ locũ quandoq; fit uirtute naturali sicut in terre motu uehementi.uel potest dici. q; mons hic accipitur methaforice.i.dyabolus qui potest dici mons propter superbiã:quia ipse est Rex super omnes filios superbie ut dicitur in Iob. & sic est sensus. Si habuissetis fidem feruentem:s.caritatem. potuissetis dixisse.monti huic:i.dyabolo.transi hinc.i de obsesso lunatico & transisset de corpore exeundo:& sic in hoc ostendit tamen quare non potuerunt eum eicere & hoc est quod subditur. hoc enim genus non eicitur nisi per orationem & ieiunium: oratio autem que est mentis eleuatio in deum & ieiunium per quod refrenatur caro sunt effectus fidei formate per caritatem. Sciendum etiam

ꝙ ſicut in diuerſis rebus corporalibus adminiſtrandis diuerſi angeli a deo preparantᵉ. & diuerſorum ordinū: Sic etiam in diuerſis temptationibus habent ſpecialem effectū quia aliqui potiſſime tēptant de diuitiis congregandis: aliqui de honoribus appetēdis. Vnde & aliqui dicuntur ſpiritus ſuperbie & aliqui ſpiritus luxurie. Iſte autem demon habet uirtutem temptandi potiſſime de uitio carnis quod uicium potiſſime refrenatᵉ per orationem & ieiunium. & per conſequens demon talibus temptans per talia ſupatᵉ. Conuerſantibus autem illis. hic declarat ſe eſſe precium noſtre redemptionis: & diuiditᵉ in duas: quia primo oſtendit ſuam futuram paſſionem. ſecundo ex quodam facto declarat ſue paſſionis efficaciam ibi. & cum ueniſſent: In prima parte dicit ſic. cōuerſantibus autem illis: i. Ieſu & diſcipulis ſuis in galylea que erat terra ubi fuerat cōceptus & nutritus. dixit illis Ieſus filius hominis traditurus eſt in manus hominū. quia per inſtinctum: demonis intrantis cor Iude traditus eſt in manus Iudeorum. ut habetᵉ Ioh. xiii. & a Iudeis traditus eſt in manus gentiliū. & occident eum & tertia die reſurget. cum morte ſua predixit reſurrectionē ſuam ne in paſſione eius incurrerent deſperationem. & contriſtati ſunt uehementer: quia eius ſocietas ita erat dulcis: & grata ꝙ nō eſt mirū ſi contriſtati ſunt paſſione eius audita. Et cum ueniſſent: hic oſtenditᵉ paſſionis eius efficacia que eſt libertas uera: quia per paſſionem Xpriſti ſumus a ſeruitute dyaboli liberati & iſta libertas hic declaratᵉ cum dicitur. & cum ueniſſent Capharnaū acce. q etc. Capharnaū erat ciuitas principalis in Galylea. & ideo ibi manebant qui tributum colligebant ex parte Romanorū: quibus Iudea erat ſubiecta: & quilibet capitaneus domus ſoluebat Dydragma. & ualet Dydragma duplex dragma. dragma aūt eſt octaua pars untie: & ualet ſex obolos. obolus autem ualet quantū unus ꝓuſturonenſis: & ſic quilibet capitaneus ſoluebat quaſi annuatim. xii. turonēſes. Iſta aūt poſſunt colligi ex his que dicunt Papias & Iſidorus. de ponderibus. Iſti igitur qui dragma accipiebant a quolibet capitaneo dixerunt Petro magiſter ueſter non ſoluit Dydragma. non faciebant mentionem de Apoſtolis. quia non accipiebant niſi a capitaneis ut dictum eſt. & ait etiam. q. d. hoc eſt uerum. & cum intraſſet domū ꝓuenit cum Ieſus: ea que facta erant in eius preſentia. ſibi predicendo. & in hoc oſtendit ꝙ nihil latebat ipſum. ſequitᵉ. Reges terre a qui acci. tributum etc. hic autem interrogauit non ignorans. quid erat reſpōſurus: ſed ut ex ſua reſponſiōe melius informaret eum de ſua ueritate. at ille dixit ab alienis: dixit illi Ieſus: concludendo ueritatē. ergo liberi ſunt filii: ipſe autem Xpriſtus erat filius dei ſecundum naturam diuinam: & per conſequens nulli ſubiectus. Similiter ſecundum naturam humanam & filius Dauid. & per conſequens liber a tributo. & ex hoc ſequitᵉ ꝙ Apoſtoli qui erant de eius familia eſſent liberi. Verūtamen ne ſcandalizentᵉ illi qui colligebant uoluit tributū reddere. Ad cuius euidentiam conſiderandum ꝙ ſcandalum aliquando oritur ex malicia quale fuit ſcandalum phariſeorū. & tale eſt contemnendum. Sicut dictum eſt ſupra. xv. ca Aliquando oritur ex ignorantia & tale ſcandalū uitandū eſt: ſalua tñ triplici ueritate ſcilicet iuſtitie. uite & doctrine. & tale erat iſtud ſcandalū quia illi qui colligebant tributum erant gentiles legē & Prophetas ignorātes. & propter hoc ignorabant ꝙ Xp̄s eſſet imunis a tributo. tum quia filius dei ſecundum naturam diuinam: tum quia filius Dauid ſecundū humanam: quia non tenebantᵉ talia ſcire. dare autem eis tributū non erat contra ueritatē uite iuſtitie. & doctrine. Ideo Xpriſtus uoluit dare propter ſcāndalum uitandum. Eadem ratione Eccleſia in aliquibus terris ubi non eſt conſuetum decimas dare: non repetit decimas ad ſcandalum uitandū. & hoc eſt qđ dicit Xpriſtus ut aūt non ſcandalizemus eos uade ad mare & mitte hamū: ex quo patet ꝙ Xpriſtus

erat ita pauper ꝙ non habebat unde posset soluere tributum. Sequit̄. & eum piscem quem priuſ app̄. etc. ex quo patet eiuſ diuinitaſ futura contingentia certitudinaliter predicando. illum ſum da. c. pro me & pro te. ſtatere enim ualet duplex Dydragma. Xpriſtuſ autem uoluit dare tributum pro ſe & Petro. quia iam Petrum feterat capitaneum ſupra aliоſ Apoſtoloſ ut habetur precedenti capitulo. .XVIII.

IN illa hora. Superiuſ fundata eſt Eccleſia gentilium in fide: hic conſequenter fundatur in moribuſ. Et diuiditur in treſ parteſ: ſecundum treſ ſtatuſ diuerſoſ in eccleſia. primo enim deſcribuntur uirtuteſ actiuorum. & ſecundo religioſorum ſeu contemplatiuorum. xix. ca. & tertio prelatorum. xx. ca. Prima in duaſ. quia primo deſcribitur fundamentum uirtutum. Secundo edificium deſuper conſtructum ibi. Et qui ſuſcepit. Ad euidentiam prime partiſ aduertendū ꝙ Saluator deſcribendo uirtuteſ actiuorum conuenienter incipit ab humilitate duplici de cauſa. Primo quia eſt fundamentum aliarum uirtutum ut dictum eſt. Secundo quia habuit occaſionem ex prehabitiſ imediate in precedenti ca. dictum eſt enim quia Saluator aſſumpſit ſecum Petrū Iacobum & Iohannem aliuſ dimiſſiſ & duxit eoſ in montē ſeorſum & transfiguratuſ eſt ante eoſ. Ideo alii aliquid humanū paſſi motum cuiuſdam inuidie incurrerūt. Item quia pro Petro iuſſerat ſolui tributum: quod ſolum a capitaneiſ colligebatur. Ideo in hoc eum principalē aliuſ conſtituerat & capitaneum propter quod alii aliquo modo indignati quia non erant adhuc confirmati permiſſionem ſpiritуſ ſancti in uia poſiti ceperūt inter ſe altricari de maioritate: quiſ eorum uideretur eſſe maior. ut habetur Mar. ix. & poſtq̄ cum ueniſſent. ad domum Ieſuſ queſiuit ab eiſ de quo in uia diſputauerant. & tunc ipſi pre uerecundia tacuerunt: uidenteſ motum ſuperbie in eiſ deprehenſum a Saluatore. & poſt paululum factum eſt quod hic deſcribit̄ a Matheo In illa hora: hoc eſt poſt tempuſ modicum. acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum: uidenteſſe eſſe deprehenſoſ ab ipſo de maioritate contendere. Dicenteſ quiſputaſ maior eſt in regno celorum: non fecerunt tunc queſtionem quiſ eſſet maior inter eoſ: de quo priuſ cōtenderant: ſed quiſ eſſet maior in eccleſia militante per meritum: & quiſ in Eccleſia triumphante per premiū. Et quia in uiatoribuſ magiſ mouent facta q̄ uerba: Ideo docenſ eoſ de humilitate poſuit eiſ exemplum ſenſibile. & hoc eſt quod dicitur. & aduocáſ Ieſuſ paruulū: etate & malicia ſcilicet beatū martialē: qui poſtq̄ a beato Petro miſſuſ in galliam predicauit lemonicenſibuſ fidem catholicā. Stauit eum in medio eorꝝ ut ab omnibuſ uideretur: & attente conſideraret̄. Et dixit. amen: i. fideliter. dico uobiſ niſi cōuerſi fueritiſ: ab elatione ſcilicet ſuperbie: & ambitione maioritatiſ. Et efficiamini ſicut paruuli: humileſ & ſimpliceſ ſine malicia peccati. non intrabitiſ regnū celorꝝ demoneſ enim abiecti fuerunt per ſuperbiam. & ideo oportet homineſ illuc uenire per uiam contrariam ſcilicet per humilitatem. Concludit ergo intentum dicenſ. quicunq; igitur humiliauit ſe etc. q. d. ille qui erit hic humilior: erit maior: hic per gratiam. qa humilitaſ eſt recta diſpoſitio ad gratiam ſuſcipiendum: ſecundum quod dicit beatuſ Iacobuſ. iiii. c. deuſ ſuperbiſ reſiſtit: humilibuſ gratiā dat: & taliſ erit maior in eccleſia triumphante. Aduertendum tamen ꝙ ex hoc non ſequit̄ ꝙ humilitaſ ſit maxima uirtutum: quia uirtuteſ theologice ſunt maioreſ q̄ moraleſ: uidelicet. fideſ. ſpeſ. & caritaſ humilitaſ autem eſt uirtuſ moraliſ. & iterum in uirtutibuſ moralibuſ prudentia que dirigit aliaſ uirtuteſ moraleſ: & ponit in eiſ medium: eſt maior aliiſ. & iterū iuſtitia que importat rectum ordinem ad alterum eſt maior q̄ humilitaſ: que facit hominem bene eſſe ſubditum huic ordini. Sed pro tanto dicit̄ quod maioritaſ in regno correſpōdet humilitati: ſicut theſauruſ celeſtiſ diſperſioni theſauri terreni propter deum: ut habet̄

infra sequenti capitulo. Item quia sicut dictum est: humilitas est fundamētum aliarū uirtutum. sicut ergo ex magnitudine fundamēti pfecti: arguitur magnitudo edificii super edificandi: Sic in proposito ex magnitudine humilitatis arguit magnitudo felicitatis: licet humilitas non sit maior inter alias uirtutes. quia illa que sunt priora generatione non sunt maiora simpliciter. Item qa uirtutes sunt cōnexe & maxime uirtutes infuse que cōnexe sunt in gratia & caritate: ideo quantū crescit una uirtus in eodem homine: tantum crescit altera proportionaliter secundum illud quod est formale in uirtute: sicut digiti manus equaliter crescunt: licet in se non sunt equales. ille autem qui habet maiorem humilitatē loquendo de uera humilitate: & per consequens habet alias uirtutes maiores. & ideo ille qui est magis humilis est maior in merito & premio: non propter humilitatem tantum: sed propter alias uirtutes humilitati connexas: que sūt etiam maiores ipsa humilitate. Qui suscepit: hic docet construere edificium uirtutū super humilitatis fundamentum. Istud autem beneficium consistit in cōmunicatione ad proximum: & hoc contingit dupliciter. s. ratione corporis & ratione anime. primo ergo docet cōmunicationem caritatiuam ad hominem ex parte corporis: ut ex notioribus procedat adminus nota. bona autem corporis sunt nobis magis nota. secundo docet cōmunicationem ad proximum ex parte anime ibi. qui autem scandalizauerit. Dicit igitur primo. & qui suscepit unum paruulū talem: humilem scilicet & fidelem. in nomine: hoc est propter deū ad hospitiū recipiendo: & necessaria corporis ministrādo & per hoc intelligunt omnia alia beneficia que impeduntur propter deum ex parte corporis. me suscipit: quia ubi unum propter alterum. utrobiq; tantum unum exemplum. & ideo qui recipit proximum propter Xpristū dicit Xpristum recipe exēplū huius habemus in legenda beati Martini ubi dicit q̄ Xpristus se uestitum ostendit illa parte clamidis quem beatus Martinus dederat pauperi propter Xpristum. Qui aūt scandalizauerit. hic docet cōmunicationem caritatiuam ad proximū ex parte anime que consistit in duobus. primo ne proximo inferat nocumentū. secundo ut ei p̄beat beneficium ibi. uenit enim filius hominis. Prima in duas quia primo admonet ne proximum scandalizemus. Secūdo ne eum contemnamus ibi. uidete ne condemnatis. p̄ma in duas quia primo docet uitare scandalum actiuū. secūdo passiuū ibi. Si aūt manus tua: Circa primum aduertendum q̄ scandalum actiue est dictum uel factum minus rectum prebens occasionem alterius ruine. Scandalizare: igitur aliquem est facere eum ruere in peccatum mortale: ex dicto uel facto suo malo: & hoc est proprie inferre ei nocumentū ex parte anime qđ est recte cōtra caritatē: & ideo talis faciēs aliū sic ruere si facit hoc ex intentione seu ex aduertentia semper est peccatum mortale: etiam si factum uel dictum ex quo alius ruit non esset de genere peccati mortalis. sicut dicens mendacium iocosum mulieri intentione pertrahendi eam ad adulterium est peccatum mortale ex intentione finis. dicit igitur. qui scandalizauerit unū de pusillis dicit autem pusillus quia nullus scandalizat passiue nisi inquantum pusillus. i. parue uirtutis: quia homo perfecte uirtutis ex dicto uel facto malo alterius nō ruit in peccatum. Sequitur. expedit ei ut suspendatur mola asi. etce. loquitur euangelista ad modum terre palestinorum: in qua condemnati ad mortem ligato saxo ad collum p̄cipitabātur in mare sensus est ergo. expedit etc. melius esset homini mori corporaliter q̄ ex malo exemplo suo facere alium ruere in paccatum mortale. quia ex hoc meret mortem eternam: que grauior est morte temporali. & ideo sequitur. ue mundo a scandalis. i. mundanis hominibus qui non curant scandalizare proximos. necesse est enim ut ueniant scādala: non est necessitas absoluta. Sed tantum ex suppositione. Si enim

hominеſ uelint uiuere mundane. i: in omnibuſ uoluntatē ſuā adimplere & ꝙ neceſſario ſequatur ad hoc ſcandalum aliorum: quia non formidāt ſcandalizare proximoſ. Verūtamen ue homini illi: i. cōminatio pene eterne ſibi infligende. per quem ſcandalum uenit. activе. ſ. proximum ſcandalizando. Si autem manuſ tua etc. & quia ſcādalizare paſſiue ſemper eſt peccatum: quia eſt ruina ex dicto alteriuſ minuſ recto. ideo admonet puſilloſ ut excludāt a ſe occaſionem ruine: dicenſ. Si manuſ tua uel peſ tuuſ ſcandalizat te: id ē tibi eſt occaſio ruine in peccatum per tactum inboneſtum: uel per greſſum diſſolutum. abſcide eum etc. non quia aliquod membrū corporiſ ſit amputādū ad uitandum peccatum. membra enim corporiſ ſunt a deo data. & ideo nō eſt in poteſtate alicuiuſ perſone. abſcindere ſibi mēbrum. Sicut nec ſe occidere ſed ſemper hoc eſt illicitum ſingulari perſone: niſi in caſu ſcilicet quando unum membrum propter ſui corruptionem eſt in periculum tociuſ corporiſ: quia unicuiq; cōmittitur cura ſanitatiſ ſui corporiſ: ideo tunc licitum eſt ſibi per ſe uel per alium unum membrorū abſcindere ne pereat totum corpuſ. & eodem modo licitum eſt ei qui tenet locum iuſticie publice interficere hominem uel mutilare propter conſeruationem iuſticie. Sed propter peccatum euitandum non eſt alicui licitum abſcindere ſibi membrum aliquod. Tum quia per hoc non excluditur concupiſcentia interior in qua uiget peccatum. Tum quia ꝑ aliam uiam poteſt meliuſ obuiari peccato per rationem & liberum arbitrium cohibēdo membrum a peccati exercitio. & ſic dicitur manuſ abſcindi inquantum prohibetur ab illicito actu quia manuſ abſciſa non poteſt aliquid agere. Et eodem modo exponēdū eſt de aliiſ membriſ. Aliter autem poteſt exponi ut per manum intelligatur auxiliator in negociiſ ſuiſ: quia manuſ eſt organum organorum per pedem intelligatur curſor. qui currit ad negocia peragenda. per oculum conſiliariuſ qui dirigit in agendiſ. amicitia autem iſtorum quantūcunq; ſit utiliſ in temporalibuſ: eſt tamen precidenda a ſe & remouenda ſi ſit occaſio ruine in ſpiritualibuſ. propter hoc quod ſequitur. bonū eſt tibi: i. meliuſ. ad uitam ingredi debilem: uel claudum: ſicut enim ſequenti capitulo dicit Saluator ꝙ uno modo dicitur caſtratuſ: propter celorum: qui continet membra genitalia ab illicito actu. Sic dicit̄ hic claduſ qui continet pedem ab inordinato greſſu: & debiliſ qui continet manum ab illicito tactu. & ſicut teſtimonio Saluatoriſ illa caſtratio que eſt per membrorum genitalium continentiam eſt meritoria & laudabiliſ: non autem illa que eſt per membrorum amputationem. Sic in propoſito claudicatio: uel debilitaſ ſeu cecitaſ que eſt per cohibitionē manuſ ab illicito tactu. & oculi ab illicito uiſu: & pediſ ab illicito greſſu. eſt meritoria & laudabiliſ: non autem illa que eſſet per membrorum priuationem. cetera patent. Videte ne cōtemnatiſ. hic cōſequēter probibet ne proximum contemnamuſ cuiuſ rationem aſſignat. ꝙ ꝯquā homo ſit puuſ in hoc mundo: tamen habet angelum aſſignatum a deo ad ſui cuſtodiam. & ideo ſi hominеſ tantum a deo honorantē quia ad eiuſ ymaginem ſunt facti: multofortiuſ a nobiſ ſunt honorandi: & hoc eſt quod dicit. uidete ne contempnatiſetc. ſequitur. quia āgeli eorum: id eſt aſſignati eiſ in celiſ ſemper uident faciem patriſ: quia quantūcunq; mittantur ad temporalium rerum adminiſtrationē tamen ſemper deo adherent per aptā uiſionem. qui in celiſ eſt: licet enim dominuſ ſit ubiq; per eſſentiā: preſentiā & potentiā tamen ſpecialiter dicitur eſſe in celiſ ubi adeſt beatiſ per aptam uiſionem. uenit enim filiuſ hominiſ: oſtenſo ꝙ non eſt proximo inferendum nocumentum ex parte anime hic oſtendit ꝙ eſt beneficium impendendum. & primo in affectu & ſecundo in effectu ibi. Si autem peccauerit: primū oſtenditur exemplo Saluatoriſ qui ad ſalutē hominū deſcendit de celiſ dicēſ. uenit enim filiuſ hominiſ ſaluare quod ꝑierat & inducit ad hoc

exemplum de illo qui habet centum oues: una enim errante dimittit nonaginta nouē & uadit ad querendum illam que errauerat. & cum inuenit eam gaudet speciali gaudio de inuentione eius. non quia magis diligat illam solam q̄ nonaginta: sed quia sicut dictum est habet specialem rationem gaudendi. de inuentione eius q̄ non habebat in aliis. Sic deus de reuersione peccantium ad salutem habet specialem rationem gaudii quā non habet de permanētibus in iustitia ceteris tamen pibus. permanentes iniustitia sunt magis dilecti a deo. hoc autem inducit Saluator ad considerandum q̄ similiter debemus gaudere in affectu de salute proximorum. considerandum etiam q̄ alia ratione deus aliqñ magis diligit peccatores reuertentes q̄ remanentes in iustitia: nó qa peccauerūt. Sed quia ex peccato cōmisso humiliores efficiūt & sanctiores & in bono feruentiores. unde dicit beatus Greg. in moralibus q̄ princeps milicie plus eum militem diligit qui post fugam fortiter hostem primit: q̄ qui nunq̄ fugit: nec unq̄ aliquid fortiter egit. & eodem modo est de peccatore post penitentiā uiriliter agente: & de iusto tepido in sua iustitia permanente. Si peccauerit: hic consequenter ostendit q̄ debemus esse benefici proximo ex parte anime in effectu. & hoc dupliciter. primo defectus eorum caritatiue corrigendo: & secundo offensam misericorditer remittendo: ibi. Iterum dico uobis: ad euidentiam primi aduertendū q̄ duplex est correctio. una que est ad peccantis punitionem propter conseruationem iustitie & terrorem aliorum & talis correctio non pertinet ad singulares personas: sed ad iudicem ad quem pertinet conseruare iustitiā inter homines: & propter hoc talis correctio est actus iustitie alia est correctio que ordinat ad fratris peccantis emendationem: & ideo est actus caritatis & ptinet ad omnes. quia sicut dicitur in Ecclesiastico unicuiq; mandauit deus de proximo. & ideo sicut quilibet tenetur proximum ex caritate diligere ita tenetur defectus eius caritatiue ad emendationem eius corrigere. Si tamen probabiliter credat q̄ ex illa correctione debeat se emendare. & de tali correctione loquit̄ hic Saluator non de prima que est actus iustitie. tangit autem debitum modum huius correctionis dicens. Si peccauerit in te frater tuus: & intelligitur istud in te dupliciter. uel quia te solū lesit. uel quia te solo sciente peccauit. Si enim alios lederet uel coram alius peccaret tunc non haberet locum illud quod subditur. uade corrige eum inter te & ipsum solū: quia peccata publica sunt in publico arguenda: secundum quod dicit̄ ad Thymo. v. peccantem coram omnibus argue: ut ceteri timorem habeant. Sed quando sūt secreta tunc habet locum correctio fraterna que est actus caritatis: que debet fieri primo in secreto. cuius ratio est. Sicut enim medicus corporalis si debito modo procedat nititur inducere sanitatem cum minori dispendio corporis: ut sine membri abscisiōe: & si non possit tunc abscidit membrum minus nobile: ut conseruet magis nobile: uel totum corpus: sic ille qui fratrem peccantem occulte corripit caritatiue: debet temptare si possit fratrem emendare absq; detrimento sue fame: qa fama computat̄ inter maiora bona hominis citra uirtutes: & ideo fratrem corrigens debet quantūcunq; potest cōseruare eius famam. alia causa est quia amissa fama uel lesa: afficit̄ homo in uerecundus: & p consequens minus a peccato retrahit̄ q̄ prius est ergo debitus processus in correctiōe caritatiua ut homo corrigat fratrem suū inter se & ipsum solū ut sic possit eū saluare cum omnimoda integritate sue fame. & hoc est quod sequit̄. Si te audierit lucratus es fratrem tuum. eum scilicet cum integritate fame ad salutem reducēdo. Si autem non audite adhibe tecum unum uel duos etc. quia enim fama est minus bonum: q̄ sit bona uita. Si non possit seruari bona uita fratris sine detrimento sue fame tunc ꝓcedendū est ad salutē bone uite cum aliquali lesione sue fame: & ideo adducendus est unus alius

uel duo: ad ſciendum fratriſ delictum: & ut coram eiſ arguatur: & ſi ſe non correxerit tunc ſimpliciter contemnenda eſt eiuſ fama: ut conſeruetur bona uita: uel ſaltem ordo iuſtitie ad terrorem aliorum: & hoc eſt quod ſequit. ꝙ ſi non audi eoſ: ſe corrigendo. dic eccleſie: i. prelato per denunciationem publicam: & tunc ſunt teſtes inducendi ad facti probationem: qui pluſ fuerant inducti ad fratriſ ſecretam correctionem. ¶ Si aũt eccleſiam non audi: preceptum prelati contemnendo. Sit tibi ſicut Ethnicuſ & publicanuſ. i. ſeparetur ab aliiſ fidelibuſ per ex cõmunicationẽ: & cenſuram eccleſiaſticam & ꝙ talia poſſint prelati eccleſie inferre ſubdit. Amen. id eſt fideliter. dico uobiſ quecunq; alligauerit ſup terram erunt ligata & in celiſ: quia deuſ talem punitionẽ approbat ſi iudicium eccleſie non errat. conſiderandum tamen circa predicta. ꝙ ſi peccatum occultum fratriſ fuerit in preiudicium cõmunitatiſ: ut ſi aliquiſ tractaret ſecrete cũ aliquibuſ ciuibuſ qualiter ciuitaſ eſſet hoſtibuſ tradenda: uel ſi aliquiſ hereticuſ in ſecreto corrumperet fidem tunc ſecreta correctio uel admonitio non eſſet expectanda. Sed ſtatim eſſet prelato denunciandum: qui poſſet tali periculo precauere: & idem iudiciũ de conſimilibuſ caſibuſ eſt habendum. Iterum dico uobiſ: hic conſequenter oſtendit ꝙ non debemuſ fratrem ſolum corripere. Sed etiam offenſam nobiſ illatam dimittere. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo facit quod dictum eſt. Secundo oſtendit quotienſ ſit offenſa fratriſ dimittenda ibi. Tunc accedenſ ad eum Petruſ: dicit igitur primo. Si duo ex uobiſ: conſenſerint: in animo ſcilicet offenſam ſibi inuicem remittendo. de oĩre quã petierint fiet illiſ: quia oratio non eſt accepta coram deo ſi teneat cõtra fratrẽ in animo. propter quod ſubditur. ubi duo uel treſ congregati ſunt in nomine meo: i. in caritate uniti. in medio eorum ſum: ſic quieſcẽdo bone uoluntati & petitionem eoꝝ: dum tamen illa oratio habeat conditioneſ cõuenienteſ: que ad hoc requiruntur: ſcilicet ꝙ aliquiſ oret pro ſe pie & perſeueranter: biſ enim concurrentibuſ ſemper oratio exauditur. & ſi aliquando differt: tamen tempore competenti adimplet ſicut ſupra habitũ eſt ca. vii. Aduertendum tamen ꝙ licet offenſa ſit ſemper remittenda: non tamẽ iniuria: ſi enim ex remiſſione iniurie & pene ſequeret pronitaſ in eo cui remittit ad faciliuſ peccandũ: non eſſet bonũ ei remittere: ſimiliter ſi ex tali remiſſione eſſet ſcãdalũ aliorum & ōmiſſio iuſtitie: & in conſimilibuſ caſibuſ. Tunc accedẽſ ad eum Petruſ: hic oſtenditur quotiẽſ ſit fratri remittendum. & primo oſtenditur propoſitum. Secundo confirmatur per exemplum ibi. ideo aſſimilatum eſt: circa primũ aduertendũ ꝙ hoc frequenter dictum eſt: Petruſ tanq̃ principaliſ aliquando loquebat pro ſe: & ꝑ aliiſ & ideo audito a Saluatore ꝙ offenſa fratriſ peccantiſ eſſet remittenda: Interrogauit quotienſ eſſet remittenda fratri: & hoc putat ſi ſufficeret ad ſalutem dimittere ſeptieſ. & dixit illi Ieſuſ: ꝙ non ſufficeret dimittere ſeptieſ. Sed uſq; ſeptuageſieſ ſeptieſ. & ponit ibi numeruſ determinatuſ pro indeterminato. ac ſi diceret totienſ quotienſ expedit: ut dicit Augu. Ideo aſſimilatum eſt: hic probat hoc per exemplum quia magiſ ſumuſ debitoreſ dei & pluſ offendimuſ eum: q̃ homo poſſit offendere proximum. quia tanta eſt offenſa quantuſ ille qui offendit. deuſ autem eſt infinituſ: & ideo offenſa in ipſum cõmiſſa quandam infirmitatem habet: & tamen quotienſcunq; offendimuſ deum ipſe totienſ paratuſ eſt remittendum tamen uelimuſ ueraciter penitere. ergo multo fortiuſſimiliter debemuſ peccanti in noſ facere. & hoc eſt quod dicit. ideo aſſimilatum eſt regnum celorum: i. ſtatuſ eccleſie militantiſ. homini Regi: i. Xpſto qui eſt ueruſ homo & ueruſ deuſ Rex regũ & dominuſ dominantium Apoc. xvii. c. qui uoluit rationem ponere cum ſeruiſ ſuiſ: rationem exigere: de factiſ humaniſ. & oblatuſ eſt ei unuſ qui debebat decem milia talenta: i. obligatuſ ad magnam penam propter multa

peccata. cum aũt non haberet unde redderet: qa peccator nõ habet unde satisfaceret deo pro peccato. iussit eum uenundari etc. quia omnia sua sunt pene eterne propter peccatum suum obligata: procidens autẽ seruus: i. peccator per penitentiã. pacientiã habe: penam eternã in temporalem cõmutando. & omnia reddam tibi: opera meritoria faciẽdo. misertus est autem etc: quia dominus paratus est misereri & pcere uere penitentibus. Egressus autem ille seruus: a facie dñi scilicet per recidiuũ peccati. inuenit unum de conseruis suis: i. de hominibus qui sunt serui dei cum ipso qui debebat ei centũ denarios: id est modicum eum offenderat quia offensa in homine modica est respectu offense cõmisse in deum. & tenens suffocabat eum: i. transglutabat eum & dicit' a sub & faux cis. dicens. redde quod debes: in quo ostenditur austeritas in repetendo uindictam a proximo. & procidens conseruus per penitentiam rogabat. eum dicens: pacientiam etc. q. d. paratus sum secundũ possibilitatem meam satisfacere. ille aũt noluit in quo notatur crudelitas in modo reperendi uindictam. uidentes autem cõserui eius: Isti sunt isti qui uidentes crudelitatem hominum erga proximos contristãtur: quia ad eandem uirtutem pertinet gaudere de bono & tristari de opposito malo. & uenerunt & narrauerunt domino: quia in oratione petiuit a domino talia uindicari ad declarationem iustitie non ex liuore uindicte. tunc uocauit eum dominus suus. Ista autẽ fit uocatio in morte ubi de omnibus oportet rationem reddere stricte. serue nequã omẽ debitũ dimisi tibi: i. offensã magnã i me cõmissam: Nõne ergo oportuit & te misereri conseruis tuis: paruã remittendo. & iratus dominus tradidit eum debitoribus: i. demonibus qui in hoc sunt executores diuine iustitie. quo aduq; redderet uniuersum debitũ id est eternaliter. quia in inferno est semper redditio absq; aquietatione cum pena sp remaneat eterna a parte finis. Sic & pater meus celestis etc. hic iuducitur applicatio parabole ad propositum eodem modo quo dictum est. Et factũ est cum cõsumasset hic ponitur confirmatio doctrine precedentis per operationem miraculorũ cum dicit. & factũ est cum consumasset Iesus. Sequit'. uenit in fines Iudee transiordanem. ubi erat possessio duarum tribuum & dimidie: s. Ruben & Gad & dimidie tribus Manasse. & secute sunt eum turbe multe: ex quo patet deuotio populi ad eum: quia multi sequebantur causa sue predicationis audiende. aliqui causa sue curationis impetrande. & curauit eos ibi etc. & sic patet q̃ euangelista in uno uerbo multa miracula sanitatum includit: quia propter multitudinem miraculorum non poterat omnia in particulari describi: ut dicitur Iohannis ultimo.

.XIX.

ET accesserunt: hic consequenter Saluator docet uirtutes contemplatiuorum seu religiosorum. & diuiditur in tres partes. quia primo docet continentiam. secũdo obedientiam ibi. Tunc oblati sunt ei paruuli: tertio paupertatem uoluntariam ibi. & ecce unus. In istis autem tribus consistit perfectio religiosorũ. Prima diuidit' in duas partes quia primo docet Xpristus illud qd̃ est necessitatis in continentiã: uidelicet in continentiam coniugalem. Secundo illud quod est perfectionis uidelicet continentiam ab omni actu uenereo ibi. dicunt ei discipuli: Prima in duas. quia primo circa hoc ponitur Phariseorum dolosa interrogatio. & secundo ponitur ipsius Xpristi uera responsio ibi. qui respondes. dicit ergo. Accesserunt ad eum: hoc est ad Iesum: phariset. qui in populo Iudeorum pre aliis uidebantur religiosi ut dictum est supra: & dicetur inferius. xxi. ca. temptantes eum capere: s. in uerbis dicẽtes. Si licet homini dimittere uxorem suam quaq; ex causa. i. ex leui causa: ut propter aliquam feditatem seu turpitudinem corporalem. hanc autem questionem proposuerunt Xpristo ad capiendũ eum: quia responsio ad utranq; partẽ erat calũniabilis: quia si diceret q̃ licet: uidebat

laxare freno concupiſcentie carnali. dicendo ꝙ homo pro libito uoluntatiſ ſue poſſit uxorem dimittere: & aliam ducere. & etiam contra dictamē legiſ nature. quia inſepa/ bilitaſ eſt de ratione matrimonii ut dicetur poſtea. Si autem diceret ꝙ non uidebaē contra Moyſen dicere dicentem. Deut. xxiiii. Si acceperit homo uxorem & non in/ uenerit gratiam ante oculoſ eiuſ propter aliquam feditatem ſcribet libellū repudii etc. Qui reſpondenſ: hic ponitur Xpriſti reſponſio. & diuiditur in duaſ parteſ quia primo ponitur reſponſio. Secundo remouetur quedam ſibi facta obiectio: ibi dicunt: Ad euidentiam primi aduertendum ꝙ indiuiſibilitaſ eſt de ratiōe matrimonii propter qđ ponitur in diffinitione eiuſ tanq̄ formale: cum dicitur matrimonium eſt coniunctio mariſ & femine inter legittimaſ perſonaſ indiuidua uite conſuetudinem retinenſ id eſt indiuiſibilitatem: ſecundum totam uitam alteriuſ coniugum. ratio autem huiuſ eſt: qa matrimonium eſt coniunctio mariſ & femine ad educationem proliſ: ad cultū diuinum multiplicandum. ad hoc autem ꝙ proleſ ſit apta ad cultum diuinum. & poſſit ſibi ſu/ fficere per emancipationem a parentibuſ. requiritur magnuſ temporiſ tractatuſ: qa oportet filium generari. educari & doceri: & ſibi de neceſſariis uite a parentibuſ pui/ deri. quia ſecundum quod dicit Apoſtoluſ. ii. Corint. xii. patreſ debent theſaurizare filiiſ & non filii parentibuſ: anteq̄ autem homo poſſit generari: de cōmuni curſu eſt. xviii. annorum. xx. anteq̄ uero ꝙ filiuſ genitus ſit educatuſ: & edoctuſ a patre ſciēſ & potenſ ſe & familiam regere: oportet ꝙ ſit. xx. annorum uel circiter. Sic igit̄ patet ꝙ licet uir non generaret niſi unum filium in uxore: tamen anteq̄ filiuſ eſſet diſpoſituſ ad recedendum a patre: iam pater eſſet. xl. annorum uel circiter. nunc ita eſt ꝙ maſ/ ſculuſ & femina debent ſimul cohabitare indiuiſibiliter: q̄diu tendunt generationi & educationem proliſ. ſicut uidemuſ in brutiſ animalibuſ: & auibuſ: ꝙ determinatuſ maſ determinate femine inſeparabiliter coniungit̄ tempore quo intendunt generationi & educationi filiorum. Verūtamen quia in aliiſ animalibuſ & auibuſ filii nati in modico tempore ſunt ſufficienteſ uictū ſibi querere: ideo maſculuſ & femina non cōiunguntur inſeparabiliter per totam uitam. Sed tantum tempore educationiſ filiorum. Cū igit̄ natura humana debeat magiſ eſſe ordinata q̄ natura brutorum: Ideo de dictamine naturali eſt ꝙ uir & uxor inſeparabiliter coniungantur q̄diu ſtat neceſſaria educatio & doctrina filiorum. & hoc eſt ſecundum totam uitam cōiugatorum. quia ſicut uſum eſt homo habet. xl. annoſ anteq̄ primuſ eiuſ ſit ſufficienter educatuſ. & ſic ſola occa/ ſione primi filii dictat natura: ꝙ tantum debeat cum uxore inſeparabiliter habitare: & quia interim anteq̄ primuſ ſit ſufficienter educatuſ: naſcunt̄ filii alii uel ſaltem poſ/ ſunt naſci: quibuſ conſimiliter oportet per parenteſ prouideri: ad quod requiritur ul/ terior tractuſ temporiſ magnuſ. ideo ſicut natura dictat aliiſ animalibuſ ut maſculuſ & femina inſeparabiliter cohabitent tempore determinato a natura in generatione. & educatione filiorū: ita dictat in natura humana: ut uir & uxor inſeparabiliter ha/ bitent per totam uitam. & ſic patet ꝙ indiuiſibilitaſ matrimonii: non ſolum eſt de iure diuino: Sed etiam de iure naturali. Hanc autem ueritatem declarat Saluator per ſcripturam ueteriſ teſtamenti dicenſ. non legiſtiſ quia: qui fecit hominem ab initio: qñ ſcilicet ſolum currebat lex nature ante legem datam per Moyſen. maſculū & feminā fecit eoſ: in hoc tangitur materia ipſius matrimonii: ſcilicet maſculuſ & femina. quia matrimonium ordinatur ad educationem proliſ. ad hoc autem requirit̄ determinatum actiuum & paſſiuū. & hoc in animalibuſ perfectiſ: quia non generantur ex putre/ factione. in maſculo autem eſt uirtuſ actiua: in femina uirtuſ paſſiua. homo autem eſt perfectiſſimū animaliū & propter hoc ad perfectionem eiuſ requirit̄ diſtinctio ſexuū

uidelicet mariſ & femine. ſequit̃. & dixit. propter hoc relinqnit homo patrẽ & matrẽ: in quo tangitur debita conditio materie predicte. quia matrimonium debet eſſe inter perſonaſ legittimaſ ad contrahendum. Tangitur autem hic legittimaſ per hoc q̃ excluduntur perſone illegittime que ſunt pater & mater. Iſte enim perſone ſunt excluſe ſecundum dictam legiſ nature: cuiuſ ratio eſt. quia uir & uxor in actu matrimoniali ad propria iudicantur. & ideo contra reuerentiam naturalem eſt q̃ filia coniungatur patri. & filiuſ matri. unde & aliqua animalia magiſ appropinquantia ad induſtriam humanam talem coniunctionem tanq̃ abominabilem refugiunt. unde narratur de elephante qui cum adductuſ a magiſtro ipſum cuſtodiente ad impregnandum matrem propriam renuit propter quod magiſter uultum eiuſ operuit: & eum matrẽ ſic ignoranter cognouiſſet: & diſcooperto uultu hic uideret: inſiliit p̃ dolore inductorẽ ſuũ: & interfecit eum. & hoc eſt quod dicitur in littera. propter hoc id eſt propter opuſ generationiſ. relinquet homo patrem & matrem. homo tamen eſt cõmuniſ generiſ: & ideo ſignat maſculum & feminam. eſt ergo ſenſuſ q̃ filiuſ nullo modo debet copulari matri: neq; filiuſ patri. conſequenter ponitur id quod eſt formale in matrimonio: ſcilicet coniunctio indiuidua per totam uitam: cum dicit. & adherebit uxori ſue per coniunctionem animorum ex amore. & fidelitatem. & erunt duo in carne una: quantum ad corporalem cohabitationem. & ad unam carnem proliſ ex ambobuſ producendã. aduertendum tamen q̃ iſta uerba dicuntur hic uerba domini. & tamen Geñ. ſecundo dicunt̃ uerba ipſiuſ Ade. non tamen eſt hic contradictio. quia illa uerba protulit Adã ex diuina reuelatione. quia in extaſi factuſ uiderat mulierem de coſta ſua formatã: & ideo illa uerba fuerunt dei principaliter tanq̃ reuelantiſ: & ipſiuſ Ade inſtrumentaliter. & ſic proferentiſ. concludit ergo Saluator. q̃ ergo dominuſ coniunxit: id eſt uirum & uxorem: inſeparabiliter quantũ ad totam uitam. homo non ſeparet: dimittendo propria uoluntate uxorem. autoritate tamen diuina aliquando ſeparant̃ q̃tũ ad cohabitationem: & debiti redditionem: non tamen quantum ad uinculũ & hoc cõtingit quando ſeparant̃. Sic propter diuinũ cultũ: altero religionem intrante. Dicũt illi: hic remouetur quedã obiectio quã fecerunt ei phariſei de autoritate Moyſi ſupra allegata. qd ergo mandauit Moyſes etc. q. dicant manifeſte diciſ contra legẽ Moyſi Deut. xxiiii. & ait illiſ. quoniã Moyſes ad duriciam cordiſ ueſtri promiſit uobiſ dimittere uxoreſ ueſtraſ: q. d. non dico cõtra Moyſen. quia Moyſes non ſcripſit hoc tanq̃ licitum: & bonum ſed permiſit: propter maiuſ malum uitandum. ne ſcilicet uxoreſ eiſ ingrataſ occiderent: quia minuſ malum erat dimittere q̃ occidere. Sicut Deutero. v. ſicut deuſ conceſſit dare ad uſuram extraneiſ: ne fratreſ grauarent. Sicut ergo qui nõ dat ad uſuram nec extraneo nec propinquo facit magiſ ſecundũ intentionem Moyſi. ita ille qui docet uxorem non dimittendam non dicit contra eiuſ intentionem: ſed magiſ ſupplet & perficit illiuſ legiſ tante imperfectionem: ſicut ſupra dictum eſt. v. ca. abinitio autem non fuit ſic. id eſt in ſtatu nec inſtitute ſed in hominibuſ lapſiſ per peccatum permiſſum eſt propter maiuſ malum euitandum. non tanq̃ licitum ſed ſicut minuſ malũ. & hoc eſt qd̃ ſubdit. dico aũt uobiſ quia quicunq; dimittit. uxorem niſi ob fornicationem. ſupplendum eſt peccat. & facit contra legem Moyſi. tunc enim dimittenda. eſt ſi in peccato perſeueret: ne uir uideat̃ eſſe fautor malicie eiuſ & hoc eſt intelligendum quantum ad cohitationem & debiti redditionem: non tamẽ quantum ad uinculum. quod non ſoluitur niſi per mortem & propter hoc ſubdit̃. & aliam duxerit hoc eſt dictum. ſi dimiſſa uxore: propter fornicationem. aliam duxerit: mechat̃. quia remanet adhuc uinculũ matrimonii cũ prima: & ſic patet q̃ littera huiuſ uerſuſ p̃ dicti

defectiua est. & sunt ea que predicta sunt interponendū ad habendū sensū pfectum. Sicut contingit in pluribus locis sacre scripture. & que dimissam: a uiro primo ꝓpter fornicationem. duxerit accipiens eam in matrimonium mechatur: quia remanet adhuc uinculum illius dimisse cum uiro priori. & de hoc uerbo patet intellectus littere immediate precedentis que defectiua est. quia eadē ratione qua uxore dimissa ꝓpter fornicationē non pōt duci ab altero uiro. Sic nec uir eam dimittens potest ducere alteram: quia equaliter manet uinculum matrimonii ex utraq; parte. Dicunt et discipuli posito eo quod est necessitas in uirtute continentie. consequenter ponitur illud quod est super erogationis: & consilii: uidelicet continētia ab omni actu uenereo. discipuli enim audientes ꝙ uinculum matrimonii est indissolubile dixerunt si ita est causa hominis cum uxore ꝙ non possit eam dimittere nisi modo predicto. non expedit nubere: ac si dicant melius est simpliciter continere: & hoc duplici de causa. Primo quia ex indissibilitate matrimonii possunt multa grauia sequi. quia si uxor incurrat lepram: uel aliquam infirmitatem horribile: oportet tamen illi debitum reddere. Secunda causa est: quia maius meritum est continere simpliciter: q̄ coniugalis continentia. Vnde supra dictum est. xiii. ca. ꝙ continentia uirginalis habet fructum centesimum. indulis sexagesimum. & coniugalis triceſimum. & ad istum intellectum. Respōdet Saluator consequenter. non omnes capiunt istud uerbum: quia altus est status: ad quem infirmi nō possunt ascendere. sed quibus datum est: scilicet a deo ex speciali munere quia secundū qđ scribit Sapien. viii. Nemo potest esse continēs nisi deus det. Sed quia non omnis continentia est laudabilis immo consequenter ostendit que sit laudabilis: & que non. dicens. Sunt Eunuchi qui de matris utero sic nati sunt: quia continentia que est ex naturali frigiditate contracta a parentibus: uel priuatione membrorum genitalium. non est laudabilis nisi inquantum per uoluntatem acceptat̄. nec illa que est per uiolentiam sicut in illis quibus secantur genitalia. & hoc est quod dicit. & sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Sed illa continentia que est per uoluntatem reprimentē concupiscentiam ab actu uenereo: illa proprie est laudabilis. & hoc est quod dicit. & sunt Enuchi qui castrauit seipsos: non per membrorum abscisione: sed per cōcupiscētie repressionem. propter regnum celorum: id est ut liberius continens uacet contemplationi diuine: quia sicut scribitur. 1. Corinth. vii. qui autem sine uxore est sollicitus est que domini sunt: & cogitat quomodo placeat deo. qui autem cum uxore est sollicitus est que sunt mundi: quomodo placeat uxori. & diuisus est. Sed quia talis status altus est: nec possunt omnes ad ipsum attingere: sed solum perfecti: ideo subditur. qui pōt capere capiat: q. d. tantum bonum non est necessitatis: sed super erogationis. Tunc oblati sunt: Hic consequenter docet humilitatis obedientiam: per hoc ꝙ paruulos sibi oblatos dulciter suscepit manus illis imponendo: & pro eis orando: Vere autem obedientes illi sunt uere paruuli: & hoc est quod dicit. tunc oblati sunt ei paruuli ex deuotione scilicet offerentium: ut manus imponeret eis. scilicet benedicendo. & oraret pro eis. discipuli eius increpabant eos: timentes ne importunitas offerentiū offenderet magistrum. Iesus uero ait: suis discipulis. sinite paruulos uenire ad me: qa isti sunt figura uere humilium & obedientium. quorum familiaritatē ego uolo. sequit̄. talium est enim regnum celorum: sicut dictum est ca. precedenti. nullus potest intrare regnum celorū nisi fuerit paruulus & humilis. Et ecce unus accedens: hic consequenter docet paupertatem uoluntariam. & diuidit̄ in duas partes. quia primo docet id quod est necessitatis Secundo id qđ est super erogationis ibi. dixit adolescens: In prima ergo parte ponit̄ cuiusdam uolentis ascendere perfectionis interrogatio dicentis. Magister bone quid

bonī faciam ut habeam uitam eternam. Ieſus autem reſpondit ei: Primo quantum ad eius cogitationem: quia iſta cogitabat Ieſum eſſe purum hominem: licet crederet eum eſſe ſanctum: bonum doctorem: & ideo quaſi reſpondens eius cogitationi dicit ei: quid me interrogas de bono: q.d. ex quo me credis purum hominem non debes me uocare bonum: cuius cauſa ſubdit. nemo bonus niſi ſolus deus. hoc eſt dictum. Deus eſt ſolus bonus per eſſentiam: & nullus alius. conſequenter reſpondet eius interrogationi dicēs. Si autem uis ad uitam ingredi: ſerua mandata. q.d. hoc ſufficit ad ſalutem q̄ ampliꝰ non eſt neceſſitatis ſed ſup erogationis. dicit illi. ſcilicet adoleſcens que ſcilicet ſunt illa mandata quorum obſeruantia eſt neceſſaria ad ſalutem. Ieſus autem dixit non homicidium faciēs. hoc eſt preceptum decalogi per quod prohibetur nocumentum pximi in perſona propria. non adulterabis: per hoc prohibetur nocumentū in perſona ſibi coniuncta non faciēs furtū: per hoc prohibet nocumentū pximi in re poſſeſſa. non falſum teſtimonium dices. per hoc prohibetur nocumentum proximi in fama. honora patrem tuum: & matrem: per hoc preceptum affirmatiuum: intelligitur omne beneficium proximo reddendum: quia nomine patris & matris intelligitur omnis proximus. & hoc eſt quod ſubditur: & diliges proximum tuum etc. quia obſeruantia mandatorū non eſt meritoria uite eterne niſi fiat ex caritate. Aduertendum q̄ licet ponantur hic ſolūmodo precepta ſuper tabule que ordinant hominem ad proximum. intelliguntur tamen cum hoc precepta prime tabule ordinantia hominem ad deum. quia homo magis tenetur deo: q̄m proximo. & ideo ſi obſeruantia mandatorū prime tabule per predictam etiam oſtendit Saluator q̄ obſeruantia preceptorum cerimonialium & iudicialiū nō erat ampliꝰ neceſſaria ad ſalutē. Dixit illi adoleſcēs. Hic conſequēter oſtendit quid ſit ſuper erogationis ſcilicet abiectio omnium temporaliū per paupertatem uoluntariam. & diuiditur in duas partes. quia primo docet paupertatis uoluntarie meritū Secundo ut eam alliciat oſtendit eius premium ibi. Tunc reſpondens Petrus: Prima in duas quia primo docet paupertatis uoluntarie meritum: Secundo quid ſit huius perfectionis retardatiuū ibi. Cum audiſſet autem adoleſcens: Circa primum aduertendū q̄ adoleſcens iſte uolebat ad ſtatum perfectionis aſcendere: ideo dixit. omnia hec cuſtodiui: mandata implendo. quid adhuc mihi adeſt: ad perfectionē uite. Hieronymus autem dicit q̄ iſte iuuenis mendaciter & ficte loquebatur q̄ probat per hoc q̄ ſubdit poſtea. cum audiſſet uerbum abiit triſtis: q̄ non feciſſet ſi ex deuotione ad Xpriſtū acceſſiſſet. Sed Beda & alii alii expoſitores dicūt contrarium: uidelicet q̄ ſimplici aīo uenit ad Xpriſtum petens de ſalute eterna. & q̄ uerum dixit ſe obſeruaſſe mandata: quod probatur per hoc quod dicitur Mar. x. Ieſus autem intuitus eum dilexit: quod non eſſet uerum ſi ueniſſet fictus: q̄ autem arguit Hieronymus contrarum ex hoc q̄ ſequit: abiit triſtis: non eſt contra iſta qa aliquis potens eſt ſtatū inferiorem ſeruare q̄ tamen non eſt potens ſtatum altiorem aſcendere. ait illi Ieſus. Si uis perfectus eſſe: id eſt aſcendere ad ſtatum perfectionis: ſupra communem ſtatum ſaluti neceſſarium. Vade contemnendo omnia temporalia: & uende que habes: & da pauperibus: ꝓpter deum: quia abiicere temporalia propter oſtentationem non eſt meritoriū: ſicut aliqui Philoſophi fecerunt. & habebis thеſaurum in celo: hoc non dicitur quia paupertas ſit maior uirtus q̄ continentia: ut obedientia: ſed dicitur per quandā correſpondentiā qa thеſaurus celeſtis: ſic reſpondet uoluntarie paupertati ſicut exaltatio humiliationi. Sicut dictum eſt capitulo precedenti Sequit̄. & ueni ſequere me. quia in ſequela Xp̄i per opera caritatis conſiſtit perfectio principaliter. a paupertate autem uoluntaria conſiſtit inchoatiue per modum remouentis probibens & diſponentis quia ꝑ hoc auferēt

cura temporalium que impedit animum a dilectione dei:& disponitur animus ad libere deo uacandum. Cum audisset autem: Hic consequenter ostenditur quid sit huius p/ fectionis impedimentum uidelicet nimia dilectio terrenarum possessionum: & hoc est quod dicitur: cum audisset adolescens: uerbum scilicet Xpristi de perfectione pauper/ tatis uoluntarie abiit tristis: quia nimis amabat possessiones terrenas. & ideo nó poterat ad perfectionem uoluntarie paupertatis ascendere. consequenter ostendit quomodo diuitie faciunt facultatem in attingendo perfectionem dicens. amen dico uobis quia diues difficile intrabit in regnum celorũ: non dixit impossibile sed difficile est diuitias possidere: & non teneri nimis amore earum. quia secundum quod dicit Augustinus in epta. ad Paulinum. bona terrena diliguntur arctius adepta q̃m concupita. aliud enim est nolle incorporare que desunt: aliud est incorporata diuellere. illa enim uelut ex/ tranea iam repudiantur: ista uelut membra prescinduntur. Et Crisostimus sup Mat. appositio diuitiarum maiorem apponit flammam: & uehementior fit cupido: & quia cupiditas est uenenum caritatis: ideo possessio diuitiarum: reddit hominem difficilem ad perfectionem atquirendam: non tamen facit impossibilem. quia Abrahã fuit diues ualde ut habetur Genesis. xiii. & tamen fuit perfectus ut habetur. Gen̄. xvii. ideo dicitur Ecclesiastici. xxxi. beatus uir diues qui inuentus est sine macula etc. & quis est hoc & laudabimus eum. q. d. uix & cum difficultate inuenitur. Consequenter ostendit qualiter diuitie faciunt possibilitatem ad perfectionem & ad regnum celorum conse/ quendum. quando scilicet homo cõstituit finẽ in diuitiis. & hoc est qđ dicit. facilius est camelũ per foramen acus transire q̃m diuitem intrare in regnũ celorũ . Primum est impossibile ut patet manifeste: ergo & secundum. Quod autem loquatur de diuite cõ/ stituente finem in diuitiis patet per illud quod habetur. Mar. x. ubi dicitur q̃ difficile confidentes in pecuniis intrabunt etc. & sequitur ibidem facilius est camelũ etc. ex quo patet illud quod dicit diuitem impossibile intrare in regnum dei: intelligiẽ non de quo/ cunq; diuite sed diuite confidente in diuitiis & in ipsis finem constituente. auditis autẽ his. discipuli ãmirabantur: quia talem perfectionem paupertatis uoluntarie & aliarum uirtutum nullus alius docuerat Antixp̃m. Sequitur. quis poterit ergo saluus esse? ad quod respõdens. dixit apud homines hoc impossibile est: quia homo non potest ad hoc attingere ex uirtute propria: sed solum ex diuina gratia quod habetur ad Ro. viii. gratia dei uita eterna. & per hoc excluditur error Pelagii qui posuit hominem ex sola libertate arbitrii posse mereri. & quia licet meritum uite eterne non possit ex uirtute nature haberi potest tamen esse ex uirtute gratie diuine. ideo sequitur: apud deum omnia possibilia sunt: aliter autem exponit ab aliquibus illud facilius est camelũ per foramen etc. dicentibus q̃ quedam porta erat in Hierusalem que uocabat porta acus per quam non poterant cameli transire: nisi prius de posito onere. Sic nec diues intrare potest regnum nisi deposita sarcina terrenorum. Sed quia hic de scriptura au/ tentica non habet autoritatem ideo eadem facilitatate contemnitur qua probatur. nó enim inuenitur scriptum in aliqua scriptura autentica q̃ in Hierusalem fuerit aliqua porta sic nominata. & ideo prior expositio melior uidetur. Tunc respondens Petrus. Hic consequenter ostendit uoluntarie paupertatis premium: & premittitur interro/ gatio Petri. ecce nos reliquimus omnia. licet autem Petrus esset pauper tamen asserit confidenter se reliquisse omnia. quia licet esset pauper in actu tamen habebat multa in potentia. & quia per paupertatem uoluntariam non solũmodo relinquũt possessa in actu: sed etiam possibilitas atquirendi & possidendi: & ista possibilitas aliquo modo se extendit ad omnia: ideo conuenienter Petrus dixit sese reliquisse omnia. quid ergo

erit nobis? in p̄mio retributionis pro tali uolũtaria paupertate: Consequenter ponit̄ responsio Xpristi. Amen: id est fideliter. dico uobis qa uos qui secuti estis me: dimissis omnibus terrenis in regeneratione: id est in iudicio tempore resurrectionis mortuorũ que quidem resurrectio dicitur regeneratio: quia finatur adesse secundario acceptũ. Cum sederit filius hominis: quia sicut in forma hominis fuit iudicatus coram Pilato: ita in forma humana iudicabit: sicut dicitur Actu. 1. hic Iesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet ad iudicium scilicet quia sicut in humanitate ascendit: ita in humanitate descendet ad iudicium. quia tunc apparebit in forma humanitatis gloriosa. ideo subditur. in sede maiestatis sue: in primo enim aduentu sedit in sede humilitatis sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes etc. Aduertendum q̄ iudicare accipitur tripliciter. Vno modo principaliter sicut iudex qui profert sententiam: & hoc modo solus Xpristus iudicabit. Alio modo pro sedere in loco eminenti iuxta iudicem sicut assessores iudicis. & hoc modo Apostoli & alii perfecti cum Xpristo iudicabũt. Tertio modo accipit̄ large: scilicet sententiã iudicis approbare: & hoc modo omnes electi iudicabunt: quia sententiam iudicis approbabunt. Considerandum etiam q̄ licet iudiciaria potestas: que competit alicui per modũ accessoris conueniat Apostolis & uiris perfectis: ratione sue perfectionis super alios eminentis: tamen magis attribuitur uoluntarie paupertati: q̄m alius uirtutibus. & hoc per quandam correspondentiam sicut supra dictum est: q̄ exaltatio correspondet humilitati. sicut iudiciaria potestas paupertati. pauperes in hoc mundo conculcantur & peruerse iudicantur. quia etiam eorũ bona in malum interpretantur ideo econtrario. eminentia sedis iudiciarie competet eis in regeneratione. & omnis qui reliquerit domum uel fratres etc. non est sic intelligendum ut aliqui dixerunt: q̄ post aliquam reuolutionem temporum post iudicium centuplum omnium que hic dimittuntur propter deum reddatur in eadem specie ut centũ agri pro uno agro dimisso. sed est sensus: q̄ qui corporalia pro Xpristo dimisit spiritualia bona recipiet. hic in presenti que ita excedunt bona temporalia: sicut cẽnarius numerus binitatem. & uitam eternam possidebit. in futuro scilicet propter quod concludit̄ in fine. multi autẽ erũt nouissimi primi etc. quia illi sunt hic p̄mi ī bonore alios iudicantes iniuste: qui tunc erunt nouissimi & inferiores & iudicio aliorum subiecti. & econtrario uoluntarie pauperes qui sunt hic nouissimi: in iudicio futuro erunt primi quia sicut dictum est erunt iudicis assessores.

.XX.

Simile est regnum celorum: Hic consequenter Saluator docet uirtutes prelatorũ In prelatis autem pre ceteris uirtutibus debent esse quattuor scilicet feruor ad continue laborãdum in agro dominico. uigor ad se martyrio exponendũ pro grege sibi commisso. Humilitatis tenor etiã: in statu alto. pietatis dulcor continue subditis benefaciendo. Primum tangitur in prima parte capitali. secundum ibi. & ascendens Iesus Ierosolimam: tertium. tunc accessit ad eum: quartum. & egredientibus illis: ab hiericho. primum autem ostenditur in parabola illorum qui uocati sunt ad opandum in uinea a mane usq; ad uesperam. ex quo patet q̄ Prelati debent continue laborare per doctrinã in ecclesia debent etiam operari ibidem sine inuidia & mutua emulatiõe q̄ patet per hoc q̄ laborantes murmurantes hic reprehendunt̄. propter quod Numeri xx. dicitur q̄ cum Iosue deberet Moysi ut prohiberet Oldad & Modad ꝓphetãtes in castris: Moyses redarguit ipsum dicens. quid emularis pro me quis tribuat ut omnis populus prophetet: & det dominus eis spiritum suum: igitur circa hoc duo tanguntur: Primum est uocatio ad laboris exercitium. sed ad recipiendum premium: ibi. Cum sero factum esset: circa primũ igitur dicitur. Simile est regnum celorũ: id est status ecclesie

militantis homini paterfamilias. iste est deus pater qui ita gubernat totum mundum: sicut paterfamilias subditos in domo. qui exit primo mane conducere operarios in uineam suam: iste exitus non est per loci mutationem: sed per sue bonitatis diffusionem in creatura subiecta uinea ista est uniuersalis ecclesia que a primo iusto colligitur usq; ad ultimum: qui in fine mundi nasciturus est: ut dicit Gregorius. operarii autem: sūt doctores & Prelati a deo missi ad culturam huius uinee: per predicationē & doctrinā primo ergo mane: deus pater operarios conduxit. quia a principio mūdi usq; ad Noe aliquos sanctos patres ad eruditionem hominum misit uidelicet Adam. Seth. & Enoch & alios iustos. conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno etc. conuē/tio ista est promissio uite eterne pro labore: que quidem uita eterna dicitur denarius diurnus qui est equalis omnibus. quia uita eterna erit equalis omnibus a parte finis. & egressus circa horam tertiam etc. hora tertia intelligitur mundi discursus a tempore Noe usq; ad Abraham in quo aliqui sancti ad eruditionem aliorum missi sūt a deo ut Noe. Sem. Eber. Thare. & Abraham. & consimiles. Iterum autem exiit circa sextā horam. & nonam: hora sexta fuit ab Abraham usq; ad Moysen. in qua missi sunt Abrabam Isaac & Iacob & .xii: Patriarche. Hora nona usq; ad Xpristum uidelicet tpe legis: in quo ad eruditionem populi missi sunt Moyses & Aaron. Iosue. Iudices. Reges: & Prophete & Sacerdotes. Circa undecimam uero exiit etc. xi. hora intelligiē a tempore Xpristi usq; ad finem mundi: in quo gentiles uocati sunt per p̄dicationem Apostolorum & aliorum ecclesie doctorum: & propter hoc dicitur hic. quid hic statis tota die ociosi: quia a principio mundi usq; tunc laborare in bonis moribus neglexerant quasi tota die ociosi stabant. dicunt ei domine: nemo nos conduxit id est nullus Prophetа nullus doctor ad nos instruendum uenit. quia lex & Prophete filius Israel dati fuerant ut illi speciali sanctitate fulgerent: ex quibus Xpristus secundum carnem erat nasciturus. Ite & uos in uineam meam: Interponitur hic coniunctio copulatiua quia gentiles Iudeis adiuncti sunt: ut una ecclesia ex ambobus fieret. Cum sero autē factum esset. Hic describitur uocatio ad recipiendum premium. sero ab aliquibus hic finis mundi: in quo uocabuntur iusti ad receptionem premii ut habetur etiam. xxv. capitulo. Venite benedicti patris mei etc. sed illud quod sequitur uidetur cōtradicere q̄ aliqui accipientes premium murmurabant aduersus patremfamilias. quia nullus in fine mundi premium eternum recepturus murmurabit contra deum. Sed erit suo premio contentus. ad quod respondet beatus Gregorius q̄ ista murmuratio non est aliud q̄m dilatio premii: quod sustinuerunt patres sancti in Lymbo: usq; ad passionē Xp̄i Sed hec responsio non uidetur conueniens: quia murmurationes dicuntur hic nequaq̄ quod non potest dici de sanctis patribus in Lymbo existentibus: & in fine parabole concluditur. multi sunt uocati pauci uero electi: ex quo patet q̄ ista parabola se solā extendit ad electos: cuiusmodi sunt illi qui in fine mundi recipient premium. & ideo dicendum q̄ sero hic accipitur pro tempore gratie: quod incepit a Xpristo. Vnde dicitur Iohannis primo capitulo. gratia & ueritas per Iesum Xpristum facta est. & ideo cum dicatur. cum sero factum esset: id est cum tempus gratie aduenisset. dicit dominus uinee: id est deus pater. procuratori suo: id est homini Xpristo qui missus est ad procurationem salutis humane. uoca operarios & redde illis mercedem. illa merces bene intelligitur gratia: quia est quedam incohatio glorie. cum gloria non sit aliud q̄ gratia consūmata. Incipiens a nouissimis: quia in primitiua Ecclesia gratia Xp̄i data est gentilibus: qui ultimo uenerant ad fidem: Iudeis pro maiori parte in infidelitate remanentibus. cum uenissent ergo qui circa undecimā horam uenerant: id est gētiles

acceperunt singulos denarios: id est donum gratie que est quedam incohatio & arra glorie. uenientes autē primi: id est Iudei qui a principio legis date deo seruierant. arbitrati sunt q̄ plus essent accepturi: quia in primitiua ecclesia credebāt q̄ plus deberēt habere de Xpristi gratia: Vnde reputabant gentiles indignos gratia dei secundum quod dicitur Actu. x. ubi Petrus uidit linthеum submissum de celo: in quo erant animalia quadrupedia & serpentia & uolatilia immunda: secundum legem: & dictum est Petro. occide & manduca. in quo signabatur incorporatio gentilium intra ecclesiam per fidem & gratiam: sicut patet ex littera consequenti. quia a deo missus est Petrus ad p̄dicandum Cornelio Centurioni & aliis gentilibus. propter quod Petrus abbominationem habens de manducatione immundorum secundum legem: in quo signabatur ut dictum est uocatio gentilium ad fidem dictum est sibi a deo: quod deus purificauit: tu ne commune dixeris etc. & etiam eodem capitulo. dixit Petrus Cornelio & amicis suis: uos scitis quomodo abbominatum sit uiro Iudeo coniungi aut accedere ad alienigenā. Sed mihi ostendit deus neminem communem aut immundum dicere hominem: acceperunt autem & ipsi singulos denarios id est consimilem gratiam sicut & gentiles & non maiorem. unde Actu. x. dicit̄ q̄ predicante Petro cecidit spiritus sanctus super om̄es qui audiebant uerbum. uidelicet super Cornelium & amicos eius: quia ut ibidem dicit̄ receperunt spiritum sanctum in signo uisibili. & donum linguarum sicut acceperant Apostoli & alii qui discipuli erant Iudei in die Penthecostes. & murmurabant aduersus patremfamilias: dicentes. hi nouissimi etc. quia ad litteram in primitiua Ecclesia cōuersi Iudei murmurauerunt dei hoc q̄ consimilis gratia fiebat gentilibus sicut & ipsis Vnde Actuū. xi. dicitur. q̄ cum Petrus rediisset in Hierusalē Baptizato Cornelio & amicis eius: disceptabant aduersus illum: qui erant ex circūcisione: dicentes: quare communicasti cum illis qui habent preputium & manducasti cum illis? & ibidem. vi. cap. dicitur in diebus illis crescente numero discipulorum factum est murmur grecorum aduersus Hebreos: eo q̄ despicerent̄ in ministerio cotidiano uidue eorum. At ille respondens. per diuinam reuelationem Apostolis factam. uni eorum dixit: sicut autem aliquando accipitur numerus indeterminatus pro determinato. ita etiam sumitur aliqñ unitas pro numero: sicut supra dictum est. q̄ Petrus loquebatur pro omnibus Apostolis. ita similiter q̄ hic dicitur. uni. intelligitur esse dictum multitudini eorum. qui de gratia data gentilibus murmurabant: seu admirabantur. & hoc factum est Actu. xi. ubi Petrus rationem reddidit Iudeis murmurantibus de hoc q̄ baptizauerat Cornelium dicens q̄ ex diuina reuelatione fecerat: & quia uiderat spiritum sanctum descendētem super gentiles sicut super Iudeos: ut habetur ibidem. Sequitur. amice non facio tibi iniuriam. quia iniuria: non habet locum ubi est mera gratia: & ideo si det gratiam cuicunq̄ uoluerit non facit alicui iniuriam nonne ex denario conueniisti mecum? quia ad hoc aliquis uenit ad fidem: ut habeat gratiam in presenti & gloriā in futuro. tolle q̄ tuum est & uade: id est gratiam quam meruisti credendo legi & Propbetis de Xpristo quia licet prima gratia non cadat sub merito: augmentum tamen gratie cadit sub merito: quod quidem augmentum datum est Iudeis credentibus in Xpristum. uolo aūt huic nouissimo etc. id est gentili uocato immediate ab Idolatria sicut Iudeo uocato a legis obseruantia. An non licet mihi q̄ uolo facere: quasi diceret sic. quia dei uoluntas nullo modo potest esse distorta. an oculus tuus nequam est: quia talis iuidia in Iudeum procedebat ex humano defectu. quia ego bonus sum. per essentiam: & ideo nō possum male agere. Sic erunt nouissimi primi: quia gentiles qui a Iudeis erant quasi uiles reputati: sunt conuersi deuote ad fidē Xpristi. & primi nouissimi. quia Iudei qui

fuerant populuſ peculiariſ ipſiuſ dei: per infidelitatem ſunt ab eo derecti & hoc eſt qđ ſubdit: multi enim ſunt uocati: ad fidem Xpriſti per legem & Prophetaſ. pauci uero electi: quia pauci de Iudeis comparatiue crediderunt in Xpriſtum. & de credentibuſ multi reuerſi ſunt ab eccleſia & adhuc reuertũtur ad uomitum. Moraliter aũt poteſt exponi parabola iſta de uocatiſ ad gratiam ſecundum diuerſaſ etateſ. ita ꝙ hora ꝑma ſignificat puericiam. hora tertia iuuentutem: quia ſicut tunc ſol incipit aſcendere: & calorem oſtendere: ſic in iuuentute calor naturaliſ in homine. hora ſexta etatem uiri/lem: quia tunc homo eſt in ſtatu pfecto ſicut ſol in celi medio. Hora nona ſenectu/tem. in qua calor naturaliſ incipit refrigeſcere. Vndecima uero ſignificat etatem de/crepitam ſenum: quia tunc homo eſt prope mortiſ occaſum. Vocantur ergo operarii omnibuſ iſtiſ horiſ: quia aliqui uocantur ad fidem per gratiam operantem in puericia alii in iuuentute: & ſic de aliiſ etatibuſ: & omneſ habent denariũ diurnum. quia quã/tumcunq; homo tarde uocetur ad gratiam: dum tamen perſeueret in ea. habet gloriã ęternam. contingit etiam quandoq; ꝙ ille qui uocatur in ſenectute conſequitur. tantã gratiam. & gloriam: a deo: ſicut ille qui in iuuentute uocatur: cum ex diuina liberali/tate: tamen ex ipſiuſ uocati feruenti uoluntate & operatione. Et aſcendenſ Ieſuſ: Hic Saluator oſtendit ꝙ in Prelatiſ debet eſſe uigor ad tolerandum martyrium: ſi neceſſe ſit pro grege ſibi cõmiſſio. & hoc docet per exemplum ſui qui uoluntarie uenit in Hieruſalem ad ſuſtinendum mortem pro ſalute mundi. Vnde beatuſ Gregoriuſ exponenſ illud Io. x. ego ſum paſtor bonuſ: & animam meam pono pro ouibuſ meiſ. dicit de ſe & aliiſ Prelatiſ. In hoc oſtenſa eſt nobiſ uia. q̃m ſequamur: & hoc eſt qđ dicit hic. & aſcendenſ Ieſuſ Ieroſolimam. que reſpectu totiuſ terre promiſſionis eſt in alto ſita. & propter hoc uenienteſ illuc ab aliiſ partibuſ: ibant aſcendendo. aſſump/ſit. xii. diſcipuloſ ſuoſ ſecreto: & hoc duplici de cauſa. Vna eſt quia ſecretum miſterii ſue paſſionis futurum uolebat Apoſtoliſ communiter non aliiſ reuelare: ne uidenteſ eum poſtea mori ignominioſe ſcandalizentur. Secunda eſt quia ſecreta miſteria ſunt tantum maioribuſ reuelanda: & detegenda cuiuſmodi erant Apoſtoli Sequitur. filiuſ hominiſ tradetur Principibuſ Sacerdotum & Scribiſ: id eſt legiſ peritiſ. quia eiſ per Iudam fuit traditus & uenditus. & condemnabunt eum morte: quia ipſi iudicauerunt eum eſſe reum mortiſ: licet non haberent poteſtatem interficiendi. quia iudiciũ ſang/uiniſ erat eiſ ablatum a Romaniſ: qui dominabantur eiſ. ideo ſequitur & tradent eum gentibuſ: uidelicet Pylato Preſidi & ſuiſ militibuſ ad perficiendum illud quod non poterant uidelicet Xpriſti mortem. & hoc eſt quod ſubditur. ad deludendum & fla/gellandum. & crucifigendum: Iſta enim tria inflicta ſunt Xpriſto per ordinem: ut uidebitur infra. tertia die reſurget: hoc autem ſubdit Xpriſtuſ ne Apoſtoli eiuſ mor/te audita abſorberentur pre triſtitia. Tunc acceſſit: hic oſtendit tertio ꝙ in prelatiſ debet eſſe tenor humilitatiſ: quia non debent appetere preeſſe. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo ponitur huiuſ documenti occaſio. Secundo ſubnititur humilitatiſ inſtructio ibi. Ieſuſ autem uocauit eoſ. Circa primum aduertendum: ꝙ Iudei eſtima/bant Xpriſtum per Prophetaſ promiſſum regnaturum temporaliter in Hieruſalem quia ſcripturaſ de regno Xpriſti carnaliter intelligebant: & ideo regnum ablatum eiſ per Romanoſ: credebãt ſibi reſtituendum per Xpriſtum. propter quod Apoſtoli dicebant Xpriſto Actu. i. domine ſi in tempore hoc reſtitueſ regnum Iſrael. & hoc modo Iacobuſ & Iohanneſ filii Zebedei & mater eorum audienteſ Xpriſtum poſt mortem tertia die reſurrecturum crediderunt ipſum immediate poſt reſurrectionem regnaturum in Hieruſalem temporaliter. & ideo cupiẽteſ ei eſſe collateraleſ p̃ ceteriſ

quia erant eius cognati germani informauerunt matrem suam de petitione sequenti. & hoc est quod dicitur hic. tūc: audita resurrectione Xpristi futura. accessit ad eum id est ad Xpristum. mater filiorum Zebedei cum filiis suis: conscius de petitione matris adorans & petens aliquid ab eo: non pecut primo in speciali & determinate. Sed tantū in generali. ut concessione facta in generali primo minus postea possit sibi denegari in speciali. hoc patet Marci. x. qui dixit ei quid uis: non petit ut inscius sed ut petitio sua postea conuenientius ostendatur irrationabilis. ait illi. dic ut sedeant hi duo filii mei etc. id est sint tibi collaterales & maiores. in regno tuo: post te. quod quidem regnum credebant temporale: ut dictum est. nec est mirum si talia Apostoli credebant & appetebant: qui adhuc carnales erant & non dum illuminati perfecte nec confirmati per gratiam spiritus sancti. Respondens autem Iesus dixit. nescitis quid petatis: Respondet filius: & non matri: quia sciebat ipsam esse missam a filio. & informatam de petitione facienda pro eis. potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum: id est sustinere mortem ignominiosam & crudelem quam ego passurus sum & per quam debeo uenire ad regnum: non temporale ut creditis: sed eternum. Dicūt ei possumus: loquūtur sicut inexperti proprie fragilitatis: q̄ patuit per effectum: quia in passione Christi fugerunt pre timore mortis. ait illis calicem quidem meum bibetis. quia Iacobus propter Xpristum ab Herode occisus est: ut habetur Actuū duodecimo. & Iohannes in dolium feruentis olei propter Xpristum missus est: & sic patet q̄ habuit promptam uoluntatē moriēdi ꝓpter Xpristū. fuit etiā missus in exiliū ꝓpter ip̄m exiliū aūt quedā mors ciuilis est. Sedere autē ad dexteram in. uel sinistram. non est meum dare uobis: in illo supple statu in quo estis: id est non dum humilitatis & adhuc carnalibus. Sed quibus paratum est a patre meo: id est uere humilibus & spiritualia sapientibus. & audientes decem: scilicet alii Apostoli indignati sunt de duobus fratribus ad humanum passi: quia adhuc erant carnales sicut & illi & ideo indignati sunt q̄ excellentiam sup alios habere uoluerunt. Iesus autem: Hic consequenter instruit discipulos suos de humilitate ex prebabita occasione: ut ambitionem Iacobi & Iohannis reprimeret: & indignationem aliorum sedaret. & ait scitis: quia Principes. gentium: quasi diceret. maioritas in regno meo non eodem modo atquiritur sicut in regno terreno. quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & potestatem. Sed in regno meo contrario modo atquiritur. uidelicet per humilitatem: propter quod dicit. quicunq; uoluerit inter uos maior fieri: sit uester minister: id est se exerceat in obsequiis humilitatis. & quia in moralibus magis monent facta q̄m uerba: ideo inducit sui ipsius exemplum dicens. Sicut filius hominis non uenit ministrari: sed ministrare. Et egredientibus: hic consequenter ostendit Saluator q̄ in Prelatis debet esse pietatis dulcor ad continue benefaciendum subditis. quia Xpristus non solum in domo & in quiete existens. sed etiam in uia ambulans non cessabat populum docere: & infirmos curare. & hoc est qđ dicitur hic. & egredientibus illis: id est Xpristo & eius discipulis. ab Hiericho: nomē ciuitatis est que coram filiis Israel corruit: ut habetur in libro Iosue. sexto capitulo. Sed postea reedificata est. & secuta est eum turba multa: desiderantes audire doctrinam eius etiam in uia. & ecce duo ceci: Marcus dicit q̄ erat unus: non est hic contradictio. quia licet essent duo secundum ueritatem: ut dicit hic Matthеus: tamen unus erat famosior altero. uel importunius clamabat. & ideo de illo tm̄ facit Marcus mentionem. Sequitur. miserere nostri fili Dauid: uocauit eum filiū Dauid quia credebāt eum esse Xpristum per Prophetas promissum. & notum erat apud omnes Iudeos q̄

Xpristus nasciturus erat de semine Dauid: turba autem increpabant eos: quia per clamorem suum impediebant turbam ab audiendo Xpristi doctrinam. At illi magis clamabant etc. timentes ne ex increpatione aliorum impediretur auditio & exaudi/ tio petitionis ipsorum. & stetit Iesus: In hoc apparet eius clementia. quia non dedig/ natus est stare: & alloqui personas viles & paupereś. quid vultis etc? non petit quia ignoret eorum voluntates. Sed quia ad miraculorum operationem vult habere sal/ uandorum conformationē. ut ex hoc magis appareat euidentia miraculi. tetigit ocu/ los & confestim viderunt: id est subito ex quo apparet ꝙ illa illuminatio fuit miracu/ losa non naturalis: quia natura non operatur in instāti & secuti sunt eum fide. scilicet & moribus quia illi qui illuminati sunt a Xpristo corporaliter ab ipso illuminati sunt etiam mentaliter. quia totum hominem simul facit saluum: ut dicitur Iohannis. vii. totum hominem saluum feci in sabbato. .XXI.

ET cum appropinquasset. Postq̄m descripta est edificatio Ecclesie gentium in fide & moribus. Hic describitur reprobatio Synagoge Iudeorum. & hoc tri/ plici ratione. quia primo fuerunt contemptores diuine maiestatis. Secundo quia fue/ runt contradictores diuine veritatis. capitulo vicesimosecundo. Tertio quia fuerunt: quantum in se fuit depravatores seu confictores diuine bonitatis. vicesimotertio capi. Prima diuiditur in tres partes. quia primo ostenditur propositum signo celebri. Secū/ do facto potenti: ibi. Et intravit Iesus: tertio verbo rationabili. quid autem vobis videtur Prima in duas. quia primo ponitur veritatis adimpletio. Secundo Iudeorum contradictio ibi. Cum intrasset: Iterum prima in duas. quia ad propositum ostendi/ tur. per duplex celebre signum Xpristi. Secundum ponitur ibi. plurima autem tur/ ba. Circa primum aduertendum. ꝙ signum aduentus Xpristi in Hierusalem ad re/ demtionem populi fuerat predictum: & crebri fama divulgatum. Zacharie nono. videlicet ꝙ Xpristus venturus erat in Hierusalem in paupertate & humilitate sedens super asinam: & pupillum eius. & ideo legis periti. hoc videntes in ipso adimpletum ostenduntur contemptores sue maiestatis: quia non receperunt eum. sed magis tanq̄m deceptorem persecuti sunt. & hoc est quod dicitur hic. & cum appropinquassent Ie/ rosolimam: scilicet Iesus & discipuli eius: & venissent Bethphage. ad montem oliveti: mons oliveti est prope Hierusalem distans ab ea per unum miliare. quia dicit. Act. primo. ꝙ distat tantum ab ea pariter Sabbati. ꝙ continet mille passus qui faciunt unum miliare. Bethphage est quedam villa parua in descensu montis Oliveti versus Hierusalem: & erat villa sacerdotum. quia licet Sacerdotes non haberent hereditates ad excolendum: habebant tamen domos ad animalia nutriendum: & ad manendum tempore quo vacabant cultui diuino in Hierusalem. ex illo loco misit Iesus duos dis/ cipulos suos dicens. ite in castellum quod contra vos est. id est in Hierusalem. que erat clausa triplici muro cum propugnaculis & fortalicus: ad modum castri. ut habetur tercio Regum. & ideo dicitur Castellum. & statim invenietis asinam alligatā & pul/ lum cum ea. Ista asina erat communis pauperibus: non habentibus animalia. & qui operabatur in ea dabat sibi pabulum. & facto opere deducebat ad locum determina/ tum. ut alius indigens posset eam accipere. & pullus eius nutriebatur cum ea pro con/ simili opere. hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per Pro/ phetam. Zacharie. ix. dicite filie Syon etc. hoc est ciuitati Hierusalem que dicebat filia Syon. quia in monte Syon erat fortalicium illius ciuitatis. & protegebat ciuitas ab illa parte sicut filia a matre. Considerandum etiam ꝙ hic accipitur hic continens

pro contento ſcilicet ciuitaſ pro habitantibuſ in ciuitate. ecce Rex tuuſ etc: id eſt Xpriſtuſ quia hec autoritaſ a doctoribuſ hebreis exponitur ad litteram de Xpriſto ſedenſ ſuper aſinam & pullum filium ſubiugaliſ : non quia ſederit ſuper utrunq; ſimul. ſed ſucceſſiue.quia primo ſedit ſuper pullum:quia tamen non erat domituſ quia adhuc non fuerat applicatuſ humaniſ uſibuſ:ut habetur Marci undecimo.& Luce decimonono . ideo ſederit poſtea ſuper aſinam. Hoc autem factum eſt in figura. quia per pullum ſignificabatur populuſ gentiliſ:qui non fuerat ſubiectuſ iugo legiſ per aſinam uero populuſ Iudaicuſ qui laborauerat ſub lege. ad hoc autem uenie/bat Xpriſtuſ ut utrunq; populum ſubiugaret ſibi per fidem Catholicam. Plurima autem turba:Hic ponitur ſecundum ſignum quia per Zachariam fuerat dictum q̄ Xpriſto aduenıente ſuper aſinam:& pullum ciuitaſ Hieroſolima exultaret & leta/retur & hoc factum fuit tunc ut hic dicitur.& hoc patet in tribuſ. Primo quia dicit hic. Plurima autem turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia : & hoc fuit in ſignum exultationiſ & honoriſ: & ne aſina & pulluſ offenderent ad lapideſ. Secundo in eo q̄ dicitur alii cedebant. ramoſ de arboribuſ etc.uiridicaſ ramorū erat ſignum leticie & exultationiſ. Tertio in eo quod dicitur. clamabant dicenteſ oſanna filio Dauid: oſanna eſt uerbum Hebraicum compoſitum ex oſi quod eſt ſalua & ana quod eſt aduerbium optandi & ualet utinam: & dicitur oſanna remota ultima littera prime dictionſ: unde eſt ibi compoſitio ex corrupto & integro.& ideo oſanna tantum ua/let quantum utinam:uel obſecro ſalua.& de qua ſalute intelligatur ſubditur oſanna in excelſ:quia Xpriſtuſ uenıebat ad dandum ſalutem celeſtem & eternam. Et cum intraſſet: Hic ponitur Iudeorum indignatio.quia Principeſ Sacerdotum & maio/reſ indignabantur de reuerentia Xpriſto ex habita: & ideo dicitur.& commota eſt uniuerſa ciuitaſ.quia factum maiorum dicitur eſſe factum tociuſ ciuitatiſ.dicenſ.qſ eſt hic?quaſi dicat. ille non eſt taliſ ac tantuſ q̄ talia deberent ſibi exhiberi. populi autem id eſt ſimpliceſ & uulgareſ quaſi rationem de contrario reddenteſ dicebant. hic eſt.Ieſuſ prophetа a Nazareth galylee.& uocauit eum Prophetā.nō quēcūq; ſed illum qui dictuſ fuerat per Moyſen Prophetam.Deuterono.decimooctauo. & replicatur.Actuum.ſeptimo. Prophetam ſuſcitabit deuſ de fratribuſ ueſtriſ etc. & ideo merito debet honorari. Et intrauit: Hic ſecundo oſtenditur q̄ Iudei fuerūt contemptoreſ diuine mateſtatiſ in facto potenti. & diuiditur in duaſ. quia primo oſtenditur Xpriſti diuinitaſ ex duplici facto. Secundo ſubiungitur Iudeorum im/pugnatio ibi:uidenteſ autem Principeſ. Prima in duaſ: ſecundum duplex factum Xpriſto oſtenſum. Secundum ponitur ibi. & acceſſerunt ad eum. Ad euidentiam primi conſiderandum q̄ Principeſ Sacerdotum:qui erant auari per aſtuciaſ ſuaſ di/uerſaſ conabantur excoriare populum . igitur quia de longinquiſ partibuſ aliqui uenıebāt in Hieruſalem cauſa deuotioniſ: qa nō erat eiſ licitū alibi ſacrificiū offer/re: & non poterant ex tam longinquo animalia adducere : & ideo Sacerdoteſ ſta/tuerant aliquoſ in templo de ſua familia: qui uendebāt in atriſ templi:illa que po/terant in templo offerre : ne uenıenteſ alonge haberent excuſationem ceſſandi ab oblationibuſ.ſimiliter quia aliqui uenıebant ad templum qui non habebant pecuniā unde poſſent animalia offerenda emere:ideo Sacerdoteſ ſtatuerant ibi nūmulariоſ qui ſub certa cautione peccuniam traderent:ut ſicut nulluſ excuſaretur quin poſſet ſacrificium offerre. Licet enim pro illa accomodatione peccunie non reciperent

peccuniam ultra ſortem: recipiebant tamen aliqua munera uel extrema: & ſic patet q̄ peccabant ex facto: q̄ erat illicitum ſcilicet aliquid recipere ultra ſortem quantumcunq; modicam. & ex loco quia talia exercebant in locis orationi deputatis. & ideo Xpriſtus talia tanq̄m illicita de templo eiecit. & in hoc ſe dominū templi oſtēdat. & hoc eſt quod dicitur hic. & intrauit Ieſus in templum dei: templum autem aliquando accipitur proprie pro domo templi quod diuidebatur in duas partes. una pars uocabatur ſanctum: ubi erat altare Thimiamatis mensa. & candelabrum. alia pars erat ſanctum. ubi erat archa teſtamenti .& duo Cherubin: illam partem que dicebatur ſanctum intrabant cottidie Sacerdotes ad offerendum incenſum: & nulli alii. intra ſanctum ſanctorum. ſolus ſummus Pontifex intrabat & ſemel in anno. Aliquando autem accipitur templum large. quedam platea quadrata ante templū clauſa muro : & dicebatur atrium Sacerdotum. ubi ſub Diuo erat altare holocaustorum. & illud non ſolum intrabant Sacerdotes ſed etiam Leuite eos adiuuantes in excoriatione hoſtiarum. & ablutione & conſimilibus. uulgares autem homines illuc non intrabant . Sed ad oſtium illius atrii animalia uiua offerebant Sacerdotibus. Iſta autem duo loca non intrauit Xpriſtus: quia non erat Sacerdos. nec Leuita. Sed preter illa duo loca erunt adhuc duo alia loca ubi homines erant ſub Diuo in oratione: & in uno orabant uiri: in alio mulieres. & iſta atria nomine templi uocabantur. ſecundum quod ſcribitur Actuum tertio. Petrus & Iohānes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. & de hoc dicitur hic. & intrauit Ieſus in templum dei & eiciebat omnes uendentes etcetera. Sed queritur hic: quomodo non reſtiterunt ei. Dicendum q̄ ex oculis eius & facie exibat fulgor quidam terrens eos: ita q̄ non audebant reſiſtere ſicut in uoce ſua terruit eos qui ueniebant ad capiendum ſe. qui cum audiuerunt ipſum dicentem ego ſum. abierunt retroſum & cecidерunt in terram: ut habetur. Iohannis decimooctauo. In uoluntate enim Xpriſti erat oſtendere infirmitatem aſſumptam: & ſue diuinitatis uirtutem. Sequitur. & dixit eis ſcriptum eſt. Eſaie. quinquageſimoſexto. Domus mea domus orationis uocabitur: uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum: quia non curabant de cultu dei. Sed magis de excoriatione populi per aſtucias exquiſitas: ut uſum eſt: ſpelūca autem latronum dicitur eſſe locus ubi ſpolia que rapiunt congregantur: & hoc feceruntSacerdotes de templo ut uſum eſt. Et acceſſerunt: Hic ponitur ſecundum factum oſtenſiuum ſue diuinitatis in curatione infirmitatum incurabilium: quod non poteſt fieri niſi uirtute diuina. & hoc eſt quod dicitur. & acceſſerunt ad eum ceci. & claudi: a priuatione enim habitu non fit regreſſus per naturam. & ſanauit eos: uirtute propria. quod non poteſt facere uirtus creata. Videntes autem Principes: Hic conſequenter ponitur contra Xpriſtum Iudeorum indignatio : & diuiditur in duas partes. quia primo ex indignatione impugnant eius famam. & ſecundo eius doctrinam. ibi. Et cum ueniſſet in templum : Prima in duas. quia primo ponitur Iudeorum impugnatio. Secundo ponitur Xpriſti reſponſio. Ieſus autem dixit eis Circa primum ſciendum : q̄ ſicut frequenter dictum eſt. Principes Sacerdotum conceperant rancorem . & odium contra Xpriſtum . propter hoc quod manifeſte reprehendebat auariciam & alia eorum uicia. & ideo uidentes mirabilia que fecit: id eſt infirmos ſanando. & pueros clamantes in templo etc. ipſum ſcilicet eſſe uerum Xpriſtū. indignati ſunt: uerūtamē q̄a non audebāt miracula manifeſta impugnare:

ideo arguunt eum de applauſu populi q̃ ſuſtinebat circa ſe. & dixerũt ei. audiſ quid iſti dicunt: quaſi diceret ſi tu eſſes iuſtus & bonus tu non ſuſtineres talem applauſum populi. Ieſus autem dixit eis: Hic ponitur Xpriſti reſponſio. ubi Xpriſtus oſtendit eos iuſte reprobandos a deo & primo facto. Secundo euidenti ſigno: ibi. mane autem reuertens: In prima ergo parte dicitur ſic. Ieſus autem dixit eis. quaſi diceret bene ſcio quid iſti dicunt me Xpriſtũ me confitendo & ꝙ hic debeam ſuſtinere: patet quia hoc eſt ex diuina preordinatione ſecundum quod ſcribitur in Pſalmo ꝓpter quod ſubditur. nunq̃m legiſti quia ex ore infantium & lactẽtium perfeciſti laudem, quaſi diceret. Vos qui eſtis legis periti deberetis ſcire hanc ſcripturam: & per conſequens me non reprehendere. & relicti illis. tanquam excecatis per inuidiam: abiit foras extra ciuitatem: & in hoc ꝙ dimiſit eos corporaliter oſtendit facto eos eſſe dimittendos a deo ſpiritualiter. & hoc propter eorum cecitatem. Mane autem reuertens: Hic conſequenter oſtendit eos iuſte reprobandos a deo euidenti ſigno in hoc uidelicet ꝙ arborẽ fici habentem folia tantum maledixit. & per hoc oſtendit Sacerdotes illos eſſe maledictos a deo in quibus non erant opera ueritatis. Sed tantũ exterior apparentia ſanctitatis ſicut enim Prophete non ſolum uerbis ſed aliquãdo factis prophetabant. Sicut Eſaias iuit diſcalciatus in ſignum ꝙ populus ſic duceret̃ captiuus ita Xpriſtus maledixit ficui non propter maliciam arboris uel defectum eius: quia non erat tempus ficorum ut dicitur. Marci undecimo. Sed ad deſignandũ ꝙ Sacerdotes qui erant ſine fructu bonorum operum: eſſent maledicendi a deo: dicit igitur. mane autem reuertens in ciuitatem: id eſt in Hieruſalem. eſurit: iſta autem eſuries non fuit naturalis. quia in ſero precedenti comederat nec erat ad hoc hora comedendi: ſed ſicut maledictio arboris erat figuratiua: Sic iſta eſuries ſignificabat deſiderium Xpriſti de ſalute populi. & uidens arborem ficu unam ſecus uiam: per hoc autem ꝙ arbor iſta non erat in uia ſed extra ſignificabatur ꝙ Sacerdotes erant extra uiam iuſtitie. & uenit ad eam & nihil inuenit in ea niſi folia: quia Xp̃s in Sacerdotibus non inuenit fructum pietatis. Sed tantum apparentiam ſanctitatis & ait illi nunquam naſcatur ex te fructus: & continuo arefacta eſt. quia Sacerdotes ex maledictione dei fuerunt reprobati & humore fidei & deuotionis totaliter priuati. & uidentes diſcipuli mirati ſunt. de ſubita arboris ex ſiccatione. Reſpondens autem Ieſus dixit eis: Si habueritis fidem: ad miracula enim facienda requirit̃ fides: uel ſaltem ſignum fidei: quia etiam aliqui mali ad inuocationem Xpriſti legũntur feciſſe miracula: ut dictum eſt ſupra. ſeptimo capitulo. non ſolum de ficulnea facietis. ſed etiam ſi monti huic dix. tol. & iac. te in ma. fiet: Hoc eſt aliquid equale uel maius. licet enim Apoſtoli & diſcipuli Xpriſti non legantur tranſtuliſſe montes de loco ad locum: tamen leguntur maiora feciſſe. Sicut eſt ſuſcitare mortuos: & illuminare cecos: & conſimilia: que non poſſunt fieri niſi uirtute diuina. euerſio autem montium: & precipitatio eorum in mare. aliquando fit uirtute nature ſicut patet in terre motu. & omnia quecunq; pec. in oratione: dum tamen oratio ſit pro ſe ad ſalutem perſeuerans. credentes accipietis: quia omnis talis oratio ſemper exauditur: licet exauditio differatur aliquãdo. ut dictum eſt ſupra. ſeptimo. capitulo. Et cum uenisſet in templũ: Poſtq̃m Sacerdotes impũgnauerunt Xpriſti famam: & gloriã: hic impungnant eius doctrinam. & diuiditur in duas. quia primo ponitur eorum impugnatio. Secundo ponitur ipſius Xpriſti euaſio: ibi. Reſpondens dixit. dicat igit̃

cum uenisset in templum: id est in atrium templi ibi. conuenibant homines adorandū & uerbum dei audiendū: ut supra dictum est: & accesserunt ad eum docentem prin/cipes Sacerdotum & seniores: ex quo patet q̄ non uenerunt ex ignorantia: sed ex malicia dicentes: in qua potestate hoc facis: aliqui exponūt hoc de miraculis a Xp̄o factis: quasi dicerent tu non facis hoc uirtute diuina. Sed arte magica. Vnde supra dicebant duodecimo. capitulo. In Beelzebuch Principe demoniorum. Sed hoc non uidetur uerum quia illa die non legitur aliquod miraculum fecisse in templo. ideo intelligitur melius de actu docendi q̄ exercebat actualiter & hoc signatur cum dicit̄ q̄ uenerunt ad ipsum docentem. & ideo fecerunt de ipso duplicem questionem: ad terrendum eum: & capiēdum: prima fuit. In qua potestate hoc facis? id est qua au/toritate docet populum quia autoritatem docendi in templo habebant Sacerdotes & Legisdoctores ad hoc assignati a Principibus Sacerdotum: & non alii: Xpri/stus autem neutram autoritatem habebat. Secunda questio est. Quis dedit tibi: hanc potestatem: quia potestatem docendi non habebat a Sacerdotibus nec ab im/peratore cui erant subiecti. & sic a nullo uidebatur habere. sed magis sibi usurpare. Respondens autem Iesus etc: Hic ponitur Xpristi euasio. quia quasi retundens clauum clauo proposuit eis aliam questionem. per quam coacti sunt recedere absq; Xpristi responsione: questio autem ista fuerit. Baptismum Iohannis unde erat de deo: id est ex diuina ordinatione. an ex hominibus: id est ex humana fictione. At illi cogitabant intra se: uiam scilicet respondendi sed non habebant. propter quod sequitur. Si dixerimus e celo: ex diuina ordinatione. dicet nobis etc. scilicet quare non receperant Baptismum Iohannis. Sed magis spreuerant. Similiter & testimoniū Iohannis de Xpristo: quod ipsi audierant per nuncios ad Iohannem missos ut habe/tur Iohannis primo. Si autem dixerimus ex hominibus: hoc est ex humana fictiōe timemus turbam ne scilicet lapidet nos tanquam blasphemos. cuius ratio subdit̄. om/nes enim habebant: id est reputabant. Iohannem sicut Prophetam sanctum scili/cet: & uerum: & per consequens uerba eius. & facta ex inspiratione diuina. Et respondentes Iesu. dixerunt nescimus. ait illis neq; ego dico uobis: in qua potestate hoc facio ex sua enim taciturnitate cōpulsu fūt a sua petitione cessare. Sed queritē hic quare non respōdit eis manifeste: qa statim poterant dicere q̄ ipse non haberet autoritatem docendi a Sacerdotibus uel a Cesare habebat tamen immediate a deo patre: q̄ erat maius. Sicut & multi Prophete leguntur immediate missi ad docendū populum: & non ex autoritate Regum uel sacerdotum. Dicendum q̄ licet posset predicto modo respondere: noluit tamen duplici de causa. Primo quia predixerat Matthei. septimo nolite sanctum dare canibus nec margaritas ante porcos. Illi aūt erant in malicia obstinati: & ideo non erant digni ut ueritas eis manifestaretur. Se/cundo quia Xpristus uoluit ostendere facto: q̄ licet uti cautelis contra cautelas ma/lorum insidiantium bonis. Hoc modo Paulus posuit dissensionem inter Phariseos & Saduceos uolentes eum occidere: ut habetur Actuum uicesimotertio. & appellauit ad Cesarem ne traderetur Iudeis in Hierusalem. Actuum. uicesimoquinto. Quid autem uobis uidet̄. hic Xpristus ostendit Iudeos contemptores sue maiestatis uerbo rationabili: & hoc dupliciter. Primo quia legem a deo receptam non seruauerunt. Secundo quia legislatorē Xpristum impugnauerunt ibi. Homo erat paterfami/lias: circa primum dicit sic homo quidam habebat duos filios. homo iste est ipse deus

qui dicitur homo. propter quod homo est ad Imaginem dei factus: & etiam propter humanitatem assumptam. Isti duo filii sunt duo populi gentiles & Iudei. & accedēs. ad primum id est ad gentilem populum qui incepit a Noe. Iudei autem ab Abrahā uel ab ipso Eber. unde dicti sunt Hebrei: qui Eber fuit longe posterior ipso Noe Sequitur. dixit primo: id est gentili populo. fili uade operare in uinea meam: id est fac iustitiam quia nunquam deus destitit homines incitare ad bonum per occul/tos instinctos. ille autem ait nolo quia gentiles per totum mundum ad Idolatriam declinauerunt. postea autem penitentia motus abiit: quia gentiles ad predicationem Xpristi & Apostolorum credentes. opera penitentie humiliter egerunt. accedens autem ad alterum: Hoc est ad Iudaicum populum. Dixit similiter: per Abraham & alios Prophetas & Moysen: ꝙ scilicet facerent opera iusticie. At ille respondens ait. eo domine: quia Iudei obligauerunt se adseruierunt domino per susceptionem legis: Vnde dixerunt Exodi. uicesimoquarto. cuncta que locutus est dominus fa/ciemus. & non fuit: quia Iudei legem susceptam non obseruauerunt. Sed ad Idola/triam & Prophetarum occisionem & ad infinita mala declinauerunt: ut habetᵉ libro Iudicum & libro Regum. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris: qui dixerunt primus: non enim aliter poterant respōdere: quia minus malum est non promittere q̄m promissum non seruare. Dixit illis Iesus: ex responsione eorum confutans eos. Amen dico uobis quia pub. & meretric. pre u. in regno dei: quasi diceret non solum gentiles sed etiam pessimi de gentilibus erunt maioris meriti apud deum: q̄m uos. quia secundum Hieronymum similata sanctitas duplex est iniquitas: & hoc uitium potissime uigebat in Sacerdotibus & Leuitis: & ad declarationem sui dicti subdit. uenit enim ad uos Iohannes Baptista: in uia iustitie: quia opera perfectionis facie/bat: & iterum quia Xpristum annūciabat: qui est ipsa iusticia sempiterna: ut habe/tur Danielis. nono. & non credidistis ei opera imitando & doctrinam eius audiendo publicani autem & meretric. credi. ei: ad predicationem eius penitentiam agendo. Vos autem uidentes: istorum scilicet penitentiam: nec penitentiam habuistis ad im/mitationem eorum: ex quo sequitur. aggrauatio peccati Sacerdotum: & Pharise/orum. Aliam parabolam: Hic consequenter ostendit qualiter ipsi impugnauerūt Xpristum Legislatorem. & diuiditur in duas partes: quia primo ad ostendendum propositum proponit quandam parabolam. Secundo confirmat suum propositum per scripturam: ibi. Dixit illis Iesus. nunquid legistis: Circa primum dicit sic. homo erat paterfamilias. Iste homo deus est rationibus predictis: qui dicitur paterfamilias quia sic gubernat totam creaturam: sicut paterfamilias gubernat subditos in domo qui plantauit uineam: domum scilicet Israel secundum quod dicitur Esaie. quinto. uinea domini exercituum. domus Israel est. & sepem circunde. ei. scilicet clausuram legis & mandatorum: & fodit in ea torcular. dando doctrinam Prophetarum in qua exprimitur. & declaratur magis uirtus legis. & edificauit turrim: scilicet tem/plum in Hierusalem quod erat edificatum ad modum turris. Vnde templum dicitur turris Mich. quarto. & tu turris nebulosa etc. & locauit eam agri. uidelicet Sacer/dotibus & Principibus qui habent officium seruandi cultum diuinum: & iustitiam in hominibus. & per egre. nō quia mittet locū: cum sit ubiq; presens. Sed quia dimittit homines agere secundum libertatem arbitrii secundum quod dicitur Ecclesiastici. xv deus ab inicio constituit hominem & reliquit eum in manu consilii sui. Cum autem

tempus fruc. appropin. quia post legem susceptam debebant facere fructum bonorꝝ operum. misit seruos suos: id est primos Prophetas. ad agr. id est ad Reges & Sacerdotes principaliter. & ad alios eis subiectos. consequenter. ut acciperent fructus. per predicationem suam eos ad fructum bonorum operum reducendo. & agrico. apprehen. ser. quia Reges multi & Sacerdotes Prophetas sibi missos a domino turpiter cōprehēderunt & incarcerauerūt & occiderunt. & hoc est quod subditur. aliū ceciderunt. Sicut Esaiā qui secatus fuit a serra ex precepto Manasse Regis Iuda. alium occiderunt. sicut Amos quem Ozias uecte per tempora transfixit. alium lapidauerunt: ut Zachariā quem Ioas Rex Iuda lapidare iussit inter templum & altare. Iterū misit alias ser. plu. multiplicādo scilicet Prophetas ad populi correctionē & fecerunt eis similiter: eos scilicet occidendo: in tantum ꝙ impleuerunt Hierusalem sanguine Prophetarum usq; ad os: ut dicitur quarto Regum. uicesimoprimo. Nouissime autem misit ad eos filium suum: pro nobis incarnatum: dicens. Verebuntur filium meum: hoc non dicitur quia deus ignoret contemptū: q̄m Iudei facturi erāt Xpristo: sed per hoc exprimitur quid deberet fieri: ac si diceret. Verebuntur filiū meum: id est in reuerentia deberent habere. agrico. autem: id est Sacerdotes & legisperiti: uidentes filium: id est dominum Iesum Xpristum opera diuinitatis facientem: & omnia que predicta erant de ipso ueram noticiam habuerunt ut tam dicet. Venite occidamus eum & habe. heredi. propter hoc tractauerunt de morte eius ne occasione Xpristi uenirent Romani & aufferrent eis locum & gentem. ut habetur Iohannis undecimo. & sic occiderunt eum ut pacifice possiderent ciuitatem & templum. contrarium tamen accidit eis. quia per hoc in uindictam mortis Xpristi perdiderunt locum: & gentem. quia per Tytum & Vespasianum destructa est ciuitas: & templum: & populus occisus: & captiuatus. & appreben. eum. & etece. extra ut. & occiderunt. quia Xpristus extra ciuitatem Hierusalem crucifixus est. Cum autem uenerit dominus uinee. quid faciet agri. illis. Venit dominus ad iudicandum & uindicandum illud factū: quando ex eius ordinatione uenit contra eos exercitus Romanorum. aiunt illi malemalos perdet etcet. Lucas uero ista uerba refert quasi a Xpristo dicta: & Sacerdotes dixerunt contrarium. absit. ut habet Luce. uicesimo Dicendum ꝙ non est contradictio: quia in turba illa erant aliqui: qui consentiebāt dictis Xpristi: & illi dixerunt malos male perdet. ut hic dicit Mattheus. & hanc responsionem quasi approbando tanquam ueram Xpristus repetit. ut dicit Lucas & tunc consequenter Sacerdotes uidentes ꝙ hoc erat dictum contra eos. Dixerunt absit: malos autem dominus perdidit: quando ciuitatem & templum per Romanos destruxit. Sequitur. & uineam suam locabit aliis agricolis. quia Xpristo ecclesiam suam regendam tradidit Apostolis & aliis discipulis: qui reddant ei fructum temporibus suis: quia ad predicationem eorum credidit multitudo gentium. Dixit eis Iesus hic confirmat parabolam eius per sacram scripturam nunquid legistis in scripturis? id est in Psalmis. quasi diceret. Vos qui estis Legisperiti deberetis hoc scire. lapidem quem reprobauerunt edificantes etc. ad litteram dicitur de edificatione templi Salomonis: eo ꝙ quidem lapis pluries oblatus est: & quasi reprobatus ab edificantibus. ultimo autem positus est in consūmatione anguli: ubi coniungebantur parietes templi: & de illo scribitur in Psalmo. a domino factum est istud. quia illud non fuit a casu: sed ex diuinna preordinatione. quia lapis iste figurabat Xpristū. qui multociēs

& multipliciter reprobatus a Principibus sacerdotum & tamen factus est in caput anguli conũgens Iudeos & Gentiles q̃si duos parietes in unam ecclesiam. q̃ autem Xpristus dicatur lapis in scriptura. habetur Daniel. ii. lapis qui percusserat statuam factus est mons magnus & impleuit uniuersam terram. q̃ etiam sit lapis angularis habetur Esaie. xxviii. ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem angularem probatum preciosum etc. & ex autoritate concluditur reprobatio Iudeorum. ideo dico uobis: qui Xpristum reprobatis: auferetur a uobis regnum dei: id est regnum ecclesie. & dabitur genti facienti fructum eius: id est Apostolis & eorum successo/ribus. & qui ceciderit super lapidem istum confringetur. ille autem cadit super la/pidem qui credens in Xpristum peccat per lubricitatem carnis seu aliis peccatis: & iste confringitur. Sed non cõminuitur. quia non peccat tam grauiter sicut ille qui peccat peccato infidelitatis. super quem uero ceciderit conteret eum: super illũ uero cadit lapis in quo inuenitur peccatum infidelitatis: & iste conteritur. quia exponẽde diem iudicii grauissime punitur. Et cum audissent Principes sacerdotũ: Hic ponitur conclusio huius capituli: ubi ostenditur obstinatio sacerdotũ: qa audientes doctrinã eius non fuerunt contriti. Sed magis ad occidendum eum incitati. & querentes eum tenere: scilicet ad occidendũ. timuerunt turbas: ex quo patet q̃ solo humano timore retracti fuerunt ab eius morte. occasione dictorum in hoc capitulo. Queritur utrũ Iudei cognouerunt Iesum Nazarenum esse Xpristum sibi promissum. & arguitur primo q̃ non. per illud quod dicitur p̃ma Corinth. ii. Si enim cognouissent nunq̃ dominum glorie crucifixissent etc. Item Actu. iii. dicit Petrus loquens Iudeis scio fratres q̃ per ignorantiam fecistis: sicut & Principes uestri. Item Luc. xxiii. dice/bat Iesus in cruce. pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. Contrariũ arguitẽ per illud quod habetur. Iohan. xv. nunc autem uiderunt & oderunt me: & patrem meum. quod autem uidetur manifeste cognoscitur. Item super illud quod dictum est in presenti capitulo agricole uidentes filium dixerunt intra se hic est heres. Dicit Hieronymus manifeste probat dominus his uerbis Iudeorum Principes non per ig/norantiam: sed per inuidiam: dei filium crucifixisse. Responsio dicendum q̃ in po/pulo Iudeorum aliqui erant maiores scientes scripturas legis & Prophetarum. aliqui autem minores sicut laici & uulgares tantũmodo scientes illud quod est de necessi/tate salutis: ut precepta decalogi: & huius que debent sciri ab omnibus. Sed subtili/tates scripturarum: & dicta Prophetarũ ignorantes. Item Xpristus est uerus homo Propheta sanctus & est deus in unitate suppositi. Dicunt igitur aliqui & bene q̃tũ ad hoc q̃ minores populi Iudeorum non cognouerunt Iesum esse Xpristum: nec quantum ad diuinitatem: nec quantum ad humanitatẽ: quia licet cognoscerent eũ esse hominem uerum: non tamen cognoscebant illum esse hominem seu Prophetã: qui erat a deo promissus sicut Xpristus cuius ratio est: quia ignorabant scripturas: que loquũtur de Xpristi diuinitate: & illas que loquũtur de terminatione temporis: & de signis sui aduentus. Sed maiores cognouerunt eum esse uerum Prophetam a deo promissum & missum. quia sciebant scripturas loquentes de tempore sui aduen/tus: & de signis que omnia uidebant in eo impleri. non tamen ut dicunt isti cogno/uerunt ipsum esse deum: & secundũ hoc loqtur Apostolus in autoritate prealligata quod si cognouissent nunq̃m dominũ glorie crucifixissent. q. d. nunq̃m cognouerũt eius diuinitatẽ. Sed hoc non uidetur cõuenienter dictũ: qa sicut scripture determi/nate loquũtẽ de tpe sui aduẽtus. Dañ. ix. in ebdomatibus illis abreuiatis. & de signis

sui aduentus sicut est translatio regni ut habetur. Genis. xlix. & modus adueniendi eius in paupertate & humilitate: ut habet Zach. ix. & dictum est in presenti cap. Ita expresse uel expressius loquūtur scripture Prophetarū de eius diuinitate Iere. xxiii. Ecce dies uenient dicit dominus: & suscitabo uerbum bonum: q̄ locutus sum ad domum Israel: & ad domum Iuda. In diebus illis germinare faciam Dauid germē iustum & faciet iustitiam: & iudicium in terra. & hoc est nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster. In Hebreo ubi habet dominus hic ponitur nomen domini tetragramaton: quod nullo modo potest dici de aliquo nisi de deo uero. Cum igitur ista autoritas secundū omnes doctores etiā Hebraicos: exposita sit de Xpristo: Sequitur ipsum esse uerum deum. Item Esa. ix. dicitur paruulus natus est nobis. seqē & factus est principatus super humerū eius: & uocabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius deus fortis. pater futuri seculi Princeps pacis. que etiam autoritas secundum Hebreos intelligitur de Xpristo: & in ea fit expressa mentio de eius diuinitate sicut de humanitate: & multe alie autoritates cōsimiles possent ad hoc adduci: Sed ꝓpter prolixitatem ego omitto. Et ideo dicendum q̄ sicut maiores populi Iudeorū habuerunt cognitionem de tempore & signis sui aduentus ita noticiam per scripturas habuerunt quantum ad eius diuinitatem. Considerandū tamen q̄ aliquid cognoscitur in habitu: cuius tamen cognitio actualis impeditur. propter aliquam passionem: uel habitum impedientem. sicut dicit philosophus. vii ethic. quod incontinens differt ab intemperato: per hoc quod dicit estimationē ueram non solum in uniuersali: q̄m etiā habet intemperatus: ut q̄ fornicari est malum cum non peccet per ignorantiam: sed etiam habet estimationē ueram in particulari: & per hoc differt ab intemperato. & tum adueniente passione corrumpitur estimatio uera particularis. quia passione uincente iudicat fornicandum: ita q̄ passio impedit actualem considerationem ueram in particulari: & si passio semper duraret semper sic iudicaret. Eodem modo dicendum est q̄ Iudei habuerunt ueram estimationem de Xpristo & in habitu & in actu in principio: sed quando incepit contra eos predicare excitati fuerunt contra eum passionibus ire rancoris: & inuidie: quibus passionibus impediebantur ab actuali consideratione ueritatis prebabite de Xpristo. ideo machinati sunt in eius mortem: sicut & incontinens propter passionem concupiscibilis eligit fornicari quod tamen aliās refugeret. Considerandum tamen q̄ illa noticia q̄m habuerunt de Xpristo per scripturas Prophetarū non erat certa certitudine euidentie tum quia talis certitudo habetur solum per demōstrationem uel sensum: tum quia ꝓphecie possunt aliquādo uarie exponi: & ideo erat magis noticia probabilis & uerisimilis coniecture. uel secundum aliās ibi erat certitudo adherentie: que tamen potest impediri in actu modo predicto. Predicta possunt solui argumenta ad utranq; partem. quia illa argumenta que probant q̄ habuerūt noticiā de X̄po: intelligendū est de noticia habituali mō predicto. alie autem autoritates que dicūt contrariū loquūtur de actuali cognitione applicante ad opus. que fuit impedita propter passionem inuidie & rancorem: ut dictum est.

.XXII.

ET respondens Iesus: Postq̄ ostendit Iudeos iuste reprobatos: tanq̄m contemptores diuine maiestatis: hic cōsequenter ostēdit eos iuste reprobatos tanquam cōtradictores diuine ueritatis: cui contradixerunt tripliciter. primo ipsam refutādo secundo ipsam impugnando. ibi. Tunc abeuntes Pharisei. tertio contrarium erroreē amplexādo: ibi. Cōgregatis aūt Pharisei. Primū ostendit per parabolā inuitatoꝝ

ad nuptias & nolentiũ uenire. & ideo ipsis reprobatis. alii sunt uocati. in quo designat uocatio iudeoꝝ ad fidẽ Xp̃i ut uidebit. quã repellentes iuste a deo sũt reprobati & gentiles loco eoꝝ merito sunt uocati & ideo p̃ma diuidit in duas partes. quia p̃mo describit iudeoꝝ reprobatio digna. secũdo gentiũ uocatio benigna ibi. Tũc ait seruus Circa primũ dicit sic. Simile est regnũ celoꝝ. i. status ecclesie militãtis: homi regi qui fecit nuptias filio suo. nuptie iste nõ p̃nt intelligi beatitudo eterna in ecclesia triumphãte: qa ifra dicit q̃ serui uocauerũt ad nuptias bonos & malos: & iplete sũt nuptie dicit etiã consequẽter ibidem q̃ inuẽtus est ibi hõ non hãs uestẽ nuptialẽ: & pter hoc electus fuit in tenebras exteriores. sed ad beatitudinẽ celestẽ non admittent mali cum bonis. sed solũ boni nullus etiã ibi receptus eiciet. & ideo p̃ istas nuptias itelligit uerbi incarnatio. tũc .n. deus pater fecit nuptias filio suo qñ naturã humanã copulauit diuine in suo supposito: que qdem nuptie celebrate sũt in utero uirginali de quo Xp̃us exiit tanq̃ spõsus p̃cedens de thalamo suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. Isti inuitati sũt iudei q̃bus data est lex in q̃ facta ẽ p̃missio de incarnatiõe Xp̃i ut patet Gen̄. penult. nõ auferet sceptrũ de Iuda etc. & Deut. xviii. pphetã suscitabo eis de medio fratrũ suoꝝ etc. serui aũt q̃ missi sũt admmittendũ istos inuitatos fuerũt pphete q clarius denũtiauerunt ea de Xp̃o que obscurius erãt posita in lege. hortabant enim populũ iudaicũ expectare Xp̃i aduentũ: & tendere in ipsũ p̃ fidem & opa bona. & nolebãt uenire: qa nolebãt uerbis pphetaꝝ obedire ut patet ex decursu libri. Reg. & Paralyp. Iterũ misit alios seruos. Isti serui. secũdo missi fuerũt illi qui de ppinquo denũciauerũt aduentũ Xp̃i ut Iohãnes baptista & discipuli eius missi ab eo in omnẽ ciuitatẽ & locũ quo ipse erat uẽturus ut habet Luc. x. Ecce prãdium parauit: uidelicet sacramẽta ecclesie & doctrinã q̃bus reficit aĩa & potissime sacramẽto eucharistie: in quo dat nobis caro Xp̃i in cibũ: & sanguis eius in potum. thauri mei & alti. occi. sũt. thauri sũt p̃cepta moralia. altilia cõsilia sup̃ addita. Illi aũt neglexerũt qa iudei p̃dicationẽ Xp̃i & Apostoloꝝ cõtẽpserunt qa pauci cõpatiue de Iudeis crediderũt. causa aũt huius fuit cupiditas reꝝ tẽpaliũ: pter hoc enim sacerdotes cõspirauerũt in mortẽ Xp̃i ne perderẽt ciuitatẽ & templũ. In quo qdem tẽplo haurierũt peccuniã populi: ut uisũ est ca. precedẽti. sub obtentu cultus diuini: & hoc est qđ subditur. & abierũt alius in uineã suã: alius in negociac. suã: per laborẽ uinee itellgitur otis occupatio corporalis circa terrena impediẽs diuina. Per negociationẽ uero occupatio mẽtalis circa talia. reliqui uero tenuerũt seruos eius & cõtinue affec. occi. quia Iohãnes baptista ab eis est icarceratus & occisus. Similiter Iacobus frater Iohãnis: & Stephanus & alii discipuli Xp̃i: & similiter pphete multi i testamẽto ueteri. Rex aũt cũm audisset iratus est: qa a deo merito pro tali sũt puniti: & missis exercitibus suis. s. exercitu Romanoꝝ sub principibus Tyto & Vespasiano q ex diuina ordinatiõe uenerunt cõtra Hierusalẽ. xlii. ãno post Xp̃i passionem. pdidit homicidas illos: quia in ultionẽ sãguinis Xp̃i & suoꝝ discipuloꝝ ab exercitu Romanoꝝ sũt trucidati & captiuati de iudeis usq; ad decies centũ milia: ut dicit Iosephus in libro de iudaico bello: & ciuitatẽ illoꝝ succẽdit: qa tũc Hierusalẽ succẽsa est & templũ in ea. Tũc ait rex seruis suis: hic cõsequenter describit uocatio gentiũ benigna: qa Iudeis repellẽtibus fidem Xp̃i ab Apostolis predicatã: Apostoli de mãdato dñi transierũt ad predicandũ gentibus per totũ mundum: & ipsi deuote susceperũt fidẽ Xp̃i ad predicationẽ Apostoloꝝ & hoc est qđ dicit Act. xiii. ubi Paulus loquens Iudeis induratis dicit sic uobis oportebat primũ loqui uerbũ dei. Sed qm̃ repellitis illud & indignos uos iudicatis eterne uite: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis deus & hoc est quod dicitu

ait ſeruis ſuis: i. Apoſtolis ſuis & aliis diſcipulis per diuinam reuelationem. nuptie qdem parate ſũt. i. myſteria Xp̃i impleta ſunt. Sed qui inuitati erãt: ſ. iudei ut uiſum eſt. non fuerũt digni. ꝓpter ſuã incredulitatẽ. Ite ergo ad exitus uiaꝝ. i. ad diſperſionẽ gentiũ: & quoſcũq; inueneritis uocate ad nuptias: quia nullus uolens fidẽ catholicam recipe repellẽdus eſt. & egreſſi serui cõgregauerũt oĩs quos ĩuenerũt bonos & malos quia in eccleſia militante admixti ſũt boni cum malis. & implete ſũt nuptie diſcũ. quia fides catholica diffuſa eſt per orbẽ uniuerſũ. Intrauit aũt Rex ut Iude diſcũ. diſcernendo. ſ. merita & demerita credentiũ. Intrat aũt dupliciter. generaliter aũt intrabit in futuro iudicio. ſpecialiter in morte cuiuſlibet homis. & uidit ibi hominẽ non ueſtitũ ueſte nuptiali. Iſta ueſtis nuptialis eſt caritas que diuidit inter filios regni & perditionis ut dicit Augu. Dicit aũt ueſtis nuptialis ſc̃dm Greg. qa ea indutus Xp̃us uenit ad nuptias qñ ex caritate incarnari uoluit. ſequit. Amice quõ huc intraſti? Vocatur aũt amicus peccator ꝓpter naturã: que ad imaginẽ dei facta eſt: & ꝓpter fidẽ informem: que dei donum eſt: licet non ſufficiat ad ſalutem. At ille obmutuit: qa nullus poteſt reſpõdere deo ſed ꝓpria arguẽte cõſcientia cõuincit: & mutus efficit. Tũc dixit Rex miniſtris. i. angelis executoribus diuine iuſtitie. ligatis manibus & pedibus: quia poſt mortẽ non põt peccator bonũ operari: nec ad ſalutẽ reuerti. mittite eũ in tenebras exteriores: tenebre enĩ interiores ſũt tenebre mẽtales: q̃ſ ſolũ hñt mõ peccatores tenebre enĩ exteriores ſũt tenebre corpales q̃ſ cum p̃dictis habebũt poſt mortẽ: qñ in infernũ detrudent per diuinã ſententiã. ibi erit fletus & ſtridor dentium. hic ſupra expoſitum eſt ca. xiii. Multi aũt ſunt uocati. ſ. ad fidẽ catholicã. pauci uero electi: ſ. ad gloriã. pauci uero. ſ. cõparatiue reſpectu illoꝝ qui uocati ſunt ad fidẽ. Tũc abeũtes phariſei: hic oſtendunt iudei cõtradictores diuine ueritatis ipſã impugnãdo: & diuidit in tres partes. qa ꝓmo impũgnauerunt Xp̃m de ueritate iuſticie. Secũdo de ueritate doctrine ibi. In illo die: tercio de ueritate uite. ibi: Phariſei aũt audiẽtes ꝓma i duas. qa ꝓmo ponit phariſeorũ fallax interrogatio. Secũdo ipſius Xp̃i uera reſpõſio ibi. Cognita aũt Ieſu nequicia eoꝝ. Circa primũ aduertendũ q̃ Iudei malicioſe cõſpirabant cõtra Xp̃m. quoꝝ malicia oſtendit ꝓmo: & hoc quadrupliciter. ꝓmo in hoc qd dicit: conſiliũ inierũt: ut ex collatiõe cõmuni melius ꝓpenderẽt q̃liter poſſẽt eum decipe. ſecũdo cũ dicit. ut capent Ieſum in ſermone: qa non poterãt eum cape in malo ope & qa faciliuſ capitur hõ in uerbis q̃m in factis. tertio cum ſubditur. & mittunt ei diſcipulos ſuos: i. hoſtes Xp̃o incognitos. ſecundũ eſtimationẽ eoꝝ falſã ut corã ipſis audaciuſ loqueret. & laxaretur liguã ad aliqd dicendũ: uñ poſſet capi. iii. cũ ſubdit. Cũ Herodianis: Iſti enĩ Herodiani erãt milites Herodis: qa iſta queſtio fuit facta Xp̃o feria quarta ante paſſionẽ. & de Herode legitur q̃ ipſe erat in Hieruſalẽ cum ſuo exercitu in die paſſionis: qa uenerat in Hieruſalẽ ꝓpter ſollennitatẽ paſcalẽ. Sic ergo milites Herodis miſſi ſũt cũ diſcipulis phariſeoꝝ. ut ſi diſcipuli poſſent eum cape in ſermone: milites ſtatim raperent eũ ut puniretur in corpe. Sic ergo patet qualiter malicioſe agebãt cõtra eũ uerbo. qa ꝓmo cõmendant eũ uerbis ut faciliuſ iducant eum ad dicendũ aliqd cõtra ptãtem ceſaris: de quo uolebãt ſibi facere queſtionẽ ut uidebit. Dicũt ergo ſic. Magiſter ſcimus qa uerax es: in uita. & uiam dei in ueritate doces: in ſana doctrina tua: & non eſt tibi cura de aliquo in quo apparet tua iuſtitia: & ſic eũ licet fallaciter de ueritate uite doctrine & iuſticie. q. d. non dimittes timore cuiuſcũq; hominis etiam Imperatoris dicere ueritatẽ: & tunc ꝓponunt queſtionẽ Brigoſam apud eoſ dicentes. licet cenſum dari Ceſari? an non: Iſta queſtio habuit ortum a tempore neceſſitatis Xp̃i quia prout habet Luc. ii. Ceſar Auguſtus precepit ut deſcriberet

uniuersus orbis: & hec descriptio primo facta est in Iudea: que est in medio terre habitabilis. & in ista descriptione omnes ibant ad ciuitates de quibus erant oriundi ut profiterent se reddituros tributū Cesari: tunc surrexit quidā nomine Iudas natione Gallileus. qui dicebat hoc esse illicitū Iudeis q̄. s. recognoscerēt aliquā domū in terris sed solū deum qui in celis est & multos traxit ad se. ut habet Actu. v. & Iosephus idē refert. xx. li. antiquitatū. & extūc aliqui huic opinioni adherebāt. quia ista opinio erat pro libertate populi & pro honore ipsius dei uidebat. Ecōtrario alii asserebāt q̄ erat licitū dare tributū Romanis qa pro defensiōe patrie militabāt: & ab hostibus & latronibus defendebāt: & pacem inter hoīes cōseruabant & iustitiā. Hāc aūt questionem maliciose ꝓposuerunt Xp̄o ut si diceret non est licitū statim capetur tanq̄m cōtrarius Impatori. Si aūt diceret esse licitū uideret esse cōtrarius libertati populi & diuino honori. & sic incurrēt maliuolētia populi. Cognita aūt Iesu neqcia: hic ponit Xp̄i respōsio. & primo respōdet ad eoꝝ intentionē. qd me temptatis Hyppocrite? q. d. non queritis ueritatē addiscere sed me uerbis cape: & ꝓpter hoc uocat eos Hyppocritas. qā aliud ꝓtendebant & aliud intendebāt. Cōsequenter respōdet ad questionē. ostēdite mihi nūmisma census. i. nūmum qui dat ānuo pro censu Impatori. At illi obtulerunt ei denariū: qa iste nūmus qui dabat pro ānuo censu a quolibet capitaneo domus. ualebat. x. nūmos usuales. & ideo uocabat denarius: & erat de argento. cuius est imago hec & supscriptio? qa imago Cesaris erat impressa in illo denario & nomē eius in circuitu. Tunc ait illis reddite que sunt Cesaris cesari & que sunt dei deo: quia reddere debitū omnibus est bonū & iustū: non est aūt incōueniens nec cōtradictio q̄ homo sit subditus homi in tempalibus: & deo imediate in spiritualibus: & maxime qa iurauerant Iudei seruare fidelitatē: & reddere tributū Romanis a tpe Pompei: qui Iudeā fecit tributariā Romanis. Et audientes mirati sūt & relicto eo abierūt. sicut confusi in illo die. hic cōsequenter ostendit q̄m impūgnauerunt Xp̄m Iudei in ueritate doctrine ad quā pertinet resurrectio mortuoꝝ: que est de articulis fidei. & ꝑmo circa hoc ponit Iudeoꝝ interrogatio. scd̄o Xp̄i respōsio: ibi. Respōdens aūt Iesus: circa primū aduertendū q̄ inter Iudeos quidā erant q̄ uocabant Saducei: qui recipiebant tantū quiq̄ libros Moysi & dicebāt animā hominis mortalē: & ꝑ consequēs negabant resurrectionē: scd̄m qd̄ refert Iosephus de istis. xx. li. antiquitatū. & magister in historiis ubi plenius tangit diuersitas que erat in sectis Iudeoꝝ: qd̄ ꝓpter breuitatē hic omitto. Isti ergo mouerūt questionē que uidebat eis insolubilis & ex hoc uidebat eis resurrectio mortuoꝝ impossibilis: & ponitur casus de muliere: que desponsata est a septē uiris fratribus successiue. quia qñ aliqs moriebat sine filio frater eius tenebatur accipere uxorē: ad suscitandū semē fratri suo. ita q̄ primus filius natus nō ascribebat generanti: sed mortuo fratri. scd̄m qd̄ scribit Deut. xxv. Ista igit mulier sine ple susceptа mortua est: post oēs fratres. & ideo ꝓponunt questionē Xp̄o. in resurrectione cuius erit uxor de septē. q. d. impossibile est q̄ det alteri illoꝝ determinate. cuius causa subdit. omnes enī habuerūt eam. & per cōsequens eadē ratiōe si debeat assignari uni & alteri. Item non uidet possibile qd̄ detur septem fratribus simul: qa est contra legem q̄ duo fratres simul cōiungant uni mulieri matrimonialiter. & ex hoc intendunt cōcludere q̄ impossibile sit animam imortalem esse & hominem resurgere. Respōdens aūt Iesus: hic ponit Xp̄i respōsio ubi tria facit per ordinem. quia primo ostendit eoꝝ errorē: & erroris causas: dicens. erratis: in hoc supple q̄ resurrectionem negatis. ignorantes scripturas. ipsi enim non recipiebant scripturas ꝓphetaꝝ in qbus fit expressa mentio de resurrectione mortuorum: ut habetur Daniel. xii. multi qui

dormiũt in terre puluere euigilabũt. Et Ezech. xxxvii. facta est super me manus domini etc. & ex ignorantia istaꝝ scripturarũ ꝓcedebat error eorum. Secunda causa tangit̃ cum subdit̃. & uirtutem dei. Si enim cõsiderassent bene uirtut̃ dei: que potest aliqd de nihilo facere: ꝙ ipsi necesse habebant cõcedere. ex quo ipsi recipiebãt libros Moysi: ubi fit expressa mentio de creatione mũdi non negarent quin posset resuscitare mortuos. Secũdo soluit argumẽta eorum dicens. In resurrectiõe neq; nubent: id est uiri non accipient uxores. neq; nubentur: id est mulieres non accipientur a uiris: quia homines non resurgent ad uitam carnalem cibis & Veneris utentem. Sed erunt sicut angeli dei: uidentes uisione & fruitione dei. & sic patet eorum argumentum nihil cõcludere. qa illa incõuenientia ad que deducebant non sequit̃ nisi ex suppositiõe ꝙ actus carnales uenerorꝝ sint in resurrectiõe. quod patet esse falsũ. Tertio cõfirmat ueritatẽ resurrectionis auctoritate scripture: dicẽtis. Exo. iii. Ego sum deus Abrahã, deus Isaac. deus Iacob: non est deus mortuorꝝ sed uiuentiũ: qñ enim dominus ꝓtulit hec uerba: illi Patriarche erant mortuorꝝ corpaliter. Cum igit̃ aliqs non possit esse deus rei non existentis uel eius quod est nihil: quod idem est. qa creature ad deum est relatio realis: que non potest fundari in nihilo. optet igitur ꝙ isti Patriarche aliquo mõ essent: & ideo cum uiuerent uita corpali: sequit̃. anima adhuc uiuebat & per consequens ꝙ ĩmortalis erat. q̃re non destruit̃ destructo corpore. & ꝓ consequẽs sequit̃. qđ resurrectio erit: qa anima non potest esse ꝓfecte quietata: nec uera nisi uniat̃ corpi. ad cuius unionem habet inclinationẽ naturalẽ. considerandũ tñ ꝙ Saluator bene accepisset autoritatẽ magis expressã de ĩmortalitate aĩe: & futura resurrectione ꝓphetaꝝ: ut uisum est: Sed ille non recipiebant̃ a Saduceis. & ideo nõ fuisset efficax cõtra eos. Pharisei aũt hic consequenter ostendit q̃liter impũgnauerũt Xp̃m in ueritate uite in hoc ꝙ ꝓposuerunt sibi questionẽ temptatiuã de p̃mo mãdato legis circa qđ p̃mo ponit̃ eoꝝ interrogatio. scđo ponit̃ xp̃i respõsio ibi. Ait illi Iesus: circa primũ dicit̃ sic: Pharisei aũt etc. licet enĩ ipi essent contrarii Saduceis in opinione de anime ĩmortalitate: & de mortuorꝝ resurrectione: ut uisum est. tñ cõueniebãt cum eis in Xp̃i psecutione. & ideo audientes ꝙ silentiũ imposuisset eis: cõmune in unũ ad inuadendũ ipsũ Xp̃m. alio mõ & ad ipsum uenerũt ĩ magna multitudine ad magis eum terrendũ. & interrogauit eũ unus ex eis: ut si cõfusus esset solus uideret̃ cõfũdi. Si aũt uinceret oĩs uiderent̃ per eũ uicisse scđm qđ dicit Crisost. tẽptãs eũ cape. s. in sermone. Marcus tñ uidet̃ contrariũ dicere. xii. ca. ubi dicit̃ ꝙ Xp̃us dixit isti legis doctori: querẽti de p̃mo mãdato legis. non lõge es a regno dei. dicendũ ꝙ iste uenit in principio mala intentiõe cum alii. Sed postea audita Xp̃i responsione uera penituit: & Xp̃i respõsione approbauit dicens. Magister in ueritate bene dixisti etc. ut habet̃ Mar. xii. & tũc Xp̃us uidẽs eius penitentiã intulit uerba p̃missa dicẽs nõ lõge es a regno dei. Simile aũt: habetur Io. vii. ca. ubi dicit̃ ꝙ principes & pharisei miserũt ministros ut cõprehenderẽt Iesum. Illi aũt audiẽtes Xp̃i: p̃dicationẽ penituerũt & sic ad principes redierũt & cõquererẽt ab eis q̃re nõ adduxissent eũ. Respõderũt nũq̃m locutus est sic homo. cõsequenter ꝓponit̃ questio. magister qđ est mandatum magnũ in lege? credebãt. n. ꝙ statim respõderet de mãdato p̃me tabule. nõ habebis deos alienos: & tũc habuisset argumẽtũ cõtra eũ de p̃cepto caritatis qđ est maius: sicut & caritas est maior uirtus q̃m fides. Ait illi Iesus. hic ponit̃ Xp̃i respõsio. Diliges dñm deũ tuũ etc. hoc est primũ & maximũ mandatũ: hic tria sũt uidenda de ipso precepto caritatis: primũ est q̃liter sit intelligendũ. secũdo qualiter sit primũ. tertio q̃liter implendũ. Circa primũ sciendũ istud ꝙ p̃ceptũ in q̃ttuor locis tradit̃ ĩ scriptura

ſcilicet. Deut. vi. ubi ponunt tria. diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex tota fortitudine t. & hoc & Mat. xxii. ubi dimittit fortitudo & cũ ambobus aliis addit unũ. ſ. ꝙ deus diligit ex toto corde & ex tota anima: & ex tota mente Mar. aũt xii. ponunt iſta tria. & addit quartũ: ſ. ex tota uirtute qđ eſt idem cum eo quod dicit Deut. vi. & ex tota fortitudine. & eodem mõ Luc. x. habet niſi ꝙ dicitur ibi ex omnibus uiribus tuis qđ eſt idem ex uirtute uel ex fortitudine: & ſic patet ꝙ q̃ttuor ſunt de ratione iſtius precepti: ſ. diligere deum ex toto corde ex tota anima: ex tota fortitudine. cuius ratio eſt: qa diligere eſt actus uolũtatis. duplex eſt aũt actus ipſius: unus eſt elicitus: & alter imperatus actus aũt elicitus eſt qui ímediate egredit ab ipſa uolũtate: & iſte actus tangit cum dicit. Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde: i. ex tota uolũtate: qa ſicut ex corde oritur motus ad alias partes corpis ita uolũtas mouet potentias anime. actus aũt impatus uolũtatis eſt actus alterius po/ tentie mote ad ſuũ actũ: per ipſam uoluntatẽ per uoluntatẽ aũt informatã caritate mouet intellectus ad aſſentiendũ his que ſũt fidei: & ad meditandũ de deo dilectio. & iſte actus ſignificat cum ſubdit. Ex tota mente: ibi enim accipit mens pro ipſo intel/ lectu. ulterius per uoluntatẽ mouet appetitus ſenſitiuus: ut cõformet ſupiori parti. quia ſicut Sphera ſupior mouet inferiores ſuo motu: ità uolũtas appetitũ ſenſitiuũ: ut habet. ii. de aĩa. & iſte actus notatur cum dicitur. & ex tota aĩa: per animã enim intelligit hic pars ſenſitiua ſcđm qđ ſcribit Gen. i. factus eſt homo in animã uiuentẽ id eſt uitam animalẽ & ſenſibilẽ corpi dantem: ut dicit gloſa. ulterius per uoluntatem mouent potentie motiue & executiue ad operandũ ex dilectione: & hoc notat cum ſubdit. & ex tota fortitudine tua: uel ex omnibus uiribus tuis: quod idem eſt. patet igitur primũ. Circa ſecundũ conſiderandũ ꝙ aliquid dicitur primũ dupliciter: uno mõ origine & ſic illa que ſũt impfectiora p̃ora ſunt illis que p̃cedunt de potẽtia: ad actũ ut dicitur. ix. Methaphiſ. Alio mõ dicit aliqd primũ dignitate ſeu pfectiõe: hoc igit ſcđo mõ p̃mitatis mandatũ de dilectione dei dicitur primũ: qa origine dilectio p̃xi/ mi prior eſt. ſcđm qđ dicit beatus Ioh. p̃ma canonica. iiii. qui non diligit fratrẽ ſuum quẽ uidet: deum qm̃ non uidet quõ poteſt diligere? & ſic patet ſcđm. Circa tertium conſiderandũ: ꝙ totũ & perfectũ idẽ ſunt: ut habetur. iii. Phyſicoꝝ. & ideo diligere deũ ex toto corde & tota anima: & ſic de aliis eſt diligere ex perfecto corde uel per/ fecta aĩa & ſic de aliis. Perfectũ aũt dicitur aliquid dupliciter. uno mõ qñ nihil ſibi abeſt de pfectione ſibi debita uel competenti. Sicut homo mediocris ſtature dicitur perfecte quãtitatis: licet non habeat quantitatẽ gigãtis. Sic igitur accipiẽdo perfecte p̃mo mõ: Sic impletur preceptũ dilectionis in patria: qa mens ibi fertur in deũ tota/ liter: & perfecte quantũ ſibi poſſibile eſt & ſine aliqua interruptiõe. & ſcđm hoc dicit Augu. libro de perfectione iuſtitie: ꝙ mandatũ caritatis ſolũ implebitur in patria ubi erit caritas perfecta. Si aũt accipiatur pfecte ſecũdo modo ſic implebitur in uia. qñ nihil diligitur cõtra deum. Iſta enim perfectio eſt que debet ineſſe ex debito neceſſi/ tatis & hoc ſufficit ad ſalutem. diligere igitur deũ ex toto corde hoc modo eſt ſic dili/ gere deum ꝙ nihil diligatur cõtra ipſum. ſequitur. Secundũ aũt ſimile eſt huic. diliges proximũ tuũ ſicut teipſũ. i. ad eandem beatitudinẽ ad quam diligis te. In his duobus mandatis uniuerſa dependet lex & ꝓphete: ſicut enĩ in ſpeculatiuis omnes concluſiões dependent ex hoc principio. de quolibet affirmatiuo uel negatiuo. Sic in operabilibus omnia dependent ex dilectione dei principaliter: & conſequenter ex dilectione pro/ ximi: propter hoc omnia mandata legis & monitiones non ſunt niſi quedam explica/ tiones iſtorum duorum mandatorum. quia omnia ordinantur ad dilectionem dei &

proxim: ut patet intuenti: & similiter doctrina Prophetarum ad hoc ordinatur. Congregatis aũt Phariseis: hic consequenter ostenditur Phariseos esse cõtradictores diuine ueritatis errori cõtrario adherendo. Ad cuius euidentiam considerandũ ꝙ licet Phariseι & legispiti cognouerũt in principio Iesum esse uerũ Xp̃m & per cõsequẽs deum & hoiem: ut supra dictũ est: ca. p̃cedenti. super illud. hic est heres: quia tamen cõtra ipsum conceperũt odium & rancorẽ: ideo hec uerba existimatio corrupta est in eis aliquo mõ: ut supra dictũ est. & ideo incepunt eum negare & psequi tanq̃m blasphemũ: qa dicebat se esse dei filium: & per cõsequens incepunt corrũpere scripturas: & deprauare que loquebanť de eius diuinitate: ꝓpter qđ Xp̃us fecit eis istã questionẽ de Xp̃o. cuius filius est: dicũt ei. Dauid solum: s. diuinitatẽ negando. ait illis: arguẽdo scilicet incõtrariũ. . quõ ergo Dauid ?in spiritu. s: id est spiritu sancto inspiratus uocat eum dñm dicens. dixit dñs dño meo etc. ꝙ enim ista scripura intelligať de Xp̃o patet quia ipsi Phariseι nõ negauerũt hoc: ímo concesserũt. Sede a dextris meis etc. sedere aũt a dextris uno mõ accipiť pro eq̃litate & sic Xp̃us scđm qđ deus sedet ad dexterã alio mõ est esse in pectoribus bonis. & hoc mõ cõuenit Xp̃o scđm humanitatem: qa ut sit in gloria p̃est angelis. Donec ponã inimicos tuos etc. Istud complebiť in iudicio q̃n omnia p̃fecte subiicientur homi Xp̃o. Si ergo Dauid uocat eum dñm quõ est filius eius? q.d. cum scđm naturã humanã sit filius Dauid: & p cõsequens eo inferior oportet ponere in eo aliam naturã per quam sit dñs eius: & eo supior. hoc aũt est diuina: & sic in Xp̃o due sunt nature: diuina & humana. & nemo poterat respondere: quia non poterant scripturã negare. Considerandũ tñ ꝙ Iudei moderni diuinitatẽ Xp̃i negãtes dicũt predictã autoritatẽ dictã esse ad litterã de Abrahã: & ꝙ Elizer dispensator domus Abrahe fecit hũc Psalmũ agẽs deo gratias de uictoria: q̃m habuit Abraham de quiq; regibus. ut habeť Gen. xiiii. post q̃m uictoriã apparuit dñs Abrahe dicens. nolite timere Abrahã p̃tector tuus ego sum: & merces tua magna nimis. Dicũt igitur ꝙ Eliezer loquiť hic. dixit dñs: i. deus celi qui est dñs omniũ dño meo: Abrahã. sede a dextris meis etc. quia cõforrauit eum ut uisum est p̃mittendo ei auxiliũ & premium. Sed ista expositio patet falsa: p̃mo per titulũ Psal. ubi poniť Psalmus Dauid etiã in Hebreo. qđ non poniť in psalmis factis ab alis. Item per illud qđ subdiť. i Psalmis eodem. ex utero añ luciferũ genui. quod non põt dici de Abraham: ꝙ sic genitus ex utero dei uel substãtia: & añ luciferũ. i. añ mũdi creationẽ. Sed solũ potest uerificari de filio dei. & iterum in fine Psal. diciť. tu es sacerdos etc. qđ non potest uerificari de Abraham qui non fuit sacerdos: & dato ꝙ fuisset tamen sacerdociũ eius non potuisset fuisse eternum. Sed solum Xp̃i sacerdociũ est ineternum.

.XXIII.

QVnc locutus est etc: hic ostendiť tertio Iudeos iuste esse reprobatos. qa fuerũt cõfictores diuine bonitatis. & diuidiť in duas p̃tes. qa saluator p̃mo ponit huius fictionis motiuũ. scđo cõcludit huius motiui multiplicẽ effectũ: ibi. ue aũt uobis scribe. Prima in duas. qa p̃mo saluator huius motiuũ ostẽdit. secũdo hoc motiuũ a suis discipulis excludit ibi uos aũt: Motiuũ aũt fuit superbia superbia pharisęoꝝ & legisperitorũ. & hec superbia ostendiť ex tribus. p̃mo ex abusu sue p̃tatis. scđo ex similatione sanctitatis ibi. Omnia ergo: tertio ex ambitiõe dignitatis ibi. Amãt aũt p̃mos recubitus. Circa primũ igiť cõsiderandũ ꝙ a tẽpore Moysi fuerũt cõstituti a deo. lxx. seniores etate & sciẽtia ꝓuecti: qui cũ Moyse haberẽt curã populi. & dicebanť iudices ordinarii: qa ad ipsos fiebat recursus in dubiis causis magne etiã cause non tractabanť sine eis: & istud fuit obseruatũ apud iudeos: q̃mdiu fuerũt in p̃tate. & hoc est qđ dicit hic Saluator. Super cathedrã Moysi. i. in autoritate iudicãdi populũ: sederũt scribe &

Phariſei. quia illi qui uidebant in populo eſſe magiſ periti ad hoc eligebant. omnia ergo quecũq; dixerint uobiſ facite etc: qa Prelatiſ etiã maliſ eſt obediendũ. niſi in biſ que ſunt manifeſte cõtra deũ: & ſunt habendi in reuerẽtia: q̃mdiu tollerant in officio ſuo: qđ patet per exemplũ Dauid qui uenerabat Saulem Regẽ licet ſciret eum eſſe malũ: & a deo reprobatũ. opera aũt eoꝝ nolite facere: quia non ſunt imitandi in maliſ. ímo tantũ in boniſ: alligant enim onera grauia & importabilia etc. qa ſupra legiſ precepta conſtituerant multa ex ſuiſ traditionibuſ ſicut ſupra patuit ca. xv: que erãt ſubditiſ grauia: & importabilia. digito aũt ſuo nolunt ea mouere: i. modicũ conatum ad agendũ talia nolũt apponere. ex hoc patet ꝙ ille qui cõſtituit legem aliquã licet non ſit ſubditus legi quantũ ad hoc ꝙ puniat per hoſtem: ſi cõtrariũ faciat tñ obligatuſ eſt ad legẽ implendã & grauiuſ puniet a deo ſi faciat contrariũ. qa trãſgreſſio eiuſ grauior eſt ꝓpter ſcandalũ. ꝓpter qđ dicit ſapiens ſi patrie legẽ q̃m ipſe tuleriſ & extra de cõſtitutionibuſ. ca. cum omíſ: ꝙ quiſq; iure in altero ſtatuit ipſe eodem iure uti debet. Patet etiã ex predictiſ ꝙ illi q ſtatũ eccleſie in generali: ſeu aliquẽ ſtatũ eccleſie in ſpeciali onerant grauibuſ ſtatutiſ ſine magna: & euidenti neceſſitate abutunt ſua ptãte: ſicut faciebant Phariſei & ſcribe. Vñ dicit Augu. ad inquiſitionem Ianuarii loquens de religione Xp̃iana ipſam religionẽ ueſtrã q̃m dñſ noſter Ieſuſ Xp̃uſ in pauciſſimiſ ſacramentoꝝ celebratiõibuſ noluit eſſe liberã: quidã ſeruilibuſ p̃munt oneribuſ adeo ut tollerabilior ſit conditio Iudeoꝝ qui non humaniſ p̃ſumptionibuſ ſed diuiniſ ſubiciũt inſtitutiſ. Omnia ergo: hic oſtendit ſupbia Phariſeoꝝ ex ſimulatiõe ſanctitatiſ: qa hoc faciebãt ut eſſent in reuerentia & honore in populo. & hoc eſt qđ dicit. omnia opa ſua faciunt ut uideant ab hominibuſ: i. ꝓpter gloriã humanã: qa uidere in boniſ ꝓpter gloriam diuinam non eſt malum: Sed magiſ meritoriũ ut ſupra dictũ eſt. v. cap. Dilatant philacteria ſua: ſecundũ quod dicit Hieronymuſ erant quedam carthe in quibuſ ſcribebat decalogus mandatoꝝ. & ponebat illa cartha in capite ad modũ corone p hoc ſignificabat ꝙ debebãt legẽ in memoria habere. ſcđm qđ habet. Deut: vi. Dicebant aũt philacteria a philaxe qđ eſt ſeruare & tora quod eſt lex quia erant quedam ſigna ſeruande legiſ. Phariſei ut uiderent pre ceteriſ religioſi faciebãt ſibi philacteria magiſ lata: & ſcribebant in eiſ decalogum de groſſiori littera & eadem ratione faciebant fimbriaſ maioreſ in palliſ ſuiſ. que aũt eſſent iſte fimbrie. dictũ eſt ſupra. ix. ca. ſuper illud uerbũ tetigit fimbriam ueſtimenti eiuſ. Amant enim: hic cõſequenter oſtendit ſupbia eoꝝ ex ambitione dignitatiſ. cum dicit. Amant aũt primoſ recubi. & hoc duplici de cauſa: ſ. ratione gule: quia ibi ponunt fercula meliora: & ratione ſuperbie: quia eſt locuſ honorabilior. primaſ cathedraſ in ſynagogiſ. ubi cõueniebant homineſ ad audiendũ uerbũ dei. & ſalutationeſ in foro: i. in loco patenti. & uocari ab hominibuſ Rabi: deſiderare enim ſcientiam & actum docendi non eſt malũ ſed meritoriũ. Sed deſiderare nomen tantũ: hoc eſt malum & ſuperbie peccatũ. Si tñ deſideret nomen & autoritaſ magiſterii: ad hoc ꝙ ex ſcientia iam habita aliqs meliuſ poſſet uti non eſt malum. Sed eſt bonum: quia bonuſ doctor debet querere illa que faciunt ad efficaciam ſue doctrine. Verũtamẽ quia homo non eſt magiſter principaliſ. Sed ſoluſ deuſ ideo dicit. unuſ eſt magiſter ueſter: quia ſoluſ deuſ poteſt interiuſ docere intellectũ illuminando. ſeu ſpeciem intelligibilem infundendo. homo aũt docet tantum exteriuſ aliqua ꝓponendo ex quibuſ formant fantaſmata debita. a quibuſ intellectuſ agenſ faciliuſ abſtrahit ſpeciẽ intelligibilẽ ſicut in ſanatione hominiſ natura tantum agit principaliter. medicuſ autem aliqua adminiſtrat ex quibuſ natura iuuat. omneſ autem uoſ fratreſ eſtiſ: quia filii dei per creationẽ & adoptionẽ gratie & patrẽ

nolite uobiſ uocare ſuper terram: licet enim aliquiſ poſſit uocari pater in terra ratiõe generationiſ doctrine: ſeu etatiſ: tamen ſoluſ deuſ eſt pater principaliſ. qa ab eo ſolo habemuſ aiam intellectiuã que eſt forma homiſ. pater aũt eſt ille qui dat formã. nec uocemini magiſtri etc. Sicut iam ſupra expoſitũ eſt. qui maior eſt ueſtrũ: i. q uult eſſe ſcd̃m ueritatẽ: erit miniſter ueſter: i. paratuſ ad officia humilitatiſ ſcd̃m decentiã ſui ſtatuſ. ꝓpter hoc Papa uocat ſe ſeruũ ſeruorũ. qui aũt ſe exaltat in preſenti per ſuperbiã. humiliabit̃ in futuro per Iebenne penã. Ve aũt uobiſ ſcribe: Poſtq̃m Saluator oſtendit Hyppocriſiſ motiuũ qd̃ eſt ſupbia: oſtẽdit eiuſ multiplicẽ effectũ. Et diuidit̃ in duaſ parteſ. qa ꝑmo deſcribit ex multiplici effectũ Hyppocriſiſ culpã. ſcd̃o ſubiũgit penam. ibi. Serpẽteſ genimina. Circa primũ aduertendũ ꝙ Hyppocriſiſ eſt ſimilatio falſa: & ideo opponit̃ ueritati. Veritaſ aũt triplex eſt: doctrine iuſtitie. uite & ideo diuidit̃ in treſ ptes. qa primo oſtendit̃ q̃liter Phariſei corrũpebant per Hyppocriſim ueritatẽ doctrine. ſcd̃o idem oſtendit̃ de ueritate iuſticie ibi. ue uobiſ ſcribe & Phariſei Hyppo. qui decimatiſ: tertio idẽ oſtendit̃ de ueritate uite. ue uobiſ ſcribe & Phariſei qui mũdatiſ: circa primũ conſiderandũ ꝙ doctrina legiſ ad tria ordinabat̃ uidelicet ad cognitionẽ Xp̃i in lege ꝓmiſſi. ſecũdo ad ſalutiſ conſecutionem per mandatorũ implectionem. Vnde ſupra dictum eſt. xix. ca. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata. tertio ad cultum uiuimuſ dei obſeruandũ & ideo diuidit̃ in treſ parteſ: ſed ꝙ iſta tria per Hyppocriſim corrũpebant Phariſei: ſcd̃a ibi. Ve uobiſ ſcribe & phariſei, Hyppo. qui circuitiſ. tercia: ibi. ue uobiſ ducеſ ceci. Conſiderandũ aũt ꝙ in omnibuſ illiſ effectibuſ Hyppocriſiſ p̃ponit hanc dictionẽ ue que maledictionẽ ſignificat. cuiuſ ratio eſt. qa in lege ueteri ponunt̃ bñdictioneſ obſeruantibuſ legem: & maledictioneſ tranſgrediẽtibuſ eam. ut habet̃ Deut. xxvii. Ita in Euangelio ponunt̃ beatitudineſ ut habitũ eſt. v. ca. & hoc reſpectu iuſtoꝝ: & hoc cõtrario ponunt̃ maledictioneſ contra Hyppocriſiaſ falſo iuſtitiã ſimilanteſ. dicit ergo. ue uobiſ ſcribe & Phariſei qui claudi: regnũ celorũ etc. Regnũ celoꝝ hic accipit̃ pro beatitudine eterna: hoſtiũ per quod intrat̃ in ipſam Xp̃uſ eſt: ſecundum quod ipſemet dicit Io. x. Ego ſum hoſtium per me ſiquiſ introierit ſaluabit̃. clauiſ aũt qua aperitur hic hoſtiũ uel claudit̃ eſt doctrina ꝓpter qd̃ autoritaſ docendi uocat̃ clauiſ ſcientie ut habet̃ Luc. xi. & ideo per ſanam doctrinã aperitur hoc hoſtium: & per falſam doctrinã claudit̃. igitur qa phariſei & ſcribe autoritateſ que ſunt in lege. & ꝓphetiſ de Xp̃o corrũpebant: ut uiſum eſt p̃cedenti ca. Ideo claudebant regnũ celoꝝ ante: homineſ eoſ a fide & noticia ueri Xp̃i auertendo. Ideo ſequit̃. uoſ non intratiſ etc. qa a cognitione quã habuerũt de Xp̃o per odiũ & rancorẽ cõuerſi ſunt in errorẽ ut uiſum eſt ca. p̃cedenti. & ca. xxi. Nec introcũteſ: i. intrare uolẽteſ qualeſ erant ſimpliceſ populi. non ſinitiſ intrare. qa per iſtoſ Phariſeoſ fuerũt decepti: & a fide Xp̃i pro maiori pte auerſi. Ve uobiſ ſcribe: hic oſtendit q̃liter corrũpebant ueritatẽ doctrine in hiſ que ꝑtinent ad ſalutẽ. dicebant enĩ ꝙ obſeruare legẽ erat neceſſariũ omnibuſ ad ſalutẽ qd̃ eſt falſũ. qa multi gẽtileſ ſũt ſaluati ut Iob & alii. ex ſuppoſitiõe aũt huiuſ falſi diſcurrebãt aliq doctoreſ Hebreꝝ ꝑ diuerſaſ ciuitateſ & caſtra ut poſſẽt cõuertere aliquoſ de gẽtilitate ad iudaiſmũ: & hoc eſt qd̃ dicit̃ ſic. q circuitiſ ꝑ mare & aridã: ut faciatiſ unũ ꝓſelitũ legiſ proſelituſ enĩ legiſ dicebat̃ ille q de gẽtilitate ad iudaiſmũ conuertebat̃. & cũ factuſ fuerit facitiſ eum filiũ Iebẽne: qa ꝑ malã uitã ſuam: ipſũ in moribuſ corrũpebãt. Sed addit̃ duplo q̃m uoſ: qa ille ſic in moribuſ deprauatuſ ad gentilẽ ritũ reuertebat̃. & ſic erat apoſtata a lege q̃m obſeruare ꝓmiſerat. & ſic in moribuſ: & fide peccabat. Similiter autem faciunt illi qui multum laborant ad hoc ꝙ poſſint aliquem ſtatum religiõiſ

adducere & cum adductus fuerit per mala exempla faciunt ipsum apostotare: & sic fiunt nouissima eius peiora prioribus. Ve uobis duces ceci: hic consequenter ostendit qualiter corrumpebant ueritatem doctrine in his que ptinent ad actum latrie. cuius actus est iurare modo debito: & iuramentū obseruare. Pharisei enim & scribe ex cupiditate moti dicebāt q̄ illi qui iurabant per templū dei nec peccant nec erant in aliquo obligati sed illi qui iurabant: per aurū templi erant obligati ad soluendū sacerdotibus certam portionem auri & iste error ꝓcedebat ex cupiditate ut dictum est. In rebus enim materialibus non est aliqua sanctitas nisi inquantū ordinantur in cultum diuinū. ad hoc autem directe ordinabat templum. aurum autem quo operiebantur parietes templi interius magis ordinabat ad templi decorem: propter quod dicit duces ceci. quia erant in errore & alios in errorem inducebant. quid est maius aurum aut templum quod sanctificat: an. q. d. nulli est dubium quod templum maius est ratione predicta. Et quicunq; iurauerit in altari nihil est. i. non peccat nec est in aliquo obligatus. Qui autem iurat in dono quod est super illud debet. i. obligatus ad soluendum tantum quantum ualet illud donum. Et iste error similiter ꝓcedebat ex cupiditate. propter quod subditur. ceci q̄ est maius donum uel altare: quod sanctificat donum. q d. ipsum altare quia si quis fecisset tunc oblationē deo alibi q̄m in Hierusalem & q̄m in altari quod erat in templo oblaturus non erat acceptabilis deo imo in hoc incurrebat crimine sacrilegii. Addit etiam secundam rationem ad hoc. qui autem iurat in altari iurat in eo & in omnibus que sunt super illud: ex quo patet q̄ iuramentū quod fit in altari includit illud quod fit in domo: quod est super altare. & non econuerso: & sic se habet ad illud sicut totum ad partem. Addit etiam tertiam rationem ad hoc dicens. & q iurat in templo etc. quia. n. templum erat ordinatum ad diuinū cultum ideo deus speciali modo habitabat in templo: ideo iurans per templum iurat per deum qui colitur in templo: & hoc est magis q̄m iurare in dono quod sibi offertur. confirmat autem ultimum dictum per exemplum. Et qui iurat in celo etc. quia sicut dictum est supra. ca. v. qui iurat per celū iurat quodāmō per ipsum deum inquantū uirtus diuina relucet. speciali modo in celo. ue uobis scribe & pharisei: Hyppo. qui decimatis. hic ostendit qualiter Pharisei corrumpebāt ueritatem iustitie per Hyppocrisim: qa illa que erāt parui ponderis multum reputabant ad similationem sanctitatis: & illa que erant maioris necessitatis ad salutem cōtemnebant. & hoc est quod dicit. decimatis me. & an etc. hoc pōt intelligi dupliciter Vno mō respectu sui quia licet ministri templi acciperent decimas a populo. tamen de illis acceptis a populo & de his que habebāt ex labore suo reddebant decimas sūmo sacerdoti: ut habet Numeri. xviii. & ideo ad simulationem sanctitatis reddebant eis decimas de minimis. hoc etiam faciebant ratione cupiditatis: ut per exemplū sui inducerent populum ad reddendū sibi decimas de omnibus usq; ad minima. aliter pōt intelligi respectu aliorū q̄ per doctrinā suā inducebāt ad decimas stricte soluēdū sibi. ut sit sēsus. Qui decimatis etc. hoc est decimare docetis & relinquis que grauiora sūt legis. hoc similiter intelligit dupliciter. Vno mō respectu sui quia ista que erant magne necessitatis facere omittebant. alio modo respectu aliorum: quia alios ad talia obseruanda inducere negligebant. Similiter faciunt Sacerdotes ecclesie & Prelati qui sollicite arguunt & arguit procurant subiectos de redditione decimarū: & consilium que eis debentur: & parum curant si in maioribus criminibus inuoluantur que autem sint illa maiora a Pharisеis neglecta subdit. iudicium & misericordiam & fidem: fides importat debitum ordinem hominis ad deum. iustitia in his que important debitum ordinem hominis ad proximū: in his que habent rationē debiti. misericordia

autem in his que habent rationem doni etc. in istis tribus intelliguntur omnia illa que sunt multum necessaria ad salutem. Sequitur. & hec oportuit facere tanq̃m magis necessaria. & illa non omittere. tanq̃m minora bona. hoc autē dicit ne forte ex uerbis predictis crederet aliquis q̃ non esset bonum soluere decimam de minimis. duces ceci: Vocat eos duces quia habebant regere populum. & cecos: quia peruertebant intellectum scripturarum: dicentes esse multum curandum de minimis: & parum de magnis propter quod subdit. excalantes calicem: id est minima cum diligentia perquirentes? & tractantes: camelum autem glucientes id est illa que sunt ponderis pro nihilo reputantes. & camelus est animal magnū & ponderosum. Ve uobis scribe: hic consequēter ostenditur qualiter corrūpebant ueritatem uite: & ponit tria exempla. Primo erat in rebus exterioribus. Pharisei enim ad ostentationem mundicie quando debebant ascendere in templum adorandum. Primum lauabant utensilia domus & uestimenta & consimilia: & parum curabant de interiori mūdicia: & hoc est quod dicit. qui mūdatis q̃ deforis est etc. Intus autem pleni estis rapina & īmundicia: & hoc erat magna cecitas. quia mundicia exterior non est deo accepta nisi propter mundiciam interiorem. propter hoc dicit Pharisee cece munda prius quod intus est calicis & parapsidis intelligitur methaphorice interiora mentis: ex cuius mundicia dependet bonitas exterioris mundicie. propter quod sequitur. ut fiat quod deforis est mundum. Ve uobis: Hic ponit secundum exemplum quod erat in propriis actibus. quia exteriorem conuersationem habebant honestam: ut cooperirent maliciam occultam. hoc est quod dicit. quia similes estis sepulch. de alb. etc. & patet littera. Ve uobis: hic ponit tertium exemplum q̃ respicit actus predecessorum suorum. Isti enim Pharisei ut uiderent iusti respectu precedentium patrum: ornabant & edificabant sepulchra Prophetarum a predecessoribus interfectorum. & hoc est quod dicit. qui edifica. sepulc. Prophetarū etc. Sequitur. itaq̃ testimonio estis uobis. quia filii estis eorum qui Prophetas occiderunt. hoc enim ipsi dicebant ut patet ex littera immediate precedēti ubi dicit. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum etc. Sed quia non solum erant filii predecessorum suorum: quantum ad naturam: Sed etiam quantum ad mores. Subdit. implete: id est implebitis. mensuram patrum uestrorum: quod factum est quando occiderunt Xpristum: cuius serui fuerunt Prophete: qui fuerant a patribus Iudeorum occisi: & ideo Pharisei implerunt mensuram patrum suorum eos in malicia excedendo. Serpentes genimina: Postquam in Pharisеis arguit Hyppocrisis culpam: Hic ostendit consequenter penam. & primo penam eternam. Secundo temporalem ibi. Hierusalem Hierusalem. Dicit igitur. Serpentes. uenenum inuidie habentes genimina uipparū. quia Venenum malicie a parentibus traxerant. quomodo fugietis a iudicio Iebenne. quasi diceret nullo modo: quia erant in malicia obstinati. non solum autem hanc penam eternam meruerunt propter mortem Xpristi. Sed etiam propter occisionem Apostolorum. & discipulorum eius. Ideo subdit. ecce ego mitto ad uos Prophetas: & sapientes & Scribas: quia in discipulis Xpristi multi habuerunt spiritum Propheticū sicut Iohannes Euangelista: ut patet in Apocalipsi. & Aggabet: & multi alii ut patet in Actibus Apostolorum. aliqui etiam fuerunt Scribe: sicut Euangeliste qui scripserunt Euangelia ad instructionem populi Xpristiani. fuerunt etiam sapientes: quia de diuinis: & celestibus a deo illuminati. Et ex eis occidetis. quia Iacobus frater Iohannis ab eis est occisus Actuum. duodecimo. & Stephanus Actuum. septimo. & multi alii. & crucifigetis: ut Petrum & Andream fratrem eius: & multos alios. flagellabitis: hoc patet etiam in Actibus Apostolorum capitulo. decimosexto. ubi dicit q̃ Paulus

& Silaſ flagelliſ ceſi ſunt. & ſecunda. Corinthiorum. undecimo. dicit Pauluſ ter uirgiſ ceſuſ ſum etc. & perſequimini de ciuitate in ciuitatem. hoc patet Actuū. tertiodecimo ubi dicitur ꝙ Iudei Paulum & Barnabam eiecerunt de finibuſ ſuiſ. Vt ueniat ſuper uoſ omniſ ſanguiſ iuſtuſ a ſanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinem Zacharie filii Barachie. De iſto Abel nulla eſt ambiguitaſ quin fuit ille quem Caym frater eiuſ occidit. De Zacharia autem ſunt opinioneſ. Vna eſt ꝙ ipſe fuerit pater Iohanniſ Baptiſte: & hec fuit opinio Origeniſ dicentiſ ꝙ propter hoc occiſuſ eſt in templo domini: quia beata uirgo poſt partū filii ſui uenit adorare in Hieruſalem & ſtetit in illa parte ubi uirgineſ conſueuerunt ſtare in oratione in quo loco non erat licitum mulieribuſ cogniti a uiro orare: & ideo miniſtri templi uoluerūt eam repellere: & Zachariaſ pater Iohanniſ qui eam uirginem ſciebat oppoſuit ſe eiſ dicens ꝙ erat digna ſtare in loco illo & ideo ipſum Zachariam tanq̄m legi contradicentem interfecerunt. Hoc autem reprobat Hieronymuſ tanq̄m Apocriſim. & dicit ꝙ iſte Zachariaſ fuit filiuſ Ioiade ſacerdotiſ qui interfectuſ eſt in templo: ut habetur. ſecunda. Paralyp. uiceſimoquarto. Sed contra hoc uidetur quia iſte dicitur hic Barachie filiuſ. Ille autem dicitur filiuſ Ioiade. Ad quod reſpondet Hieronymuſ ꝙ Saluator uoluit hic exprimere ſanctitatē Ioiade ſacerdotiſ: & ideo uocauit eum Barachiam id eſt benedictum deum. Sicut aliquando contingit ꝙ aliquem liberalem hominem uocamuſ Alexandrum: ad exprimēdum liberalitatem eiuſ quamuiſ hoc non ſit proprium nomen eiuſ. Aliter poſſumuſ dicere: ꝙ Ioiada fuit binomiuſ. ſicut pater Dauid uocatuſ eſt Ieſſe & Eſai: & multi alii in ſacra ſcriptura: Saluator hic exprimit unum nomen eiuſ: aliud exprimitur. ſecūda Paralyp. xxiiii. Sequitur. Amen: id eſt fideliter dico uobiſ uenient omnia iſta ſuper generationem iſtam: id eſt ſuper populum Iudaicum quia pro iſtiſ punituſ eſt multipliciter diuerſiſ temporibuſ. Conſiderandum etiam ꝙ Abel fuit ſimplex homo paſtor ouium & illitteratuſ. Zachariaſ autē fuit ſacerdoſ & Legiſperituſ: per boſ ergo duoſ intelliguntur omneſ iuſti ab eiſ occiſi. & eſt ſenſuſ. ut ueniat ſuper uoſ omniſ ſanguiſ iuſtuſ qui effuſuſ eſt a ſanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinē Zacharie id eſt a ſanguine iuſti minimi uſq; ad ſanguinem maximi iuſti. Hieruſalem Hieruſalem: Hic predicit eiſ conſequenter penā temporalem: ſcilicet deſtructionē ciuitatiſ & templi. que facta eſt per Tytum & Veſpaſianum in uindictam mortiſ Xpriſti. xlii. anno a predicta paſſione. Dicit igitur. Hieruſalem Hieruſalem: alloquitur hic populum Iudaicum ſub nomine ciuitatiſ Metropolitane: & hic eſt communiſ moduſ loquendi. hec enim ciuitaſ dicitur facere ꝙ populuſ habitanſ in ea facit. Que occidiſ Propbetaſ: id eſt conſueuiſti occidere. & lapidaſ eoſ qui ad te miſſi ſunt: id eſt ad inſtructionem tuam ſicut patet in Prophetiſ antiquiſ: & in Iohanne Baptiſta qui fuerunt a Iudeiſ occiſi. Vnde quarto Regum. uiceſimoprimo. dicitur. ꝙ tempore Manaſſe effuſuſ eſt ſanguiſ innoxiuſ in Hieruſalem donec replentur uſq; ad oſ. quotienſ uolui congregare: ſub cultu unius dei per fidem & caritatem. filioſ tuoſ: id eſt Iudeoſ. quemadmodum congregat gallina pulloſ ſuoſ ſub alaſ: ponitur exemplum de gallina ad oſtendendum affectum ſuum ad populum Iudaicum: quia inter aliaſ aueſ gallina uidetur magiſ affici ad conſeruationem & nutritionem pullorum. & noluiſti: quia Propbetaſ a deo miſſoſ: poſtea Iohannem Baptiſtam; Et ultimo dominum noſtrum Ieſum Xpriſtum contempſerunt: propter quod ſubditur pena. Ecce relinquetur uobiſ domuſ: id eſt ipſum templum: quod per Romanoſ fuit deſtructum: nec reedificabitur ampliuſ. quia ſecundum qđ dicitur. Danieliſ. nono. uſq; in finem mundi perſeuerabit deſolatio. Dico autem uobiſ non me uidebitiſ ammodo: id eſt a tēpore paſſioniſ Xpriſti que de proximo imminebat

futura. quando Xpristus dixit ista. donec dicatis benedictus qui uenit in nomine dñi. hoc erit quando apparebunt signa euidentia aduentus eius ad iudiciú: tunc enim Iudei qui crediturí sunt in Xpristum in finem mundi laudabunt: & confitebunt ipsum.

ET egressus Iesus: Postq̃m posita est .XXIIII.

legis Euangelice promulgatio & confirmatio per miracula: Hic consequenter ponitur iudicium secundum legem illam: & quia lex Euangelica est perfectissima: & extrema: ideo sibi correspondet iudicium extremum: quod erit perfectissimum. & diuiditur in duas partes. quia primo ponũtur quedam antecedentia ipsum Iudeum. Secundo Iudeum ipsum describitur capitulo. uicesimoquinto. Prima in duas: quia primo circa hoc ab Apostolis proponitur questio. & secundo ponitur questionis solutio ibi Et respondens Iesus: Prima in duas. quia primo circa hoc ponitur questionis occasio Secundo habita occasione formatur questio ibi. Sedente autem eo circa primum cõsiderandum q̃ Xpristus in fine capituli precedentis dixerat q̃ domus templi relinqueretur deserta. Ideo in principio huius capituli dicitur. q̃ Iesus egressus de templo ibat in hoc ostendebat perfectum q̃ templum esset a diuina protectione relinquendum. Ideo accesserunt discipuli eius: ut ostenderẽt ei edificationes templi non ut ostenderẽt sibi ad incognitum: cum frequenter in templo fuisset ut patet ex precedentibus: Sed ut ex nobilitate edificiorũ que erant facta ad diuinum cultum prouocarent eum ad misericordiam. & per consequens mitigaret penam predictam. ipse respondens ait eis. uidetis hec omnia: quasi diceret quantumcunq; sint magna: & forcia. Amen: id est fideliter. dico uobis non remanebit lapis super lapidem etc. id est non est intelligendum quin remaneret lapis super lapidem saltem in fundamentis. Sed est modus loquendi ad exprimendum magnitudinem destructionis que completa est sub Tyto & Vespasiano: ut dictum est precedenti capitulo. Sedente autem eo: ex predictis formatur dupliciter questio. quia audierant a Xpristo euersionẽ illam credebant ꝓpinquam esse mũdi consũmationem. Ideo quesierunt primo. Dic nobis quando hec erunt id est destructio ciuitatis & templi. Secundo quesierunt & quod signum aduentus tui: ad iudicium. scilicet & consummationis seculi utrunq; enim simul fiet & propter hoc est una questio. Notandum etiam q̃ iste questionem fuerunt sibi facte super montem Oliueti: & hoc rationabiliter: quia locus ille distat solum a ciuitate per unum miliare: & sic ciuitas illa & templum ex illo loco clarissime uidẽ: & occasione huius de tpe destructionis illius ibi queritur: Similiter & iudicium extremum futurum est circa illũ locum ut habetur Iobelis. tertio. ideo conuenienter fit ibi. questio de futuro iudicio. Respondens: Hic ponitur utriusq; questionis solutio. & primo prime. Secundo secunde. ibi. orate autem: Circa primum duo facit. quia circa ea que pertinent ad destructionem ciuitatis & templi primo describit inicium: & secundo finalem exitum. Cum ergo uideritis: Circa q̃ considerandum q̃ incobatio & signum destructionis future fuerunt clades & pestilentie que fuerũt in Iudea: ante bellum Romanorũ: cõtra eos: ut dicit Iosephus libro de Iudaico bello. Diuiditur ergo in duas partes. quia ꝑmo tanguntur mala que contigerunt Iudeis in generali: Secundo mala que contigerũt Xpristi discipulis in speciali: ibi. tunc tradent uos. Circa primũ q̃ttuor tangũtur. ꝑmũ est seductio erroris quod notatur cum dicitur. Videte nequis uos seducat. Ista autẽ predixit. quia minus iacula feriunt que preuidentur. multi enim uenient in nomine meo. id est ascribẽtes sibi nomen meum: q̃ patet per hoc quod subditur. Dicentes ego sum Xpristus & multos seducent. De talibus fuit Symon magus qui per hoc seducebat Samaritanos de quo habetur. Actuum. octauo. q̃ Samaritani dicebant de illo

hec eſt uirtuſ dei:que dicitur magna. Hieronymuſ etiam dicit ſuper locum iſtum: q̄ ante deſtructionem ciuitatiſ pluresſ apparuerunt qui dicebant ſe eſſe Xpriſtoſ. Au/dituri eſtiſ: Hic ponit ſecundum quod eſt concuſſio timoriſ cum dicit. Audituri enim eſtiſ prelia:ſecundum enim q̄ refert Ioſephuſ libro antiquitatum.xx. poſt paſſionē Xpriſti ante deſtructionem ciuitatiſ: multe ſeditioneſ & multa prelia fuerunt apud Iudeoſ:quia Samaritani qui partim tenebant ritum gentilē inſurgebant contra Iu/deoſ & econuerſo. Item in populo Iudeorum erant plurimi qui incitabant populum ad rebellandum contra Romanoſ. alii autem ad contrarium. ſequitur opinioneſ pre/liorum:quia ante deſtructionē ciuitatiſ multa ſigna apparuerunt que interp̄tabant̄ ab aliquibuſ in bonum & pacem ciuitatiſ: ab aliiſ autem in contrarium & deſtructionē & inter alia ponit unum ſcilicet q̄ ſyduſ ſtetit ſuper ciuitatem per annum ſimile glo/bo. quam apparitionem quidam dicebant ſignificare auxilium ſibi affuturum contra inimicoſ. alii econtrario dicebant ſignificare uindictam dei contra mala habitantium in ciuitate:& per hoc erant diuerſe de preliiſ inter eoſ opinioneſ. Videte ne turbemini recedendo de Iudea propter talia. uoluit enim Xpriſtuſ q̄ diſcipuli ſui manerent ali/quantulum in Iudea poſt mortem ſuam: ad predicandum ibi fidem catholicā. oportet enim hoc fieri. quia ſunt a deo preordinata. Sed non dum eſt finiſ: quia poſt auditio/nem talium ſtetit aduc ciuitaſ per tempuſ longū ſcilicet. quadraginta anniſ poſt paſſi/onem Xpriſti. Conſurget enim: Hic ponitur tertium uidelicet diſturbatio pacis cum dicit. conſurget genſ in gentem: quia genſ Iudeorum erat diuiſa intra ſe ut patet. & regnum aduerſuſ regnum: quia regnum Iudeorum contra regnum Romanorum re/bellauit: & hec patent ex predictiſ. Et erunt peſtilentie: Hic ponitur quartum ſci/licet perturbatio orbiſ ſeu elementorum: ex quibuſ ſurgunt peſtilentie in aere: & mari & per conſequenſ ſterilitaſ: & fameſ in terra. quod autem hoc acciderit illo tempore. patet Actuum. undecimo. ubi dicitur q̄ Propheta Agabet predixit famem magnam futuram: que facta eſt Imperante Claudio: propter quod fideleſ qui erant Antiochie miſerūt auxiliū de facultatibuſ ſuiſ fidelibuſ qui erant in Iudea & Hieruſalē: per ma/nuſ Barnabe & Sauli. ſequitur. Hec omnia: id eſt quattuor predicta inicia ſunt do/lorū. qui quidem doloreſ fuerunt conſummati in deſtructione ciuitatiſ & templi: per Romanoſ. Tunc tradent uoſ: Hic ponit mala que contigerunt Xpriſti diſcipuliſ in ſpeciali. ubi ponuntur quattuor. Primum eſt uiolentia afflictioniſ dupliciter: ſcilicet abintra & abextra. illa que fuit abextra: fuit a Iudeiſ fideleſ perſequentibuſ. De quo habetur Actuum. octauo. ubi dicitur q̄ poſt mortem beati Stephani facta eſt per/ſecutio magna in Eccleſia que erat Ieroſolimiſ & ibidē ſubditur q̄ Sauluſ deuaſtabat eccleſiam etc. Et occident uoſ: quia illo tempore occiſuſ eſt Stephanuſ a Iudeiſ ut pa/tet Actuum. ſeptimo. & Iacobuſ filiuſ Zebedei. Actuum. duodecimo. Iacobuſ frater domini ut dicit Ioſephuſ libro. uiceſimoſecundo. antiquitatum. & eritiſ odio omnibuſ gentibuſ. id eſt aliquibuſ omnium gentium. propter nomen meum: hoc additur ꝓpter eorum conſolationem: quia ad hoc ſequit̄ magnum premium ut habitum eſt ſupra. v capitulo. Et tunc ſcandalizabantur multi & inuicem tradent: Hic ponitur afflictio, abintra ſcilicet a falſiſ fratribuſ: quia multi qui receperant fidem Xpriſti uidēteſ per/ſecutionem oriri contra eoſ ſcandalizabantur cadenteſ: propter hoc fide ſuſcepta: & ſic habebant odio ueroſdiſcipuloſ Xpriſti quoſ ad mortem tradebant. Et multi Pſeu/do Prophete. Hic ponitur ſecundum ſcilicet uehementia ſeductioniſ. quia multi falſi Prophete denunciabāt contraria predicationem Apoſtolorum. Et quoniam habū/dabit iniquitaſ: Hic ponitur tertium: ſcilicet abūdātia iniquitatiſ que erant in falſiſ

Xp̃ianiſ. & ꝓpter hoc refrigeſcebat caritaſ in multiſ aliiſ. licet non caderent totaliter propter quod cõcludit. qui autem ꝑſeuerauerit uſq; in finẽ. in fide. ſ. formata caritate hic ſaluuſ erit. Et predicabit: hic ponit quartũ quaſi ad conſolationẽ predictorũ ꝙ eſt euidentia crudelitatiſ: & hoc eſt quod ſubdit. & predicabit hoc euangeliũ regni. i. euangeliũ Xp̃i quod introducit ad regnũ celeſte ꝙ non faciebat lex: propter quod erat impfecta reſpectu euangelii ut ſupra dictũ eſt in pricipio huiuſ libri. ĩ uniuerſo mũdo: ꝙ enim ante deſtructionẽ ciuitatiſ per Tytũ & Veſpaſianũ in tribuſ partibuſ orbiſ. ſ. Aſya: & Africa: & Europa: p̃dicatũ ſit euãgeliũ regni Xp̃i patet ſic: uiuẽte enĩ Petro fideſ p̃dicata eſt in Italia. & nõ ſolũ ĩ italia ſed in Gallia qa Sanctuſ Sauinianuſ qui fuit unuſ de. lxx. miſſuſ a beato Petro in Gallĩã cũ pluribuſ aliiſ ciuitatẽ Senonenſẽ que tũc erat metropoliſ Gallie & uocabat ciuitaſ aurea cõuertit ad Xp̃m & ibi tribuſ eccleſiiſ edificatiſ una ſcilicet ĩ honore beate uirginiſ: alia in honore ſancti Stephani ꝑthomartiriſ: & alia in honore ſancti Iohanniſ Baptiſte: quartã edificauit in honore Apoſtoloꝝ que qa uiuente Petro cõſtructa eſt. Ideo eccleſia ſancti Petri uiui adhuc nominata eſt uſq; in hodiernũ diem. Ex loco aũt illo ſanctuſ Sauinianuſ ſocioſ ſuoſ circa aliaſ ꝑteſ Gallie miſit ad p̃dicãdũ. ex quo patet ꝙ uiuẽte Petro fidei predicatio peruenit uerſuſ mare occidentiſ ubi terminat ultimũ clima noſtre habitationiſ ꝙ aũt eſt ultra ſcd̃m actoreſ aſtronomie. ponit extra climata. Hieruſalẽ autẽ de qua exierũt Apoſtoli & alii Xp̃i diſcipuli ad predicandũ: eſt in medio terre habitabiliſ? qa eſt in quarto climate ubi primo publicata eſt fideſ catholica: & ideo ſicut a Hieruſalẽ uſq; ad fineſ terre habitabiliſ ex parte Gallie ubi predicata eſt fideſ per ſanctũ Sauinianũ: & ſocioſ eiuſ. Similiter ex ꝑte Hiſpanie ubi Paulus p̃dicauit eadẽ ratiõe ꝓbabile eſt ꝙ a Hieruſalẽ uſq; aliоſ terminoſ terre habitabiliſ ꝑuenit p̃dicatio fidei per aliоſ Apoſtoloſ & diſcipuloſ: ad hoc miſſoſ: & ſic patet ꝙ uiuente Petro fideſ Xp̃i p̃dicata eſt in uniuerſo mũdo. qa cognitio fidei ꝑuenit ad omneſ parteſ orbiſ. Petruſ aũt martirizatuſ eſt ſub Nerone: poſt imperiũ aũt Neroniſ deſtructa eſt ciuitaſ Ieroſolomitana. ſcd̃o anno imperii Veſpaſiani ut habet libro de iudaico bello in fine. In teſtimoniũ omĩbuſ gẽtibuſ. q. d. ad hoc p̃dicãda eſt fideſ in uniuerſo orbe: ut teſtimoniũ Xp̃i audiret in omni gente ſcd̃m quod dictũ fuit Apoſtoliſ. Actuũ. i. Eritiſ mihi teſteſ in Hieruſalẽ Iudea & Samaria & uſq; ad ultimũ terre. & tũc conſũmatio uenit: qa poſt predicationẽ euãgelii p̃dictam facta eſt conſũmatio deſtructioniſ ciuitatiſ a Xp̃o p̃dicta. Conſiderandũ aũt ꝙ alia eſt p̃dicatio euãgelii futura in omnibuſ gẽtibuſ q̃tum ad efficaciã: ſic ꝙ oĩnſ genteſ recipiẽt fidem Xp̃i & hoc erit in conſũmatiõe ſeculi. Cũ ergo uideritiſ: hic deſcribit excidiũ ciuitatiſ q̃tũ ad eiuſ terminũ primũ eſt. ꝓphecie impletio que habet Dañ. ix. ubi dicit. ꝙ deſtructa ciuitate & templo ponet abhominatio in deſolationẽ. i. Idolũ quod nomine abominationiſ intelligit in ueteri teſtamento: debebat poni in tẽplo deſolato. hoc aũt impletũ eſt quãdo Heliſeuſ Adrianuſ imaginẽ ſuã fecit ſtatui ubi ſteterat arca teſtamẽti: ut ſcribitur in ſcholaſtica biſtoria. Et hoc eſt qd̃ dicit. Cũ ergo uideritiſ etc. ſequit. qui legit intelligat. q. d. qui legit ꝓphetiã Daniel. intelligat eam eſſe dictã de hoc facto: ſcd̃m qd̃ ibi ponit. eſt Iudeoꝝ captiuatio & ꝑfecta eorũ diſperſio. cum dicit. tunc qui ĩ Iudea ſũt fugient ad monteſ. q. d. extũc Iudei non habitabãt pluſ in Iudea: qa licet Heliſeuſ Adrianuſ Ieroſolimã reedificauerit: p̃cepit tñ ne aliqſ Iudeuſ haberet licentiã intrandi illuc. Aliter aũt exponit ab aliquibuſ de tempore quod fuit ante deſtructionẽ ciuitatiſ ĩmediate. quia fideleſ qui erant in Hieruſalem admoniti ſunt per angelum ut fugerent in regnum Agrippe ultra Iordanẽ. quia Rex Agrippa erat confederatuſ

Romanis & ideo ibi fideles saluati sunt: ut scribitur in ecclesiastica historia. Sequit. & qui in tecto est non descendat aliquid tollere de domo sua etc. quasi diceret melius est ut saluet uitam suam: quam rem possessam. Ve autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus: quia pregnantes non possunt bene fugere aggrauante pondere: nec similiter nutrientes propter curam circa paruulos. orate aũt: Hic incipit soluere secundam questionem de consummatione seculi & diuiditur in tres partes. quia circa consummationem seculi. Primo ostendit tribulationis magnitudinem ibi: de die autem & hora: Tertio excitat nostram sollicitudinem ibi. Vigilate itaq: Prima adhuc in duas. quia primo tangit tribulationem futuram tempore Antichristi. & secundo aduentum ipsius Xpristi ad iudicium ibi Statim autem: Prima in duas: secundum quod tribulationem futuram tempore Antichristi describit ex duobus. Primum est uiolentia afflictionis. Secundum est uehementia seductionis quod tangitur ibi. tunc si quis uobis dixerit. Circa primũ aduertendum q̃ quia predixerat tribulationem Iudeorum ex destructione ciuitatis Ierosolimitane ut patet ex predictis & tribulationem fidelium futuram sub Antichristo maiorem: ideo conuertit se ad discipulos suos in quibus admonet fideles pro illo tempore futuros dicens: Orate autem ut non fiat fuga uestra hieme: id est tempore incompetenti ex aeris importunitate uel Sabbato: id est tẽpore incompetenti ad fugam ex quacunq; alia causa: quia tunc non erit Sabbatum obseruandum in quo nõ erat licitum Iudeis ambulare ultra mille passus. per Sabbatũ ergo intelligit tempus inconueniens ad fugam modo predicto. Et subiungitur ratio cum dicitur. erit enim tunc: id est tempore Antichristi. tribulatio magna qualis nunquam fuit ab inicio mundi: usq; modo: de preterito. neq; fiet de futuro: ex quo patet q̃ loquitur hic de tribulatione Antichristi: que ab omnibus doctoribus dicitur maxima. & nisi breuiati fuissent dies illi: non est intelligendum q̃ dies sint breuiores tempore Antichristi quam sint modo: quia quantitas diei causatur ex motu solis qui est uniformis: Sed dies hic accipiuntur pro tempore quia tempus illius tribulationis erit breue: quia nõ durabit ultra tres annos cum dimidio. ut habetur Danielis. duodecimo ubi dicitur. q̃ durabit per tempus & tempora & dimidium tempus. Causa autem huius breuitatis subditur: cum dicitur. non fieret salua omnis caro: Caro autem hic accipitẽ pro homine: secundum quod habetur Geneseos. septimo. non permanebit spiritus meus in homine ineternum: quia caro est. sensus ergo est iste. omnis caro non fieret saluа: id est nullus homo fieret saluus: si esset longum predicte tribulationis tempus. negatio enim post posita huic signo uniuersali: omnis facit ipsum equipollere uniuersalẽ negatiue: quia omnis non ualet nullus. propter quod subditur. Sed propter electos breuiabuntur. ne ex tribulationis magnitudine cadant a ueritate. Tunc si quis: hic consequenter ostenditur magnitudo tribulationis ex uehementia seductionis: quia multi discipuli Antichristi uenient ad seducendum populum. Dicendo q̃ ipse sit uere Xpristus in lege & in Prophetis promissus: & ideo hoc predicit ne fideles tunc decipiantur dicens. tunc: id est tempore Antichristi. Si quis uobis dixerit ecce Xpristus hic aut illuc nolite credere. Et quia non solum modo habebunt uerba ad decipiendum: Sed etiam signa quod est difficilius ad euadendum: Ideo subditur: Surgẽt enim pseudo Xpristi. & Pseudo Prophete. per hoc intelligit Antichristum & discipulos eius qui sunt membra ipsius. & dabunt signa magna & prodigia. quia uirtute Demonum possunt multa miracula fieri: quando permittuntur a deo. Ita ut in errorem inducanẽ si fieri potest etiam electi: Hoc dicit qui predestinatio licet sit circa non tamen tollit libertatẽ arbitrii. Ista enim propositio predestinatus potest damnari falsa est in sensu

compoſito tamen in ſenſu diuiſo uera eſt ſicut diffuſius declaratur primo. ſententiarū. Ecce predixi uobiſ: quaſi diceret ad hoc iſta predico nūc ut caueatiſ protunc quia mi/nus iacula feriunt que preuidenē: ſecundum quod dicit beatuſ Gregoriuſ. Si ergo di/xerint uobiſ ecce in deſerto eſt Xpriſtuſ ſupple: tanq̄ homo religioſuſ in loco deſerto exiſtenſ. nolite exire: ad uidendum ſcilicet eum. ne ſeducamini. Et ſi dixerint ecce in penetrabilibuſ: id eſt in locis occultis: nolite credere: ratio autem ſubdit̄. Sicut enim fulgur exit ab oriente etc. quia licet aduentuſ Xpriſti in carnem fuerit occultuſ: ta/men aduentuſ eius ad iudicium erit ita manifeſtuſ q̄ non poterit aliquem latere: quod ſubditur. ubicunq; fuerit corpuſ: id eſt Xpriſtuſ in humanitate: quia ſicut ſupra fre/quenter dictum eſt iudicabit in forma humana gloriosa tamen illuc congregabuntur & aquile: id eſt ſancti occurrenteſ obuiam Xpriſto uenienti ad iudicium: ſecundum quod dicitur. prima. ad Theſſalonicenſeſ. quarto. capitulo. Statim autem: deſcripta tribulatione que futura eſt per Antichriſtum: Hic deſcribit aduentum Xpriſti ad iu/dicium. Et diuiditur in duaſ parteſ. quia primo deſcribit quedam ſigna precedentia iu/dicium: Secundo deſcribit iudicis aduentum ibi. Et tunc apparebit. Circa primum ad uertendum q̄ prout dicunt doctoreſ & Sancti poſt tribulationem Antichriſti anteq̄ appareant manifeſta ſigna iudicii erit tempuſ breue quo poterunt illi qui decepti fu/erint per Antichriſtum penitere: & hoc ſignificatur Apocalipſis. ſeptimo. factum eſt ſilentium in celo quaſi media hora. Iſtud enim tempuſ non durabit nec dicunt Sancti niſi quadraginta dieſ uel circiter. Et hoc eſt quod dicitur hic. ſtatim autem poſt tri/bulationem dierum illoꝝ: i. paruo tempore elapſo: poſt tribulationem Antichriſti ap/parebunt ſigna manifeſta propinqui iudicii. Et hoc eſt quod ſubdit. ſol obſcurabit̄: non per priuationem ſui luminiſ cum ſit ei naturaliſ: corpora autem celeſtia tunc ma/nebunt in ſua natura integra. Sed iſta obſcuritaſ erit reſpectu noſtri: per interpo/ſitionem alicuiuſ corporiſ opaci: quemadmodū fit in Eclypſi. Et luna non dabit lumē ſuum: quod poteſt dupliciter intelligi: Vno modo quia erit interpoſita inter terram & ſolem: & ſic parſ lune que eſt uerſus terram: obſcurabitur: cum non habeat lumen niſi a ſole: Alio modo per interpoſitionem nubium obſcurarum. Et ſtelle cadent de celo non quantum ad earum ſubſtantiam cum ſint incorruptibileſ: ſed ſecundum apparen/tiam: quia uere ſtelle abſcondentur nubium denſitate & de nubibuſ uerſus terram de/ſcendent exalationeſ ignite: que dicunt̄ ſtelle cadenteſ. Et uirtuteſ celorum mouebūt̄ uirtuteſ hic accipiuntur angeli qui ſunt de medio ordine ſecūde Ierarchie ad quorum officium ſpectat cooperari aliquo modo ad miracula: ſecundū quod dicit beatuſ Dyo/niſiuſ: & ipſi tunc frequentius ſolito mouebuntur ex diuina uoluntate: ad faciendum miraculoſas tranſmutationeſ in elementis ad inducendum hominibuſ terrorem iudicis uenientis. Et tunc apparebit: Hic deſcribitur iudicis aduentuſ. Et circa hoc duo fa/cit. quia Primo facit quod dictum eſt. Secundo inducit exemplum ab arbore fici. Dicit igitur ſic. tunc: id eſt immediate poſt ſigna predicta. apparebit ſignum filii ho/minis in celo: id eſt crux: claui: & lancea. que ſunt paſſionis Xpriſti inſtrumenta. uel aliter. Signum: id eſt cicatriceſ que apparebunt in Xpriſti corpore: iſta autem ap/parebunt in celo: id eſt in aere qui aliquando uocatur celum in ſcriptura. Et tunc plangent ſe omneſ tribuſ terre: id eſt aliqui de omnibuſ Tribubuſ: & nationibuſ inſūc aliqui mali quibuſ aduentuſ iudicis erit triſtabiliſ. Et tunc uidebunt filium hominis: qa ſicut dictum eſt in forma hominis iudicabit. Venientem in nubibuſ celi: Sicut in nu/be aſcendit in celum ab Apoſtolis ſicut dicitur Actuum primo. Ieſuſ qui aſſumptuſ eſt a uobiſ ſic ueniet. cū uirtute multa: qa enim p̄muſ eius aduentuſ fuit in infirmitate

Secundus erit in uirtute: & maiestate: quia uenient ut dominus qui primo uenit ut seruus & mittet angelos suos: quia ministerio angelorum colligentur cineres mortuorum cum tuba. Sicut enim in datione legis auditus est sonitus terribilis ut habetur Exodi. uicesimo. ita audietur tunc sonitus consimilis uirtute angelorum factus in elementis. uoce magna: Ista uox erit uox Xpristi uocantis mortuos ad iudicium: ex cuius uirtute suscitabuntur. & congregabũt electos eius. licet enim omnes adducantur ad iudicium: tamen electi specialiter adducentur ministerio sanctorum angelorũ: quia erũt conciues eorum: quattuor uentis celi: i. a quattuor partibus mundi: unde oriuntur principales uenti & per hoc intelliguntur alie partes orbis minus principales. a summis celorum usq; ad terminos eorum Iste modus loquendi est secundum apparentiam quia summum celi uidetur esse super Cenith capitis nostri. terminus autem celi uidetur esse ubi terminatur aspectus quia ibi uidetur celum coniungi terre Licet secundum ueritatem equaliter distet a terra undiq;. ergo est sensus. a summis celorum etcete. id est ab omni loco qui sub celo est. adducentur electi ad locum iudicii: Ab arbore: Hic ad declarationem predictorum adducit exemplum quia sicut uiriditas arboris incipiens est signum estatis propinque ita signa predicta erunt signa ipsius iudicis immediate ueniẽtis. & hoc est quod dicit. ab arbore fici discite parabolam: id est similitudinem ad propositum congruam: & patet in littera. Sequitur. Amen dico uobis: quia non preteribit generatio hec: i. cõgregatio fideliũ. donec omnia fiant qa quantũcunq; fideles opprimantur tempore Antichristi tamen aliqui permanebunt in fide stabiles usq; in finem mundi. celum & terra transibunt: non quia corrumpantur secundum substantiã Sed quia cessabit motus celi & transmutatio in elementis. Ista enim ordinata sunt ad complendum numerum electorum: & ideo ipso completo in iudicio cessabunt: sicut ea que sunt ad finem: habito fine. Verba autem mea non preteribunt: per uerbum aũt Xpristi factus est mundus: & ideo uerbum eius est ipso mundo stabilius. De die aũt & hora: Hic circa iudicium ostendit temporis: incertitudinem posset enim aliquis credere q; ex signis predictis posset aliquis tempus iudicii determinatum certitudinaliter cognoscere hoc excludit dicens. De die autem & hora illa nemo scit: quia per rationẽ naturalem homo non potest tempus illud certitudinaliter cognoscere: quia dependet ex simplici dei uoluntate. Similiter nec per reuelationem cognoscit: quia si hoc reuelasset aliqbus hoc fuisset factũ Apostolis qui fuerũt i Xpo illuminati: & tñ ipsis de hoc querentibus: Actuum. primo. Respondit non est uestrum nosse tempora: uel momenta: que pater posuit in potestate sua. q; exponens Augustinus. decimooctauo de Ciuitate dei Dicit omnium calculantiũ digitos resoluit ille qui hic dicit p digitos potentiam numerandi intelligit. neq; angeli celorũ. Sicut enim principium mundi a solo deo fuit precognitum: quia mundus immediate ab ipso est factus: ita & finis mundi: soli deo est cognitus: & homini Xpristo reuelatus: ad quem pertinet iudicare de omnibus. Nisi pater solus: per hoc non excluditur filius uel spiritus sanctus. Sed magis includuntur: quia una est noticia trium personarum dictio enim exclusiua addita uni persone in diuinis respectu termini essentialis non excludit aliam ut diffusius tractatur. primo. sententiarum. Sic autem est in proposito: quia illa que important respectum ad creaturam sunt communia tribus. Huius autem est noticia diei Iudicii. Confirmat autem predicta per exemplum ueteris testamenti dicens. Sicut fuit in diebus Noe: quando diluuium futurum erat occultum. ita erit aduentus filii hominis: id est Xpristi aduententis ad iudicium. Sicut enim erant: in diebus ante diluuiũ. cõmedẽtes

& bibentes etc. id est in magna securitate existentes. donec uenit diluuium. Et tulit omnes: id est perdidit excepto Noe & his qui cum eo erant in arca. Erit aduentus filii hominis: quia hominibus in securitate existentibus. & de nullo timẽtibus subito ueniet tribulatio Antichristi. uel secundum alios istud refertur ad tempus post mortem Antichristi: quia ipso mortuo. & per consequens hominibus in securitate existentibus subito apparebũt signa iudicii. & iudicis uenientis. tunc duo erunt in agro. unus assũmetur: & alter relinquetur etcetera. per existentes in agro intelliguntur Prelati quorum officium est laborare in agro militantis Ecclesie. per molentes in mola: ubi est magnus labor corporalis: intelligũtur actiui. per existẽtes in lecto. intelligũtur contemplatiui: qui sunt in requie contemplationis. De istis tribus dicitur. Vnus assũmetur alter relinquetur. & istorum trium statuum aliqui stabũt in fide in persecutione Antichristi: & aliqui cadent: & similiter adueniente iudicio aliqui assummentur ad gloriam: aliqui relinquentur ad penam. Vigilate ergo: Hic ex predictis excitat nostram sollicitudinem: quia enim tempus iudicii est incertum: Ideo semper debemus esse parati ad ipsum expectandum: quia in tali statu in quo aliquis capietur in morte que nobis etiam in certa est: ita in tali statu presentabitur in iudicio. Ad hoc autem adducit dupliciter exemplum. Primum est de patrefamilias: qui sollicitus est de custodienda domo: & multofortius nos debemus esse solliciti ne perdamus uitam eternam: quod erit si inueniamur imperati per carentiam gratie in morte: & hoc est quod dicit. Illud autem scitote etcetera. & patet littera. Secundum exemplum ponit ibi. Quisputas: de seruo patrisfamilias qui sollicitus est regere domum sibi commissam: non solum in presentia domini: sed etiam in absentia: ut sic ueniens dominus eum remuneret. Si autem in contrarius actibus ipsum inueniat eternaliter puniat. Iste autem seruus est quilibet Christianus qui est dispensator domini sui: quod potest intelligi dupliciter. uno modo in dispensatione spiritualium. quod proprie pertinet ad Prelatos. Alio modo in regimine temporalium quod pertinet ad Principes seculares: & Iudices. Tertio modo in bono usu graciarum sibi a deo collatarum: & per hoc pertinet ad omnes. hoc est igitur quod dicit. Quisputas est fidelis seruus etcetera. quem constituit dominus super familiam suam. Et potest responderi ut patet ex predictis. Hic est bonus Prelatus: uel bonus Iudex. uel etiam bonus simpliciter Christianus quia ut dicitur in Ecclesiastico cuilibet mandauit. Dominus de proximo suo: ut det cibum illi in tempore: id est auxilium in tempore necessitatis: ad quod quilibet predictorum tenetur ut uisum est Beatus ille seruus etcetera. quem cum uenerit dominus eius querens in morte rationem sui seruicii. inuenerit sic facientem: id est in actibus caritatis se exercentem. quia per talia meretur beatitudinem propter quod subditur Amen dico uobis super omnia bona sua constituet eum: quia beatitudo est status omnium bonorum agregatione perfectus: ut dicitur. tertio. de consolatione. Si autem dixerit ille malus seruus in corde suo moram facit dominus meus. Hoc dicunt illi qui non cogitant de morte Xpristi. & cepit percutere conseruos suos etcetera. id est occupare se in actibus malis. & caritati contrarius. Veniet dominus serui illius in die qua non sperat: Quia nihil est incertius hora mortis. Et diuidet eum: separando animam a corpore in morte. partemq; eius ponet cum Hypocritis: id est cum falsis Christianis separando ipsum a beatis & coniungendo condemnatis ibi. Erit fletus & stridor dentium: Hoc est supra expositum capitulo. tertiodecimo.

. Sequit Capitulum. XXV.

TVnc ſimile eſt regnum celorum. Data lege Euangelica. XXV .XIII.
Poſtq̃m Saluator oſtendit quedam antecedentia iudicium extremum : hic deſcribit ip̃m iudicium. Et quia uniuerſitaſ iudicanda diſtinguit́ in treſ ſtatuſ. uidelicet actiuorum: contemplatiuorú: & etiã prelatorum: ideo diuiditur in treſ parteſ: ſc̃dm treſ parabulaſ quaſ hic ponit ad iſtoſ treſ ſtatuſ pertinenteſ. Prima pertinet ad contemplatiuoſ. Secunda ad prelatoſ ibi. Sicut enī peregre. Tertia ad actiuoſ ibi. Cum autem uenerit filiuſ hominiſ. Prima in duaſ. quia primo circa uitam contemplatiuam ponitur meritum. Secundo ponitur circa hoc examinationiſ iudicium : ibi. Media autem nocte. Dicit igitur primo. Simile eſt reguum celorum id eſt Eccleſia militanſ quantum ad ſtatum cotemplantium. decem uirginibuſ. per quaſ ſignatur uniuerſitaſ contemplatiuorum. numeruſ enim denariuſ eſt primuſ digituſ: uel primuſ limeſ numerorum. unde & numeri ſequenteſ componuntur ex denario pluriеſ ſumpto : uel aliqua parte eiuſ: ſicut patet uiginti biſ decem. triginta ter decem. & ſic conſequẽter. ſimiliter undecim unum & decem. duodecim duo & decem. & ſic conſequenter. ꝓpter quod dixerunt aliqui Philoſophi q̃ numeri non ꝓcedunt in infinitum: ſed ſolum uſq; ad decem: ut habetur iii. Phyſicorum. & denariuſ numeruſ bene ſignificat uniuerſitatem. uirginitaſ autem que tenet ſupremum gradum in uirtute caſtitatiſ ſignificat uitam contemplatiuam. quia caſtitaſ eleuat mentem a carnalibuſ: & ſic diſponit intellectum ad contemplationem ueritatiſ: ſicut econtrario luxuria deprimit mentem: & cauſat hebetudinem intellectuſ: & ſic reddit hominem quaſi beſtialem. propter quod primo Ethicorum: uita uoluptuoſa uocatur uita pecudum. que accipienteſ lampadeſ ſuaſ. lampadeſ iſte ſunt opera uite contemplatiue que ſunt bona de genere. Exierũt obuiã ſponſo & ſponſe. ad hoc debet ordinari exercitiũ uite contemplatiue ut homo poſſit ſecure & decenter obuiare Chriſto uenienti ad iudiciũ: qui tunc coniunget ſibi Eccleſiam totaliter mundatam : non habentem maculam neq; rugam. quinq; autem ex eiſ erant fatue: & quinq; prudenteſ. prudentia enim eſt uirtuſ directiua operum humanorum in finem debitum. propter quod Apoſtoliſ & ſanctiſ dicitur auriga uirtutum. uirgineſ igitur prudenteſ ſunt contemplatiui ſeu religioſi opera ſua de genere bona ad finem debitum ordinanteſ. uidelicet ad gloriam dei principaliter: ad perfectionem ſui & edificationem proximi conſequenter. & quia fatuitaſ eſt priuatio prudentie contraria: ideo fatue uirgineſ dicunt̃ contemplatiui a predicto fine deuianteſ ꝓpriam gloriam & fauorem hominũ uel queſtum principaliter intendenteſ: & merito dicuntur uirgineſ fatue : quia bonum opuſ de genere perdunt : propter defectum intentioniſ recte. Sed quinq; fatue acceptiſ lampadibuſ nõ ſumpſeruut oleum ſecum. oleum iſtud eſt ſpirituale gaudium: quod oritur ex operibuſ boniſ factiſ ꝓpter deũ. de quo dicit Apoſtoluſ ad Phil. iii. gaudete in domino ſemper. hoc autem oleum non habent uirgineſ fatue propter defectum intentioniſ recte. licet habeant lampadeſ id eſt opera bona de genere. prudenteſ uero acceperunt oleum in uaſiſ ſuiſ: cum lampadibuſ. quia propter rectitudinem intentioniſ gaudent in domino de ſuiſ opibuſ boniſ. dicitur autem gaudium iſtud oleum: quia nutrit & fouet ignẽ caritatiſ: ex hoc enim q̃ aliquiſ delectetur in opere fortiuſ & meliuſ operatur ſecundum Philoſophum: & per conſequenſ diſponit́ ut ei maior caritaſ infundatur. moram autem faciente ſpõſo dormi omneſ & dormierunt. mora iſta eſt decurſuſ temporiſ ab aſcenſione Chriſti uſq; ad diem iudicii: quod tempuſ ꝓpter longitudinem uocatur hic mora. iam enī durauit per mille ducentoſ & ſeptuagintaquinq; annoſ. & reſiduum eſt nobiſ incertum. In hoc autem temporiſ interuallo moriunt́ oĩſ tam boni q̃ mali: que quidem morſ ſignificat́

hic per dormitionem : quia ita faciliter excitabunt a morte per Christum ad iudiciū uenientem. sicut homo purus excitat alium dormientem. Media autem nocte. Hic ponitur examinationis iudicium circa predicta opera contemplantium. Dicit igitur. media nocte. non est intelligendum per hoc ꝙ iudicium extremum sit celebrandum de nocte: sed de die: prout dicit Apostolus. 1. Cor. iii. dies domini declarabit. sed quia tempus iudicii est nobis occultum: ut patet ex precedenti ca. ideo hoc significatur p hoc quod dicitur. media autem nocte. quia illa que fiūt media nocte sunt hominibus occulta. clamor factus est id est uox Christi uel angelorum ad uocandum mortuos ad iudicium: ut dicetur infra eodem capi. tunc surrexerunt omnes uirgines ille. quia omnes resurgent boni & mali ut appareant in iudicio Christi. & ornauerūt lampades suas. Iste ornatus non est aliud q̄m recursus ad mentem cogitando de iusticia suorū operum & bonitate circumstantiarum. fatue autem sapientibus dixerunt date nobis etc. Ista petitio uana & responsio negatiua significant ꝙ nullus ad alium quantumcunq; iustum poterit recurrere pro auxilio habendo: nec aliquis quantumcūq; iustus poterit alium iuuare : sed sibi soli sufficiet iusticia sua. & hoc est quod subditur : ne forte non sufficiat nobis & uobis. ite potius ad uendentes. exprobratio est preterite fatuitatis: in hoc ꝙ bona opera de genere dederunt propter fauorem laudis humane quia uenditores olei secundum Augustinū sunt adulatores. quasi diceret. considerate quid ualuit uobis pro tali fauore continenter uiuere. dum autem irent emere: p hoc insinuatur remorsus proprie conscientie dicentis testimonium de predictis contra se. uenit sponsus. sponsus id est Christus ad remunerationē bonorum. & que parate erāt per opera caritate formata. intrauerunt cum eo ad nuptias id ē ad gloriam celestem alius relictis ad penam. & clausa est ianua. quia post iudicium non erit alicui aditus possibilis ad gloriam. propter quod subditur. nouissime id est nimis tarde: ueniunt & relique uirgines: dicentes: domine domine aperi nobis. per hoc ꝙ uocant eum dominū signatur ꝙ crediderunt in Christum. sed quia fides earum fuit informis: ideo subdit. At ille respōdens ait. Amen dico uobis: nescio uos. noticia. s. approbatiōis q̄ soli electi a deo cognoscuntur. & in fine huius parabole ad nostram instructionem cōcluditur. uigilate itaq; : ad habendum scilicet fidem formatam caritate. quia nescitis diem neq; horam : mortis scilicet. nec per consequens statum pro die iudicii: quia sicut dictum ē in tali statu presentabitur quilibet in iudicio in quo inuenietur in morte. Sicut enim homo pegre. Ponitur hic secunda parabola que pertinet ad prelatos. & primo circa statum eorum describit meritum: & demeritum proprie actionis. Secundo iudicium discretionis ibi: post multum uero temporis. Dicit igitur primo. Sicut homo pegre proficiscens. hmo iste est Iesus Christus qui licet secundum diuinitatem non possit proficisci de loco ad locum: quia sic est ubiq; semper & de necessitate: secundum tamē humanam naturam pegre profectus est quando in celum ascendit: quia locus ꝓprius omnium compositorum corporum ex elementis ubi naturaliter quiescunt est terra: ut habetur. ii. de Generatione. quia grauia elementa excedunt in eis secundum quantitatem molis. uocauit seruos suos id est prelatos Ecclesie qui speciali modo sunt eius serui. & tradidit illis bona sua. bona scilicet nature. bona gratie gratis date. bona scientie. bona potentie. & bona opulentie. & dicuntur talenta quia per bonū usum talium potest sibi acquirere celeste premium. uni dedit quinq; talenta etc. quia aliqui habent omnia ista a deo sibi collata. alii plura istorum: & alii unū tantum. ipse abiit etc. quia aliqui sunt qui ista talenta multiplicant & geminant bene utendo predictis ad sui perfectionem : & proximi edificationem. alii autem abscondunt in terrā: qui

predictis utuntur ad mundi gloriam & temporale lucrum seu questum. Post multū uero temporis. Hic ponitur circa predicta examinationis iudiciū. post multum tpis uenit dominus seruorum illorum. quia magnum tempus est ab ascensione Christi in celum usq; aduentum eius ad iudiciū: ut predictum est. & posuit rationem cum seruis eius. quia tunc districte exiget rationem de bonis ab eo collatis. bene operantes re/ munerando. propter quod sequitur. euge. interiectio est gaudentis. serue bone & fidelis. quarens in suis actibus gloriam domini non suam. quia in pauca fuisti fidelis. bona autem in hac uita collata homini parua sunt respectu bonorum glorie: quia ibi confertur homini bonum infinitum. propter hoc sequitur. Supra multa te consti/ tuam etc. accedens autem qui unum talentum acceperat. quia mali licet inuiti appa/ rebunt in extremo iudicio diuino aspectui. & ait domine scio quia durus es. tamē qa deus a seruis suis requirit opera ardua: scilicet opera uirtutis: tamen quia in iudicio durus erit. quia modo pius est & mansuetus. metis ubi non seminasti etc. hoc intelli/ gitur dupliciter. uno mō quia non solum requirit in prelatis Ecclesie bona in ꝓpria persona: sed etiam in aliena: quia eorum officium est inducere alios ad bonum. alio modo quia requirit ab homine opera meritoria uite eterne & tamen non seminauit in natura hominis principium sufficiens huius operis. homo enim ex puris naturalibus non potest mereri uitam eternam. immo contrarium dicere est heresis Pelagiane nō tamen deus iniuste requirit opera meritoria uite eterne: quia si homo faciat ꝙ in se ē deus infundit sibi gratiam per quam potest predictum opus exercere. & timens abiit & abscondit talentū. quia ex pusillanimitate aliqui refugiunt aggredi opera uirtutū & declinant ad uicia & ad sola terrena querenda curantes tantum de corpore & nullo modo de anima. propter quod sequitur. Ecce habes quod tuum est. quia aliqui ad tantam insaniam ueniunt ꝙ dicunt deus fecit animam cuius de ea si uoluerit. alii aūt presumentes credunt habere gloriam sine merito. dicentes. Deus non fecit animam pro damnatione: ipsam saluabit: & trahet ad se. Respondens autem dominus eius dixit ei. serue male & piger etc. ex uerbo suo eum condemnat: quia in iudicio consci/ entia uniuscuiusq; testificabitur contra se. sciebas quia meto etc. quasi diceret. ex quo sciebas me esse durum in repetendo multiplicationem talentorum tibi traditorum per exercitium bonorum operum: ex hoc te ostendis iuste condemnādum. propter quod sequitur. tollite itaq; ab eo talentum. quia bona diuinitus collata non cedent ad glo/ riam male operantibus uel otiosis: sed magis ad penam. & date ei qui habet decē ta/ lenta. quia damnatio reproborum cedet ad gloriam electorū: secundum qđ scribit̄ in psalmo. letabitur iustus cum uiderit uindictam etc. propter quod etiam sequitur. habenti dabitur: & habundabit: non solum de sua & aliorum glorificatione: sed etiā ad impletionē diuine iustitie in malorum reprobatione. ei autem qui non habet: & quod uidetur habere auferet̄ ab eo. quia ei qui nō inuentus fuerit in gratia in morte bona nature & gratie que habuit cedent ei ad penam. & inutilem seruum proicite in tenebras exteriores. peccatores enim non solum habent tenebras interiores que sunt tenebre mentis. In inferno autem habebunt cum hoc tenebras corporales que sunt tenebre exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium id est dolor mentis & corporis & ad ista reducitur omnis pena infernalis. Cum autem uenerit filius hominis. Hic po/ nitur tertia parabola que pertinet ad actiuos ad quos pertinet se exercere in actibus misericordie que pro exercitio remunerabuntur. desistentes aut a talibus condemna/ buntur. Dicit igitur. Cum uenerit autem filius hominis. licet enim idem sit filius dei & hominis facit tamen mentionem de filio hominis: quia in forma humana ueniet ad

iudicium. in maiestate sua. quia tunc apparebit in forma hominis gloriosa : qui in primo aduentu apparuit in forma passibili & infirma. & omnes angeli eius cum eo. tum propter honorem iudicis. tum propter executionē iudicii: quia ministerio sanctorum angelorum deducentur electi ad celum: per malos angelos reprobi trahentur ad infernum. tunc sedebit super sedem maiestatis sue. per hoc significat potestatem iudiciariam que data est Christo homini. & congregabuntur ante eum oēs gentes. quia nullus tunc poterit latere: & separabit eos abinuicem: quia iusticia cuiuslibet & malicia apparebit omnibus manifeste: & talis distinctio uocat̄ separatio: & cum hoc forte distinguent̄ secundum situm. sicut pastor segregat oues ab hedis. per oues intelliguntur iusti propter eorum innocentiam. per hedos reprobi propter eorum nequiciam. hedus enim quādo crescit est animal fetidum & luxuriosum. unde & in lege hircus offerebat̄ pro peccato Principis. ut habetur Numeri. ii. & statuet oues quidem a dextris id est in potioribus bonis: quia sancti transferentur ad gloriam. hedos aūt a sinistris: quia mali dimittentur ad penam. & quia sic forte erunt dispositi secundum situm in iudicio : quia dextera est locus honorabilior : & ideo conuenit electis. tunc dicet Rex his qui a dextris eius erunt. uenite benedicti patris mei id est a patre meo possidete id est eternaliter tenete paratū uobis regnum a constitutione mundi: quia a principio mundi factum est celum Empyreum: qđ est locus beatoꝝ. Esurui etc. Hic tanguntur sex opera misericordie que sunt necessaria ex parte corporis: & intelligitur per hoc septimum : quod est sepelire mortuos. Sufficientia autem istorum hoc modo accipitur. quia homo in uita presenti primo indiget ex parte corporis alimento sine quo non potest esse. & hoc alimentū duplex est. unum est calidum & siccū & hoc uocatur cibus. & sic unum opus misericordie est pascere esurientem. unde dicit Philosophus secundo de Anima ꝙ esuries est appetitus calidi & sicci. Et aliud est alimentum frigidum & humidum : & istud uocatur potus: & sic scđm opus misericordie est potare sitientem: & sic dicit̄ scđo de Anima ꝙ sitis est appetitus frigidi & humidi. Secundo indiget aliquo sine quo non potest bene esse : uidelicet indumento & domicilio in quo possit requiescere : & sic est dupliciter opus misericordie : scilicet uestire nudum: & colligere uel recipere hospitē. Tertio indiget post uitam istam sepultura & sic ponitur quintum opus misericordie: scilicet sepelire mortuū. Ista autem quinq; predicta sunt omnibus communia. Alia sunt duo opera misericordie que impendunt̄ alicui ex aliquo accedente superueniente: ut si aliquis incurrit infirmitatem uel capiat̄ ab hostibus: & sic accipiuntur duo opera misericordie que sunt uisitare infirmum : & redimere captiuum: & nomine redemptionis intelligitur oīe beneficiū eis impensum. Ista autem septem opera misericordie habentur in uno uersu.

Visito. poto. cibo. redimo. tego. colligo. condo.

Et patet sententia ex predictis. Ista autem septem impensa Christi fidelibus propter Christum sibi reputat totum factum. quia fideles sunt membra eius: & econuerso fidelibus denegata sibi reputat denegari. propter quod facientibus opera misericordie reddit uitam eternam: denegantibus aūt penam. ex istis patet littera. Aduertendum tamen quando dicitur. domine quando uidimus te esurientem etcet. non est questio procedens ex ignorantia: quia iusti certitudinaliter cognoscent ꝙ opera misericordie facta membris Christi Christus sibi reputat fieri: & pro talibus scient etiam certitudinaliter se saluari : & similiter mali scient se damnari pro contrario. Sed est questio admirationis ꝓ magnitudine gratie que fiet electis: & magnitudine miserie que infligetur reprobis. Considerandum etiam ꝙ hic non fit mentio de operibus misericordie

ex parte anime : quia illa pertinent pro maiori parte ad Prelatos ad quos pertinet alios instruere & dirigere in salutem. hic autem agitur de iudicio actiuorū: ut usum est. Cetera patent ex dictis.

.XXVI.

ET factum est. Postq̄ Matheus Euangelista in principio sui Euangelii declarauit personam mediatoris: & ulterius legem euangelicam ab eo datam ad instructionē hoīs transgressoris: hic consequenter describit ipsius mediatoris passionē per quam solutum est precium nostre redemptionis. Et diuiditur in duas partes. quia primo ostenditur maligna Christi comprehensio per explorationem Iudeorū. Scđo eius iniusta condemnatio per executionem gentilium. ca. xxvii. Prima diuiditur in quatuor partes. quia primo describit̄ Christi uenditio facta non ex eius ignorantia: sed magis ex prescientia & uoluntate. Secundo ipsius uenditi traditio non ex dispiscentia: sed ex caritate. ibi: prima autem die azimorum. Tertio ipsius traditi comprehensio non ex Xp̄i impotentia: sed ex sua mitritate. ibi: adhuc eo loquente. Quarto comprehensi illusio non ex eius iniusticia: sed ex humilitate. ibi. Principes aūt sacerdotum. Circa primum quattuor per ordinem ponuntur. Primū est ipsius uenditionis prenunciatio. Scđo ipsius uenditionis consultatio. ibi: tunc congregati sunt. Tertiū uenditionis occasio. ibi: cum autem esset Iesus. Quartum uenditionis modus & ordo. ibi: Tunc abiit unus ex duodecim. Circa primum considerandum q̄ ea que predicta sunt ca. precedenti predicauit Christus feria tertia ante passionem suā: & eadem die predixit discipulis suis passionem suam futuram post duos dies: sicut postea fuit completum. Ex quo patet q̄ non fuit ex ignorantia traditus: sed ex sua prescientia & uoluntate: ut dictum est. hoc est igit̄ quod dicitur hic: & factum est cum consummasset Iesus hos sermones omnes. qui continent̄ ca. precedenti. dixit eadem die scilicet discipulis in secreto: & non coram turbis. scitis quia post biduū pasca fiet id est immolabitur agnus paschalis: qui debebat immolari in uespere ferie quinte a quo incipiebat sollemnitas sequentis diei. & filius hominis tradetur. quia eadem nocte traditus est a Iuda Iudeis ut crucifigatur: quia ulterius Iudei tradiderunt ipsum Pylato ad crucifigendum. Tunc congregati sunt. Hic ponitur ipsius uenditionis consultatio que facta est feria quarta ante passionem. & tunc Iesus non uenit in Hierusalem: sicut fecerat alius tribus diebus precedentibus: sed mansit in Bethania ut daret Iudeis locum tractandi liberius de morte sua. & hoc est quod dicitur hic. tunc id est sequenti die: postq̄m Iesus dixit Apostolis uerba premissa. congregati sunt Principes sacerdotum. qui conceperant erga Christum rancorē & odium: ut patet ex premissis. Et seniores populi. isti erant iudices ordinarii de quibus supra dictum est. xv. capi. in principio. In atrium Principis sacerdotum qui dicebatur Caypbas. Iste est qui prius dederat Iudeis consilium de morte Xp̄i: ut habetur Iohannis undecimo. Et consiliū fecerūt ut Iesum dolo tenerent & occiderent. prius enim determinauerant ipsum interficere. sed consiliū querebant de modo faciendi qualiter possent facere occulte & sine populi sedetione. & hoc est quod subdit̄. dicebant autem nō in die festo id ē in sollemnitate paschali imminenti de pximo: ut usum ē. ne forte tumultus fieret in populo. multi enim propter sollemnitatē paschalem uenerant in Hierusalem: & quia aliqui reputabant Iesum esse uerum Xp̄m. Alii autem seducti a sacerdotibus reputabant eum Magum: & ideo si occideretur durante sollemnitate paschali timebant periculosam seditionem populi: propter quod consolebant mortem eius usq; post festum deferri. tamen istud consilium postea mutauerunt: quia inuenerūt opportunitatem eum capiendi per Iudam: ut dicetur infra. Cum autem esset Iesus. Hic ponit̄ uenditionis

Christi occasio. Iudas enim cupidus motus fuit ad uenditionem Christi ut posset re/
cuperare per hoc ualorem ungenti super caput eius effusi. & hoc est quod dicit. cum
esset Iesus in Bethania. Istud fuit factum sexta die ante passionem Christi: ut habet
Iohannis quartodecimo. Sed hic recolitur a Matheo: quia fuit occasio uenditionis
Christi: ut dicetur infra. In domo Symonis leprosi. Iste enim tunc nō erat leprosus
quia iam fuerat curatus a Christo. retinuerat tamen nomen leprosi: sicut Matheus
post uocationem ad statum Apostolicum adhuc uocabatur publicanus: ut dictum est
supra decimo capi. Accessit ad eum mulier. Ista fuit Maria soror Lazari: ut dicitur
Iohannis duodecimo. habens alabastrum id est uasculum factum de alabastro : qđ
est genus marmoris candidi: quia tale uasculum optime conseruat ungenta in terra
illa. & hoc est quod dicitur. ungenti preciosi id est contentiuū ungenti. aduertendum
tamen q̄ ungentū hic uocatur lachryma fluens de arboribus aromaticis que ē multū
preciosa in terra illa. quia ualet ad multa medicinalia. & effundit super caput ipsius.
sicut effunditur aqua rosacea propter refrigerium & odorem. recumbentis id est se/
dentis in mensa: quia faciebant magnum festum Christo & discipulis eius & Lazarus
qui fuerat resuscitatus ab eo erat unus de recumbentibus: sicut habetur Iohannis. xii.
Videntes autem discipuli eius: indignati sunt. Hic ponitur plurale pro singulari: se/
cundum communem modum loquendi q̄ unus de aliqua societate facit : tota societas
dicitur facere. solus enim Iudas murmurauit : ut habetur expressius Iohannis. xii.
uel si forte aliqui cum eo murmurauerunt fuerunt ab eo incitati. dicentes ut quid p/
ditio hec. reputabat enim Iudas ungentum perditum propter hoc q̄ non habebat
apud se precium. potuit enim uenundari multo. Istud expressius ponitur Iohannis
duodecimo: ubi dicitur q̄ poterat uendi pro trecentis denariis & dari pauperibus: nō
dicebat hic Iudas compatiens pauperibus: ut habetur Iohannis duodecimo. sed quia
dolebat q̄ ungentum non fuerat sibi traditum ut eius precium sibi retineret & fura/
retur. Scies autem Iesus cogitationē: scilicet malignam Iude. ait quid molesti estis
huic mulieri? quasi diceret : sine causa. cuius ratio subditur. opus enim bonum opata
est in me: nam pauperes semper habetis uobiscum. quasi diceret: semper potestis re/
cuperare ad faciendum illis elemosinā: me autem semper nō habebitis. Sed contrariē
uidetur Marci ultimo : ubi dicit discipulis suis: ecce uobiscum sum usq; ad consuma/
tionem seculi. Sed hoc intelligitur de esse cum hominibus per gratiam: & etiā sacra/
mentaliter in sacramento altaris: sed istis modis non possunt corporalia obsequia sibi
exhiberi. Sequitur. Mittens hoc ungentū in corpus meum ad sepeliendum me fecit.
quasi diceret: in hoc facto prefiguravit sepulturam meam futuram de propinquo. uñ
Iohannis duodecimo q̄ precepit partem ungēti ad sepulturam suam reseruari. unde
credendum ē q̄ hec mulier hoc fecit edocta a spiritu sancto. Sequit. Amen dico uo/
bis: ubicūq; predicatū fuerit hoc Euangelium in toto mundo. hoc est factum huius
mulieris pertinens ad Euangelium Christi. dicetur & q̄ hoc fecit in memoriam eius
id est ad laudem eius recitabitur tanq̄m factum uirtuosum: & hoc patet adimpletū.
Tunc abiit unus. Hic consequenter describitur uenditionis Christi modus & ordo. &
primo quentum ad tempus cum dicitur. tunc id est feria quarta : quando Principes
sacerdotū fuerunt congregati ad tractandum de morte Christi: ut dictum est. Abiit
unus de duodecim id est ex principalibus Christi discipulis. qui dicebat Iudas Scha/
rioth. hoc dicitur ad differentiā alterius Iude: qui fuit frater Iacobi minoris. Et no/
tandum q̄ Scarioth est nomen ville de qua fuit oriundus Iudas proditor. propter
quod inde cognominabatur. ad Principes sacerdotum. quos audierat congregatos

ad tractandum de morte Xp̃i. quid uultis mihi dare & ego uobis eũ tradam. occulte scilicet: & sine strepitu. propter quod mutauerunt consilium predictum. At illi con/ stituerunt et.i. ex pacto firmiter promiserũt. triginta argenteos. argenteus nũmus uelebat decem nummos usuales. & per consequens. xxx. argentei ualebant trecentos de nũmis usualibus ut patet manifeste si multiplicentur. xxx. per decem: & sic in uẽ/ ditione Christi recuperauit ualorem predicti ungenti. & ex inde querebat opportu/ nitatem scilicet temporis & loci. ut eum traderet scilicet occulte: quod adimpleuit in nocte diei sequentis: ut infra patebit. Prima autem die Azimorum. Hic describitur ipsius Christi uenditi traditio. ubi quattuor tanguntur. quia primo premittit̃ pascale conuiuium ad proditoris reuocationem. Secundo instituitur eukaristie sacramentũ: ibi: cenantibus autem. Tertio predicitur discipulorum scandalum ad ipsorum con/ firmationem. ibi: tunc dixit illis. Quarto subiungitur Christi desiderium ad nostram redemptionem. ibi: tunc uenit Iesus. Dicit ergo sic. Prima autem die Azimorum. Ista dies fuit feria quinta que erat uigilia pasce in qua immolabatur agnus paschalis ad uesperam illius diei: que erat dies quartadecima primi mensis. & tũc tenebantur uesci panibus Azimis usq; ad uesperam uicesimeprime diei huius mensis. ut habetur Exodi duodecimo. Aduertendum tamen q̃ Greci dicũt Christum cenasse cum discipulis suis ante passionem suã tertiadecima die p̃mi mensis: ita q̃ anticipauit immolationi agni paschalis per unam diem. quia preuidebat se passurum in crastinum: quando debebat agnus immolari secundum legem. hoc autem p̃bant ex Euangelio Iohannis. xviii. ubi dicitur q̃ Iudei ducentes Christum ad Pylatum non intrauerunt pretoriũ ut nõ contaminarentur & manducarent pasca. ex quo concludunt q̃ eadem die passus est in qua immolabant agnum paschalem: scilicet quartadecima die primi mensis. & per consequens die tertiadecima cenauit cum Apostolis. ex quo ulterius concludunt q̃ Christus confecit corpus suum in pane fermentato: quia Iudei nõ uescebant̃ Azimis ante uesperam quartedecime diei: ex quo ulterius in tantam insaniam prorumpunt q̃ dicunt Matheum Marcum & Lucam falsum scripsisse: quia scribunt Christum cenasse cum Apostolis prima die Azimorum in quo agnus paschalis immolabat̃. ꝓpter quod dicunt ulterius q̃ Iohannes qui scripsit posterior in hoc correxit eos duodecimo ca. dicens: ante diem festum pasce etc. ubi consequẽter agitur quomodo lauit pedes discipulorum suorũ & eadem nocte traditus est. Sed ista sunt falsa & erronia: dicere enim q̃ in scriptura canonica sit aliquid falsum: erroneũ est: cum sit tradita a spiritu sancto. & iterũ si concedatur esse falsa in aliquo loco: ꝑ consequens nõ potest habere aliquid firmitatis in aliis locis ut arguit Augustinus in epistola ad Hieronymũ. Item q̃ dicunt Christum confeciss̃e in fermentato: hoc est contra Chrisostomum qui fuit doctor Grecus qui dicit super Mat. aptissime dominus demonstrauit quia a principio circumcisionis sue usq; ad diem pasce extremum non erat cõtrarius diuinarum legum. In lege autem precipiebatur q̃ carnes agni paschalis comederent̃ cum panibus Azimis ergo in illa cena ultima in qua confecit corpus suum erant panes Azimi: & propter hoc bene scribit Mat. qui scribit: prima dies Azimorum etc. Quod autem arguunt de Iohanne qui dicit q̃ Iudei non introierant pretorium ne impedirentur a mandu/ catione pasce. Dicendum q̃ pascha non accipitur ꝑ agno paschali: qui fuerat immo/ latus nocte precedent: sed hoc Azimis panibus quibus utebantur septem diebus ad quorum comestionem requirebatur q̃ homo esset mundus. Ad secundum q̃ arguunt de Euangelio Iohannis. xii. ante diem pasce etc. D cẽdum q̃ quintadecima dies mẽsis primi illa erit dies festiuitatis paschalis que tamen festiuitas incipiebat a uespere diei

precedentis. & propter hoc Iohannes uocat illam diem festum pesche: & illa eadem incipiebant comedere Azimos panes in uespere: ut patet ex predictis. ex quo patet q̄ Iohannes non contradicit alijs: sed magis conuenit cum eis. Sequitur. ubi uis paremus tibi comedere pascha? id est agnum paschalem. at Iesus dixit ite in ciuitatem ad quendam. Mat. sic loquitur generaliter: quia Christus non expressit illis nomen illius ad quem debebant ire: tamen dedit eius signum per quod poterant determinate cognoscere: secundum qđ habeť Marci nono: ubi dicitur sic: occurret uobis homo lagenam aque baiulans: sequimini eum & quocūq; introierit dicite domino domus etc. tempus meum scilicet patiendi prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. q̄si diceret proinde mihi de loco & cibo. unde credit̄ q̄ ille erat discipulus Christi occultus tamen. patet etiam q̄ Christus ita pauper erat q̄ nec domicilium habebat nec unde posset cibum paschalem emere. Sequitur. Vespere autem facto. quia illa erat hora comedendi agnum paschalem. discumbebat cū duodecim discipulis suis. ex quo patet q̄ quantū erat in se reuocabat proditorem a malo cum esset unus ex duodecim. & tñ illum non repulit a conuiuio agni paschalis: licet eius proditio non lateret eum. Et edentibus illis. Hic secundo reuocat proditorē dolore predicendo coram eo passionē suam que debebat esse discipulis suis materia doloris. & hoc est quod dicit. amen dico uobis quia unus uestrum id est duodecim discipulorum principalium. me traditurus ē. & contristati sunt ualde. nō solum ꝓpter mortem magistri sui futuri cōtristati sunt: sed quia quilibet timebat de se ne esset ille qui debebat eum tradere: propter qđ ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine? quia quilibet debet sibi timere de futuro peccato: quantumcunq; sit sanctus. At ille respondens ait: qui intingit mecū manum in parapside hic me tradet. per hoc non potuerunt perpendere quis esset determinate: quia omnes comedebant in eodem uase in quo erant carnes agni paschalis posite. filius quidem hominis uadit. ad passionem scilicet sicut scriptum est de eo Esa. quinquagesimotertio. ubi dicitur sic. tanq̄m ouis ad occisionem ducetur etc. Danielis nono. post hebdomadas. lxii. occidetur Christus. & in pluribus aliis locis simile habetur. Ve autem. Hic reuocat proditorem timore predicendo ei penam damnationis sue dicens. ue autem homini illi per quem filius hominis tradetur: bonum erat illi si natus non fuisset homo ille. minus enim malum hic accipitur pro bono. minus autē malum est non esse simpliciter q̄m esse damnatum: quia & si non sit minus malum ratione pene adiuncte que non priuat totum esse creatum tamen minus malum est ratione culpe mortalis que inseparabiliter adheret damnatis: & ipsa non solum priuat quoddam esse creatum sicut pena: sed etiam priuat bonum infinitum seu diuinum. propter quod esse miseria culpe mortalis eternaliter hoc est peius q̄m sic non esse simpliciter. Respondit autem Iudas. Hic quarto reuocat proditorem pudore: quia illi ostendit se suam proditionem cognoscere. & hoc est quod dicitur. Respondit aūt Iudas qui tradidit eum: nunquid ego sum rabi. si enim Iudas aliis de hoc querentibus tacuisset reddidisset se eis suspectum. ait illi tu dixisti. & in hoc delictum suum aliis non publicauit: sed conscientie Iude significauit se eius delictum. scire enim poterat per hoc uerbum mentem Iude sic mouere quod alios latebat. Cenantibus. Hic instituitur eukaristie sacramentum ad dominice passionis recordationem. & diuiditur in tres partes. quia primo describitur huius sacramenti institutio. Secundo predicit̄ immortalis uite inchoatio. ibi: dico autem uobis. Tertio pro utroq; redditur gratiarū actio. ibi: & hymno dicto. Circa primum aduertendum q̄ istud sacramentum sub duplici specie institutum est: scilicet panis & uini. quia panis conuertitur in corpus

Xp̄i : unum in sanguinem. & iste conuersiones fiunt separatim : quia sanguis Xp̄i fuit separatus a corpore uel carne in passione. hoc autem sacramentum ut ē dictum: est quasi quoddam memoriale illius passionis: & ideo consecratio carnis & sanguinis fit sub speciebus distinctis. considerandum tamen q̄ sub utraq; specie est totus Christus: quia sub specie panis est tantum corpus ex ui conuersionis uel sacramenti. sanguis aūt & anima & diuinitas sunt ibi ex communicantia naturali & inseparabili. similiter sub specie uini sanguis tantum est ibi ex ui sacramenti. cetera autem ex communicantia: ut diffusius tractatur quarto Sententiarum. Dicit ergo : cenantibus illis etc. id est post q̄m comederant carnes agni paschalis anteq̄m surgerent de cena. accepit Iesus panem etc. quia ubi terminatur figura ibi debet incipere ueritas. agnus autem pa/ schalis erat figura huius sacramenti: & ideo institutum est post comestionem agni. & benedixit. In hoc dedit nobis exemplum q̄ ante sumptionem huius sacramenti debet mens eleuari in deum. ac fregit deditq; discipulis suis. inter quos erat Iudas ut dicunt sancti communiter: licet Hyllarius dicat contrarium. Ratio autem quare Christus dedit ei corpus suum fuit: quia peccatum eius erat discipulis aliis occultum & propter hoc in Ecclesia obseruat̄ q̄ peccatori occulto eukaristia nō negatur. & ait: accipite & comedite : hoc est corpus meum. si enim uerbum Christi tante est uirtutis q̄ fecit de nihilo omnem creaturam non est mirum si unam creaturam conuertit in aliam. & accipiens calicem: separatim consecrauit sanguinem a corpore ratione predicta. gra/ tias egit. eadem ratione sicut in consecratione corporis dictum est. Sequitur. hic est sanguis meus noui testamenti : id est ad confirmationem noui testamenti. quia sicut uetus testamentum confirmatum est in sanguine animalium immolatorum: ut habet̄ Exo.xxiiii. Ita nouum testamentum sanguine Christi confirmatum est in quo ap/ paret excellentia noui testamenti respectu ueteris ut arguit Apostolus ad Hebreos nono. qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. dicit autem: p multis. quia sanguis Christi pro omnibus effusus fuerit quantum ad sufficientiam quantū ad efficaciam nō effusus pro omnibus. Dico autem. Hic consequenter predicit̄ eterne uite inchoatio: quia perceptio huius sacramenti dat uitam eternam: secundum quod dicit Saluator Iohan. vi. qui manducat meam carnem & bibit meum sanguin̄ habet uitam eternam. dico autem uobis non bibam amodo id est ab hora qua instituit hoc sacramentum. de hoc gemine uitis. hoc est de uino quod generatur in uite: usq; in diē illum quo illud bibam uobiscum nouum id est nouo modo. hoc fuit impletum quādo post resurrexionem suam comedit & bibit cum Apostolis ad declarationem sue resur/ rectionis: ut habetur Luce ultimo. & tunc bibit nouo modo: quia corpus suum nō erat tunc passibile & mortale. sed glorioso nō indigens cibo uel potu. sed solum co/ medebat ad declerandum ueritatem sue resurrectionis: ut dictum est. in regno patris mei id est ego tunc existens in regno patris mei bibam uobiscum modo predicto. licet enim Xp̄s fuerit beatus ex parte anime ab instanti conceptionis. ex parte tñ corpis erat uiator & passibilis ante resurrectionem suam : sed completa resurrectione fuit beatus in anima & corpore. Et hymno dicto. Hic consequenter ponit̄ p predictis gratiarum actio. dicit ergo: & hymno dicto: id est cantico diuine laudis. dictis. pro sacramenti institututiōe & noue uite denuutiatiōe scilicet in loco ubi ista erant facta exierunt in montem Oliueti. hoc est uersus montem Oliueti. quia locus ad quē Xp̄s exiit & in quo fuit captus erat situs in pede montis: ut dictum est. Tunc dixit illis. Hic predicit discipulorum scandalum ad eorum premunitionem. & primo predicitur in generali respectu omnium. Secundo in speciali respectu Petri. ibi: respōdens aūt.

Dicit ergo: omnes uos scandalum patiemini id est ruinam in peccatum. in me: id est recedentes a me propter timorem humanum. in ista nocte. futura enim contingētia predicit eis certitudinaliter & determinato tempore: ut cognoscant ipsum esse deum: qui potest talia cognoscere propria uirtute. scriptum est enim Zacha. xiii. percutiam pastorem id est Christum. & dispergentur oues id est discipuli ex timore fugientes. Aduertendum tamen q̄ Zacharie tertiodecimo: mutanť uerba: licet sit eadem sententia: quia ibi ponitur prophetia ac si prophetia loquatur ad dominū dicens. percute pastorem etc. hic autem ac si dominus loquatur dicens: percutiam pastorem etc. qa idem est uerbum domini & Prophete: licet diuersimode. ipsius domini principaliter: ipsius Prophete instrumentaliter. post q̄m aū t surrexero: hoc addit ad consolationē eorū: ut qui audita eius morte erant desolati: audita eius futura resurrectione essent aliqualiter consolati. precedam uos in Galileam: non solum promittit eis uisionem suam in beatitudinem & in loco multum distanti: sed propinqua regione: scilicet in Galilea. Respondens autem. Hic specialiter predicit scandalum Petri. respondens autem Petrus. quia erat ceteris feruentior ait illi. si omnes scandalizati in te etc. in hoc non mentiebatur: quia sic habebat in mente. sed presumptuose loquebatur non considerans debilitatem fragilitatis sue: propter quod grauius permissus est ceteris cadere. & iterum quia futurus erat pastor Ecclesie ut ex suo casu sciret aliis condescendere. ait illi Iesus. amen dico tibi quia ante q̄m gallus cantet ter me negabis. Mar. quartodecimo. dicitur expressius. ante q̄m gallus bis uocem dederit ter me es negaturus. Augustinus libro de concordia Euangelistarum dicit q̄ tertia negatio Petri fuit incboata etiam ante primum cantum galli. ante q̄m tamen esset consummata gallus cantauit. quia negatio secundū totalitatem suam accepta habet aliquem tractū temporis. In hoc enim includitur uerbum illorum qui dicebāt Petro. tu ex illis es: & argumentum quod adducebant ex loquela eius: & negatio Petri sequens: & sic q̄ bene potuit incohari illa negatio ante q̄m gallus primo cantaret & post terminari. Math. igitur Lucas & Iohannes qui dicunt Petrum ter negasse Christum ante primū galli cantum loquuntur habendo respectum ad negationis incohationem. Mar. autem qui dicit tertiam negationem Petri esse post primum galli cantum: & ante scd̄m loquitur habendo respectum ad negationis consummationem. ait illi Petrus & si oportet etc. Petrus & alii discipuli hoc dicendo non dixerunt mendaciū: quia sic cogitabant fore dixerunt tamen falsum: quia contrariū accidit. Tunc uenit Iesus. Hic cōsequēter ostenditur Christi desiderium ad nostram redemptionem. qd̄ ostendit tripliciter Xp̄s. Primo anxiando. Secundo orando. ibi: & progressus pusillum. Tertio proditori occurrendo ibi: ecce appropinquauit. Circa primum aduertendum q̄ anxietas animi est passio causata ex apprehensione magni mali de proximo imminentis impossibilis ad euadendum. Christus autem uidebat mortem acerbissimam sibi de proximo imminentem non euasibilem: quia sciebat hoc eē determinatū a deo patre: a cuius determinatione nō poterat declinare cum non posset peccare. ista tñ necessitas libertatem arbitrii non tollebat: igit̄ ex tali morte sic imminente Xp̄s habebat materiā maxime anxietatis. Item pars sensitiua non alleuiabatur a tali anxietate ex contemplatione seu promptitudine uoluntatis que erat in superiori parte anime: quia diuina uirtute fiebat ut ex superiori parte anime nō ferret influentia inferiorē ut sic esset ibi dolor partis sensitiue maximus ad nostram redemptionem: ex quo igitur ex tali anxietate Christus non fugiebat: sed magis uenit ad locum ubi proditorem uenturum sciebat. ostenditur desiderium ad nostram redemptionem: & hoc est quod dicitur hic: tunc

uenit Ieſus cum illis id eſt cum diſcipulis ſuis. in uillam que dicitur Gethſemani. illa enim uilla erat ſita in pede montis Oliueti: & propter hoc dicitur Luce uicesimoscdo q uenit in montem Oliuarum. in fine etiam illius ville erat quidam ortus contem/ plationi aptus: & illuc intrauit Ieſus ut dicitur Iohannis decimooctauo: & eſt ultra torrentem Cedron ut ibidem dicitur: quia uallis Ioſaphat eſt intermedia inter montē Oliueti & ciuitatem Hieruſalem. torrens autem Cedron currit p medium illius uallis & ſic patet q Euangeliſte concordant de loco: licet diuerſimode ipſum nominent. & dixit diſcipulis ſuis ſedete hic. dixit octo Apoſtolis: quia Iudas nō erat ibi & treſ secū duxit. Vnde sequitē. & aſſumpto Petro & duobus filius Zebedei. iſti enim treſ erāt magis familiares ipſi Chriſto & ad eius ſecreta magis admittebantur q̄m alii. ratio aūt tacta eſt ſupra decimoſeptimo. cepit contriſtari & meſtus eſſe. hoc fuit ad oſtenden/ dum ueritatem humane nature. & q iſta triſticia fuerit maxima ſubditur. triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. & poteſt ly uſq; accipi dupliciter. uno mō intenſiue quia tantum intenſa erat quantum poterat eſſe: ut uiſum eſt. Alio modo extenſiue: quia durauit uſq; ad horā mortis. ſuſtinete hic & uigilate mecū tanq̄ amici ſpeciales q debēt in anguſtiis amicis aſſiſtere. Et progreſſus. Hic oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem: quia per orationem offerebat ſpiritum deo patri pro nobis: que quidem oratio oſtenditur perfecta: quia ſolitaria: cum dicit. & progreſſus pu/ ſillum. recedens aliquantulum a predictis tribus Apoſtolis: quia oratio eſt eleuatio mentis in deum. quod melius fit quando homo eſt ſequeſtratus ab aliis. Secundo quia humilis: quod notatur cum dicitur. procidit in faciem ſuam. Tertio quia deuota cū dicit: pater mi. Quarto quia recta: quia nō ultra contrarire predeſtinationi diuine qđ notatur cum dicitur. ſi poſſibile eſt tranſeat a me etc. ſed uoluntatē ſuam ſuppōit dicens. uerumtñ non ſicut ego uolo ſed ſicut tu. Quinto caritatiua: quia in agonia mortis poſitus dulciter ſuos diſcipulos uiſitabat. Vnde ſequitur. & uenit ad diſcipulos etc. & dixit Petro. quaſi diceret non oſtendis tantū feruorem facto quantū uerbo. Sequitur. uigilate & orate ut non intretis in temtationem: id eſt ut non ſuperemini a temtatione de proximo imminente: ſicut fuerunt poſtea ſuperati. ſpiritus quidem promptus eſt. ad dicendum ſcilicet q eſtis parati p me mori ut patet ex precedentibus. caro autem infirma: ad ſuſtinendum imminentem temtationē. hoc autem dixit Xp̄s quia Apoſtoli dixerant ex magno ſpiritu prius mortem ſubire: q̄ ipſum negare. cuius tamen contrariū fecerunt in pulſu carnali. Item ſecundo abiit & orauit etc. ubi iterat ſermonem etcet. oſtendens q oratio debet eſſe continua. ſimiliter iterat uiſitationem diſcipulorum ſuorum: quia opera caritatis debent eſſe coniuncta orationi. & relictis illis iterum abiit & orauit etc. ter orationē replicat ſicut ter fuerat temtatus: ut ſupra patuit quarto ca. ut liberet nos primo a malis preteritis per ueniam. Secundo a pre/ ſentibus per tutelam. Tertio a futuris per cautelam. tunc uenit ad diſcipulos ſuos. ter diſcipulos ſuos uiſitat ſicut ter orat ratione predicta. & dixit illis quaſi compatiens eis propter temtationem eis de proximo imminentem. dormite iam & requieſcite. q̄ſi. d. parum poteritis hoc facere. Ecce appropinquauit. Hic tertio oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem: quia non ſolum proditorem cum turba uenti/ entem expectauit: ſed etiam occurrit eis: ut habetur Iohannis quartodecimo. & hoc eſt quod dicitur hic. ecce appropinquauit hora. poſtq̄m enim dixerat diſcipulis ſuis dormite iam & requieſcite: ut predictum eſt: dimiſit eos aliquantulum requieſcere. poſtea cum ſciebat Iudam appropinquantem dixit eis ſufficit: ut habetur Mar. xiiii. & tunc euigilauit eos: dicens: ecce appropinquauit hora etc. ſurgite eamus obuiam:

Iude ſcilicet proditori. Adhuc eo loquente. Hec eſt tertia parſ principalis huius ca. ubi deſcribitur ipſius Chriſti traditi comprehenſio. ubi tria deſcribuntur per ordinē. Primum eſt ipſius Iude fraudulentia. Secundum Chriſti patientia. ibi: & ecce unus. Tertium diſcipulorum ignauia. ibi: tunc diſcipuli. Circa primum dicitur ſic. Adhuc eo loquente: ſcilicet Chriſto cum diſcipulis ſuis. ecce Iudas unus de duodecim id eſt de principalibus Chriſti diſcipulis. uenit & cum eo turba multa cum gladiis etcet. talem autem turbam adduxit ne forte alii credentes in Chriſtum ipſum uellent eripere. Se/quitur. qui autem tradidit eum dedit eis ſignum etc. hoc autem fecit ne loco Chriſti caperent Iacobum minorem qui erat ſimilis Chriſto in facie: propter quod dicebat̄ ſpecialiter frater domini. Sequitur. Et oſculatus eſt eum. in qua apparet maxima Chriſti manſuetudo qui non negauit oſculum proditori ſuo. dixitq; ei. Amice ad qd uenisti? quaſi diceret: tu oſtendis amicitiam ſigno & agis proditionem de facto. qd̄ patet ex hoc qd̄ ſequit̄: tunc acceſſerunt: illi qui erant in comitiua Iude. & manus iniecerunt in Ieſum: uiolentas quantum erat ex parte ipſorum. & tenuerunt eum. quando enim uoluit tentus eſt & non ante. Et ecce unus. Hic deſcribit̄ ipſius Xp̄i patientia. & hoc dupliciter. Primo facto. Secundo uerbo. ibi: in illa hora. Pati/entia autem Chriſti facto oſtenditur in hoc q̄ diſcipulos ſuos prohibuit a defenſione; & hoc eſt quod dicitur: & ecce unus ex his qui erant cum Ieſu: iſte fuit Petrus: ut habetur Iohannis decimonono. extendens manum exemit gladium ſuum. habebant enim duos gladios: ut habetur Luce uicesimoſecundo. quos credo fuiſſe duos cultel/los magnos quibus uſi fuerant in deciſione agni paſchalis. & percutiens ſeruum Pon/tificis ſacerdot. amplius au. etus. quem tamē Chriſtus ſanauit tactu ſuo: ut habetur Luce uicesimoſecundo. & in hoc adimpleuit Chriſtus quod predixerat Matthei qnto benefacite his qui oderunt uos. tunc ait illi Ieſus. conuerte gladium tuum in locū ſuū prohibendo defenſionem armorum. & ad hoc inducit multiplicem rationem. Prima ratio tangitur. ibi: omnes enim qui gladium acceperint gladio peribunt. gladiū enim accipit qui eo utitur ad uindictam propria autoritate: & hoc eſt illicitū. gladio aūt utitur ſibi tradito qui eo utitur ad punitionem malorum zelo iuſticie: ſicut Principes qui autoritatem habēt a deo quia in hoc principes miniſtri dei: ut dicit Paulus Apo/ſtolus: & ſimiliter miniſtri ad hoc a principibus conſtituti. Secundā rationē aſſignat cum dicit. an putas quia non poſſum rogare patrem meum? quaſi diceret: per aliam uiam poſſem euadere ſi uellem. & exhibebit modo mihi plus q̄m duodecim legiones angelorum. legio autem una cōtinet ſex milia ſexcentos ſexagintaſex. Aduertēdum tamen q̄ Chriſtus non dicit hoc propter hoc q̄ indigeret auxilio angelorum: ſed ma/gis econuerſo ip̄i indigent ſuo auxilio: ſed ut oſtendat q̄ plurimis modis poterat eua/dere. Tertiam rationem aſſignat cum dicit. quomodo ergo implebuntur ſcripture? ſcripture enim diuinitus reuelate loquuntur expreſſe de paſſione Chriſti: ut patet Eſa. liii. & Danielis nono. & in pluribus aliis locis que non implerentur niſi Chriſtus pateretur quod eſt inconueniens cum ſint deriuate a prima ueritate. propter quod ſubditur: quia ſic oportet fieri. quia exquo aliquid eſt ſecundum predeſtinationem a deo predictum oportet illud impleri. ibi enim eſt neceſſitas conſequentie non tamē conſequentis: quia diuina preordinatio non tollit contingentia a rebus. In illa hora. Hic oſtenditur Chriſti patientia uerbo: quia non impatienter ſed rationabiliter allocutus eſt turbam ipſum comprehendentem. tanq̄m ad latronem exiſtis cū gladiis & fuſtibus comprehendere me. quaſi. d. ſine cauſa feciſtis hoc. cuius cauſam aſſignat dicens. cottidie id eſt frequenter. apud uos id eſt in loco in quo habetis poteſtatem.

ſedebam: pacifice & ſine armiſ. quaſi diceret tũc potuiſtiſ me comprehendere. ſequitᵉ hoc autem totum factum ut implerentur ſcripture Prophetarum. quia ſcriptũ erat de eo ꝙ tractaretur ſicut malefactor & latro Eſa. quinquageſimotertio. cũ ſceleratiſ reputatuſ eſt. Tunc diſcipuli. Hic deſcribitur diſcipulorum Chriſti ignauia. & ꝑmo omnium in generali: cum dicitur: tũc diſcipuli omneſ relicto eo. i. Chriſto magiſtro ſuo. fugierunt: omneſ timore ꝑterriti: & dimiſerunt magiſtrum ſuum: ſicut latronẽ deduci. proptor quod ſequitur. At illi tenenteſ Ieſum duxerunt eum ad Cayphã. licet enim primo fuerit ductuſ ad Annam: ut dicitur Iohanniſ decimooctauo. tamen Matthеuſ de hoc non facit mentionẽ: quia non fuit ibi ductuſ niſi propter quãdam reuerentiam: quia erat ſocer Cayphe: ut ibidem dicitur. ubi ſcribe id eſt legiſ periti: & ſenioreſ populi id eſt iudiceſ ordinari: ut ſupra uiſum eſt ca. quintodecimo. cõue/nerant ad examinandum & Iudicandum Chriſtum. Petruſ autem. Hic ponitur ignauia Petri in ſpeciali: cum dicitur: ꝙ ſequebatur eum a longe: quia timebat ne perciperetur eiuſ diſcipuluſ. Sequitur. & ingreſſuſ intro. qualiter autem ingreſſuſ fuerit dicitur Iohanniſ decimooctauo: ſcilicet per impetrationem alteriuſ diſcipuli: qui erat notuſ Pontifici. ut uideret finem. licet autem non auderet Chriſtum confi/teri ſeu defendere: uolebat tamen uidere quid finaliter fieret de eo. Principeſ. Hec eſt quarta parſ principaliſ huiuſ ca. in qua deſcribitur ipſiuſ Chriſti apprehenſi illuſio ubi quattuor tanguntur per ordinem. Primum eſt eiuſ accuſatio maligna per falſoſ teſteſ. Secundum accuſati iniuſta condemnatio per maloſ Iudiceſ. ibi: & ſurgenſ. Tertium condemnati uituperatio per malignoſ apparitoreſ. ibi: tunc expuerunt. Quartum Petri negatio per treſ uiceſ. ibi: Petruſ autem ſedebat. Circa primũ dicitᵉ ſic. Principeſ autem ſacerdotum: & omne concilium querebant falſum teſtimonium. quia uerum non poterant inuenire: ut eum morti traderent. per Pylatum preſidem quia ipſi non habebant altam iuſticiam. & non inuenerunt. unde eum poſſent accu/ſare tanq̃m dignum morte coram Pylato. cum multi falſi teſteſ acceſſiſſent: ad id qđ dictum eſt procurandum. Nouiſſime autem uenerunt duo falſi teſteſ: & dixerunt. hic dixit poſſum deſtruere templum dei etc. Sed queritur quomodo iſti dicũtur falſi teſteſ. quia Iohanniſ ſecundo ſcribitur ꝙ Chriſtuſ dixit Iudeis. ſoluite templum hoc. & in tribuſ diebuſ excitabo illud. quod uidetur idem eſſe cum eo quod hic dicitur. Dicendum ꝙ illa uerba que dixit Chriſtuſ Iohanniſ ſecundo intelliguntur de templo corporiſ ſui: ut ibidem dicitᵉ. & de hoc ſonant uerba ibi poſita: quia dicit ibi: ſoluite templum hoc. non precipiendo eiſ: ſed predicendo eiſ quid eſſent facturi diſſoluendo corpuſ eiuſ: quod erat templum ſpirtiale dei. unde ſenſuſ eſt. ſoluite: id eſt ſoluetiſ corpuſ meum per mortem quam mihi infertiſ. unde ſequitᵉ ibidem. & in tribuſ diebuſ excitabo illud. excitare enim eſt a ſomno mortiſ reuocare: qđ non competit templo materiali ſed templo ſpirituali: ſcilicet ſuo corpori. Iſti autem teſteſ loquebantur ac ſi de templo materiali Chriſtuſ intelleꝛiſſet cum dicebant. in tribuſ diebuſ reedificabo illud. quia reedificare proprie reſpicit templum materiale. Item non dixit deſtruam uel poſſum deſtruere ut ipſi imponũt: ſed dixit ſoluite id ẽ ſoluetiſ mortem mihi infe/rendo: predicenſ mortem ſuam & reſurrectionem: ut patet ex predictiſ: & ſic patet ꝙ iſti teſteſ mutauerunt uerba eiuſ & ſentẽtiam in quo apparet falſitaſ eorum. dato etiam ꝙ bene repetiſſent uerba eiuſ & ſententiam tamen poſſent dici falſi teſteſ: alia ratione: ſcilicet ex falſa intentione: quia intendebant procurare mortem innocentiſ. Et ſurgenſ. Hic conſequenter oſtenditur qualiter Xp̃ſ condemnatuſ eſt per maloſ Iudiceſ. Dicit igitur ſic. Et ſurgenſ Princepſ ſacerdotum: ex impatientia ſurrexit

de tribunali: quia non inueniebat unde posset iuste Christus condemnari. aut illi nihil respondes etc. quia ea que contra Christum dicebantur erant falsa & responsione in/digna. ideo uolebat respondere. Item quia uolebat implere illud quod de ipso scriptū erat Esai. quinquagesimotertio. ꝙ agnus coram tondente se obmutescet: & nō aperuit os suum. Sequitur. Adiuro te per deum uiuum. Ad hoc autem respondit Xp̄s propter reuerentiam diuini nominis inuocati. dicens: tu dixisti: secundum ueritatē: quod patet ex sequentibus. Verumtamen dico uobis amodo uidebitis me filium hois sedentem a dextris uirtutis dei etc. quia in iudicio extremo sic uidebitur ab illis qui eum iniuste condemnauerunt. dicit ergo amodo: quia a tempore sue passionis eum ulterius non uiderunt. Tunc Princeps sacerdotum scidit uestimenta. iste erat modus Iudeorum scindere uestimenta in signum doloris: quando audiebant blasphemiam diuini nominis. hoc autem imponebant Principes sacerdotum Christo. propter quod subditur. blasphemauit. propter quod ipse & alii assistentes iudicauerunt eum dignū morte: cum tamen diceret ueritatem: ut patet multipliciter ex predictis in hoc euāgelio. Tunc expuerunt. Hic consequenter ostendit̄ qualiter Christus fuit turpiter uituperatus per malignos apparitores. & hoc dicit primo facto cum dicitur: expuerūt in faciem eius: tanq̄m in hominem pestiferum & dignum morte. mos enim erat Iudeorum super tales spuere in contemptum. & colaphis eum ceciderunt: sine causa persecutiendo: & uituperando uerbo dicens: prophetiza nobis etc. quasi .d. tu es falsus Propheta. Petrus autem. Hic ostenditur qualiter Christus fuit negatus a suo discipulo per tres uices. Primo simplici uerbo. Secundo cum iuramento per execrationē: quod est quando aliquis non solum iurat per deum: sed etiam imprecatur sibimetipsi aliquod malum nisi illud quod dicit sit uerū. dicit ergo. Petrus sedebat foris in atrio. non enim Petrus simpliciter erat extra domum: ut iam dictum est. sed erat extra locū ubi Christus illudebatur in quodam atrio ubi erat ignis accensus in medio: secundum quod dicitur Luce uicesimosecundo. & accessit ad eum una ancilla. de istis negationibus Petri uidentur Euangeliste diuersimode scribere. maxime de secunda & tertia quia de secunda dicit̄ hic ꝙ fuit ad uocem ancille. Lucas autem dicit ꝙ fuit ad uocē hominis. Iohannes autem dicit ꝙ fuit ad plurium. Similiter de tertia dicit Iohannes ꝙ fuit ad uocem unius qui erat cognatus illius cuius Petrus abscidit auriculam. Mat. autem hic dicit ꝙ fuit ad uocem illorum qui astabant. Dicendum ergo ꝙ principalis intentio Euangelistarum erat negationem trinam Petri exprimere: & in hoc conueniunt omnes Euangeliste. exprimere autem personas accusantes Petrum non erat principalis intentio eorum: sed tantum ex accedente. tamen non contrariant̄ in hoc quia uerisimile est ꝙ multi ad illa uerba concurrebant circa Petrū & cōsimilia uerba proferebant ip̄m accusando: & sic unus Euangelista unam personam nominat. alius aliam: unam uel plures. nec est ibi falsitas ratione dicta. Videtur autem secundum ueritatem historie ꝙ prima negatio sit facta ad uocem hostiarie principaliter. Scd̄o ad uocem illorum qui stabant ad ignē: fuerunt tamen excitati ab alia ancilla. ꝓpter quod Matheus illam exprimit hic & de alius tacet. ꝙ autē hic dicit̄ ꝙ facta est Petro exeunte ianuam: intelligendum est sic id est se disponente ad exitum quia adhuc erat prope ignem: ut dicit Iohannes. sed timens ne perciperet̄ uolebat exire. Tertia aūt negatio facta est multis eum accusantibus inter quos principalis erat cognatus illius cuius Petrus abscidit auriculam. propterea exprimit illum Iohannes de alius tacendo. his dictis littera patet usq; ad illum locum. nam & loquela tua manifestum te facit. licet enim linguua Hebrea sit una: tamen aliquo mō uariebat̄ secundum diuersitatē

prouinciarum. & ideo illi de Galylea aliter loquebanť aliquo modo: q̃ illi qui erant de Hierusalem : sicut lingua Gallica est una: & tamen aliter loquunť illi qui sunt de Picardia: q̃m illi qui habitant Parisiuſ: & per talem uarietatem potest percipi unde aliquis sit oriundus. Sequitur. Tunc cepit detestari & iurare. in hoc significať iura/mentum per execrationem. & recordatus est Petrus. dominus enim respexit Petrũ: ut dicit Luce uicesimosecundo. & ex hoc recordatus est Petrus de uerbo domini Iesu Christi: quod dixerat eum negaturũ : & ad penitentiam reductus est. unde sequit. & egressus foras fleuit amare. & tũc Petrus traxit in consuetudinem ut a primo gal/lorum cantu usq; ad horam matutinam staret in oratione flens pro ista negatione: ut habetur in Itinerario Clementis.

.XXVII.

QAne autem facto. Ostenso qualiter passio Christi fuit per Iudeos incohata. Hic ostenditur qualiter p gentiles fuit consummata. & diuiditur in duas ptes. quia primo describitur ipsius Christi crudelis occisio. Secundo eius fidelis & deuota tumulatio. ibi : cum sero factum esset. Prima adhuc in duas. quia primo describitur ipsius Christi iniqua condemnatio. Secundo ipsius sententie inique exequtio. ibi : & postq̃m illuserunt ei. Prima in quattuor. quia primo describitur ipsius Christi coram Preside presentatio. Secundo ipsius presentati diligens interrogatio. ibi : & Iesus stetit. Tertio innocentie eius declaratio. ibi : per diem autem sollemnem. Quarto innocentis cõdemnatio. ibi: uidens autem Pylatus. Prima adhuc in duas. quia p̃mo describitur ipsius Christi presentatio: ut dictum est. Secundo incidentaliter subditur Iude desperatio. ibi : tunc uidens. Circa primũ dicitur sic. mane autem facto. quia a media nocte usq; ad illam horam illuserunt eum conspuendo & palmis cedendo : ut usum est. consilium inierunt etc. nõ enim ex testimoniis prehabitis habebant aliqd unde posset accusari coram Pilato: sed reus mortis. & ideo ulterius consulebant q̃liter eum sicut dignum morte accusarent: ut patebit infra. Sequitť. & uinctum adduxe/runt illum. illi enim qui reputabantur digni morte ducebantur coram Iudice ligati: & tradiderunt Pontio Pilato presidi. Aliqui dicunt q̃ Pilatus erat proprium nomen eius compositum ex nomine matris que dicebatur Pila: & patris qui dicebatur Atus. Pontius autem cognomen eius: quia fuerat Iudex missus a Romanis ad insulam põ/ctanam. hoc autem diffuse habetur in quadam legenda que uocatur aurea. sed quia ibi multa dicunť de hoc que uidentur p̃ma facie falsa: que propter breuitatẽ omitto. Ideo aliter dicendum est q̃ Pontius erat proprium nomen eius: qđ patet ex duobus. Primo quia postponitur cognomen: & nõ preponitur proprio. nominantẽ de cursu communi. Secundo quia hoc nomẽ satis cómune est in burgundia: unde iste Pilatus erat oriundus. erat enim natione Lugdonensis: ut dicit magister in bystoriis. & idem dicit Iosephus libro antiquitatum. Pilatus autem erat eius cognomen. Preses autem erat nomen officii sui : & dicitur a presidendo : quia presidebat Iudeis ibidem missus a Romanis. Tunc uidens. Hic incidentaliter subditur Iude desperatio: cũ dicitur: uidens Iudas q̃ damnatus esset. hoc autem percepit ex duobus. Primo ex magnitu/dine sceleris tradendo ad mortem illum cuius tantam sanctitatem expertus fuerat . Secundo quia damnationem suam audierat a Christo: ut dictum est ca. precedenti. quem sciebat Propbetam uerissimum. penitentia ductus. infructuosa tamen : quia erat sine spe uenie : sicut de bis qui sunt in inferno dicitur Sapientie quinto dicentes intra se penitentiam agentes. retulit triginta argenteos etc. ex quo patet q̃ cupidi/tas sua nibil ualuit sibi. sequitur: at illi dixerunt quid ad nos. quasi .d. non curamus si peccasti uel non. tu uideris id est ad te pinet uidere factum tuũ. & abiens laqueo

se suspendit : ex desperatione : & in hoc plus peccauit q̃m in tradendo Christum : ut dicit Hieronymus. cuius ratio est: quia in traditione Christi peccauit contra eius humanitatem directe : sed in desperatione illa peccauit directe contra eius diuinitatem: & contra infinitatem diuine misericordie. Sequit: non licet mittere eos in corbonã. corbona hebraice idem est qđ oblatio. coebanan autem locus erat ad ponendum oblationes factas in templo pro reparatione templi : & alius necessarius. magna igitur apparet sacerdotum excecatio : qui occisionem Christi reputabant sibi licitam immo tanq̃m sacrificium deo facere: & tamen precium uenditionis eius reputabant nepharium & indignum applicari ad usus templi. consilio autem inito emerunt ex eo agrũ figuli: quia ille cuius ager erat figulus fuit: & ideo sic uocabatur. uel forte quia ibi erat terra apta ad faciendum uasa fictilia. in sepulturam peregrinorum: qui non habebant proprium sepulchrum. propter hoc uocatus est ager ille Acheldemach etcet. hoc ex dei ordinatione factum est: ad memoriam perditionis Iude: & passionis Xp̃i. tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam: quia secundum quod dicit Hieronymus: licet autoritas sequens non sit in libro Hieremie quam habemus: tamen Hieronimus uidit istam autoritatẽ uerbo ad uerbum in quodam libello hebraico qui dicebatur esse Hiere. Prophete. multi enim libri Prophetarũ non habent. uel aliter ly Hieremiam non est de textu : ut dicit Hieronimus. nec etiam in antiquis est. & tunc q̃ dicitur per Prophetam intelligere debemus Zachariam: quia Zacharie. xi. habetur ista sententia : licet uerba aliquantulum sint mutata. & acceperunt .xxx. argenteos precium appreciati id est ipsius Christi. quem apreciauerunt a filiis Israel. quia istud precium fuit constitutũ inter Iudam & sacerdotes qui erant de filiis Israel. & dederunt eos in agrum uiguli: hoc est p agro figuli: sicut constituit mihi dominus. hoc est additum ab Euangelista : quia predicta erant a deo preordinata. Et Iesus stetit. Hic ponitur ipsius Christi presentati interrogatio. Ad cuius euidentiam considerandum q̃ Iudei accusauerũt Christum coram Pilato de tribus: ut habetur Luce uicesimotertio. Primum fuit q̃ subuertebat gentem Iudeorum a cultu legis. Scd̃m q̃ auertebat populum a redditione tributi Imparatori Romano. Tertiũ q̃ dicebat se esse Regem: & sic uolebat sibi usurpare regnum. De primo non curauit Pilatus: quia erat homo gentilis & ideo nõ curabat de obseruatiõe seu uiolatiõe legis iudaice. Secũdum sciebat eẽ falsum: quia audiuerat a Christo responsum fuisse Iudeis. Reddite que sunt Cesaris Cesari etc. ut habitum est supra uicesimosecundo. De tertio interrogauit ipsum Christum: quia contra Imparatorem uidebatur esse directe q̃ aliqs se diceret esse Regem Iudeorum : qui seruiebat Imparatori Romano sub tributo. propter quod Romani abstulerant ab Iudeis nomen regium a tempore Pompey. & hoc est quod dicitur hic : & interrogauit eum Preses dicens: tu es Rex Iudeorum. dixit ei Iesus: tu dicis scilicet ueritatem: quia non negauit se esse Regem: sed magis consensit. uerumtamen: exposuit dictum suum dicens. regnum meum non est de hoc mundo: ut habetur Iohannis decimooctauo. & in hoc satisfecit Pilato: quia regnũ Imparatoris non potest esse nisi in hoc mundo: & sic regnum Christi non erat contrarium Imparatori. & cum accusaretur a Principibus sacerdotum & senioribus. de aliis que dicta sunt que expressius tanguntur Luce uicesimotertio nihil respondit: tum quia manifeste falsa erãt & responsione indigna: tum quia uolebat implere illud quod erat scriptum de eo Esa. quinquagesimotertio. sicut agnus coram tondente se obmutescet: & non aperiut os suum. Tunc dixit illi Pilatus etc. eadem ratione non respondit ei: & iterum quia uolebat impedire passionem suam. sequit: ita ut miraret

Preſeſ uehementer: de Xp̃i patientia ſic tacendo cum omnia que contra eũ dicebant poſſet exſufflare uno uerbo. Per diem autem. Hic conſequenter ponit innocẽtie Chriſti declaratio. & primo oſtenditur eius innocentia. Secundo Iudeorũ reſiſtentia. ibi. Principeſ autem. Prima in duaſ. quia innocentia Chriſti Primo declaratur de uerbo Iudiciſ. Secundo ex teſtimonio ſue uxoriſ. ibi: ſedente autem. Ad euidentiã autem prime partiſ aduertendum q̃ in fauorem Iudeorũ conceſſum erat a Romaniſ ut in ſollemnitate paſcali dimitteretur unuſ incarceratuſ ſecundum uoluntatem eorũ in memoriam liberationiſ eorum de Egypto: quia in ſollemnitate paſchali fiebat me/moria illiuſ beneficii. Pilatuſ autem ſciebat eoſ cupidoſ de obſeruanda illa conſuetu/dine ex altera parte uolebat Chriſtum liberare: & ideo propoſuit eiſ optionẽ. dicens q̃ liberaret eiſ Ieſum uel Barraban: & nullum aliũ. per hoc ſubtiliter credens liberare Ieſum de conſenſu eorum: quia non credebat aliquo modo q̃ peterent liberationem Barrabe qui erat homicida & ſeditioſuſ & peſſimuſ: ut habetur Luce uiceſimotertio. & ideo credebat q̃ preeligerent liberationem Ieſu. & hoc eſt quod dicitur hic. p̃ diem ſollemnem. non quemcũq̃: ſed in ſollemnitate paſchali: ut dictum eſt. Conſueuerat Preſeſ dimittere populo unum uinctum. ratio dicta eſt. habebat autem tunc uinctũ unum inſignem. dicitur autem hic inſigniſ nõ nobilitate generiſ: ſed ex famoſitate ſui criminiſ: quia etiam bonum ad mala tranſferimuſ ut dicitur quinto Methaphi. ſicut aliquiſ dicitur bonuſ latro ita poteſt dici inſigniſ. Sequitur: quem uultiſ uobiſ dimit/tam: Barraban an Ieſum etc. quaſi diceret nullum alium habebitiſ & p̃ hoc credebat liberare Ieſum: ut dictum eſt. cuius ſubditur ratio. ſciebat enim q̃ p̃ inuidiam tra/didiſſent eum: quia pub'ice arguebat uitia ſacerdotum & phariſeorum. Sedente. Hic declaratur innocentia Chriſti per teſtimoniũ uxoriſ Pilati. Ad cuius euidentiã ſciendum q̃ dyabolus qui captionẽ Chriſti procurauerat per Iudeos per aliqua ſigna perpendit q̃ ipſe eſſet uere Chriſtuſ: & per conſequens q̃ per eius mortem ſpoliaret̃ infernuſ. hoc autem perpendit per eius patientiam & per ſcripturarum impletionem & forte per ſanctorum patrum in lymbo exiſtentium exultationem: & ideo mortem Chriſti impedire uolebat p̃ uxorẽ Pilati cuius preceſ efficaceſ credebat in conſpectu uiri ſui: & hoc eſt qd̃ dicitur hic: ſedente aũt eo p̃ tribunali: iudicando ſcilicet Xp̃m miſit ad eum uxor eius. nihil tibi & iuſto illi. quaſi diceret nullo modo condemneſ eũ: ſed magiſ dimitte eum. multa enim paſſa ſum hodie per uiſum propter eum: qa dya/boluſ apparuit ei mouens eam terroribuſ ad liberationem Chriſti. utrum autem taliſ apparitio fuerit ei facta in ſomno uel in uigilia expreſſe non habetur hic: uidetur tamen quod fuit in ſomno per hoc quod dicitur hic: per uiſum. Chriſtuſ enim fuit p̃/ſentatuſ Pilato ualde mane: ut dictum eſt in principio huius ca. & ideo probabi'e eſt q̃ uxor eius iacebat adhuc in lecto: quia domine non ſolent ita mane ſurgere ſicut uiri ſui. Principeſ. Deſcripta Chriſti innocentia: hic ſubiungitur Iudeorum reſi/ſtentia: intantũ eum odiebant q̃ preelegerunt liberare hominem peſtiferum ne Xp̃ſ liberaretur: & hoc eſt quod ſubditur hic. Principeſ ſacerdotum & ſenioreſ p̃ſuaſerũt populiſ. falſaſ rationeſ inducendo. ut peterent Barraban etc. & patet uſq; ibi. quid enim mali fecit? quaſi dicat non allegatiſ cauſam ſufficientẽ ſue mortiſ. At illi magiſ clamabant. per clamorem autem & tumultum populi uoluerunt obtinere q̃ nõ po/terant per rationem habere. dicenteſ. crucifigat̃. i. morte turpiſſima & acerbiſſima moriatur. Videns autem Pilatuſ. Declarata Chriſti innocentia: ut uiſum eſt: hic ponitur ipſius innocentiſ iniuſta condemnatio que p̃ceſſit ex parte Iudiciſ ex timore ne ſi dimitteret eum contra clamorem populi accuſaretur poſtea ad Ceſarem: & hoc

patet quod dicitur hic. uidens autem Pilatus quod nihil proficeret. ostendendo Xp̃i innocentium ad eius liberationem: sed magis tumultus fieret populi scilicet clamantis ad contrarium per seductionem sacerdotum: ut uisum est. accepta aqua lauit manus suas. coram populo: ad hoc ut Iudei totum peccatum super se acciperent & ipse immunis esset a peccato. sed hoc non suffecit ad omnimodam eius excusationem: quia cum esset Iudex tenebatur ex officio seruare iusticiam: & ideo grauius peccauit faciendo contra eam ad habendum populi fauorem: minus tamen peccauit q̃ Iudei: quia eius motiuum fuit minus malum. Iudei enim ad occidendum Christum moti sunt per rancorem & odium. Pilatus autem propter timorem Cesaris: & fauorem Iudeorum habendum. tunc dimisit illis Barraban. facta sponsione a Iudeis ꝙ totum peccatum reciperent super se & super filios suos. Iesum uero flagellatum tradidit etc. licet ista flagellatio Christi ponatur hic post sententiam Iudicis: tamen fuit ante facta: ut habetur Iohannis decimonono. quia ad hanc intentionem eum precepit Pilatus flagellari & illudi ut Iudei essent saciati sanguine eius uidentes eum sic punitum etiam ultra condignum: & ideo ponitur hic quasi per recapitulationem. tunc milites id est post flagellationem immediate & ante sententiam. suscipientes Iesum in pretorio etc. ut magis illi illuderent in loco patenti & coram multitudine. exeuntes eum. scilicet uestimentis suis. clamidem coccineã id est rubeam in similitudinem purpure qua utunt Reges. circumdederunt illi: ipsum uestiendo. & plectentes coronam de spinis id est de troncis marinis ad modum spinarum accutis: & ego qui hoc scripsi audiui a quodam qui fuerat ultra mare cum sancto Ludouico Rege Francie ꝙ i littore maris senserat punctura iunctorum per totulares intermedios. posuerunt super caput eius p similitudine corone. & arundinem in dextera eius. pro sceptro regio. & genu flexo ãte eum. & sic illudebant ei similiter uerbo. unde sequitur dicentes. aue Rex Iudeorum quasi diceret uoluisti regnare sed nõ potuisti: & sic eorum illusio accusationi Iudeoꝝ respondebat. & expuentes in eum. sicut in personam contemptibilem & uilem. acceperunt arundinem: de manu eius. & percutiebant caput eius. & ratione contemptus & ratione doloris infligendi: quia ex tali percussione aculei corone intrabant caput eius. Et postq̃m. Postq̃m descripta est ip̃ius Christi iniusta condemnatio: hic ponit inique sententie executio. & primo ponitur ipsius Christi iudicati crucifixio. Secto crucifixi illusio ibi: pretereuntes. Tertio illius expiratio ibi: a sexta autem hora. Circa Christi crucifixionem quattuor tanguntur. loci uilitas. Iudeorum crudelitas. ibi: & dederunt. militum cupiditas ibi: postq̃m. latronum societas ibi: tunc crucifixi sunt. Circa Primum dicit sic. Postq̃m illuserunt ei exerunt clamide: quia clamidem illam coccineam imposuerunt sibi solum ad deridendum eum: sicut Regem falsum: & induerunt eum uestimentis eius: quibus spoliauerunt eum: ut predictum est. & hoc fecerunt ut ductus ad mortem magis cognosceretur in propria ueste q̃ in aliena exeuntes autem inuenerunt hominem etc. hoc non est contrarium ei quod dicit Io. decimonono. & baiulans sibi crucem etc. ipse enim primo portauit crucem suam qñ exiuit de domo Pilati ut dicit Io. sed quia erat fatigatus ex precedenti labore ieiunius & uigilus ideo milites coegerunt Symonem ad portandum eius crucem ut citius possent peruenire ad loeum crucifixionis ut dicitur hic. & uenerunt in locum qui dicitur Golgatha: quod est Caluarie locus. ille locus non est sic nominatus a Caluaria Ade ibi sepulti: ut dicunt aliqui: quia Adam fuit sepultus in Ebron: ut habet Iosue quartodecimo ca. propter quod Ebron dicebat antiquitus Cariatbarbe id ẽ ciuitas quattuor: quia quattuor magni Patriarche sunt ibi sepulti cum uxoribus suis scilicet

Adam & Eua: Abraham & Sara: Iſaac & Rebecca: Iacob & Lya. dicit̃ Caluarie locuſ: quia locuſ ille erat plenuſ capitibuſ mortuorum: qui ibi decollabantur. quia malefactoreſ puniebantur : & ſic patet loci utilitaſ in quo crucifixuſ eſt Chriſtuſ. Et dederunt. Hic ponitur Iudeorũ crudelitaſ. & dederunt ei uinũ bibere cum felle mixtum. Iohanneſ autem dicit ꝙ dederunt ei accetum. Ad euidentiam huiuſ conſi/derandum ꝙ aliqui dicunt ei factum ut citiuſ moreretur: & ſic militeſ de eiuſ cuſtodia citiuſ expedirentur: quia debebant eum cuſtodire quouſq; expiraſſet. dicunt enim ꝙ exiſtenteſ in tormento ſi potentur aceto citiuſ moriuntur. ſed hoc non uidet̃ multũ probabile: quia acetum eſt frigidum & per conſequenſ uidetur magiſ mortem taliũ differre. propter quod aliter dicendum eſt. ſcribitur enim in quodam libro hebraico qui apud eoſ intitulatur liber Iudicum ordinariorum : quod quia Salomon dixerat Prouerbiorum triceſimoprimo. date ſiceram id eſt potum inebriatum merentibuſ: & uinum biſ qui amaro animo ſunt ut bibant & obliuiſcantur egeſtatiſ ſue: & doloriſ ſui non recordentur ampliuſ. Ideo ex occaſione huiuſ uerbi ſenioreſ Iudeorũ ſtatuerũt ut condemnatiſ ad mortem daretur uinum aromaticum ad bibendum: ut faciliuſ tol/lerarent paſſionem. In Hieroſalem autem erant matrone deuote & compaſſiue: que hoc uinum dabant ex deuotione. Iudei igitur ex nimia crudelitate moti tale uinum datum pro Chriſto & aliuſ duobuſ cum eo crucifixiſ acceperunt ſibi: ſc̃d̃m qd̃ dict̃ũ erat Amoſ ſecundo. uinum damnatorum bibebant: & loco eiuſ poſuerunt acetũ cum felle mixtum. & cum guſtaſſet. Marcuſ dicit: & non accepit: quia non accepit ad bibendum: ſed ſolum ad guſtandum modicum : ut ſic impleretur in eo quod ſcriptum eſt in Pſal. dederunt in eſcam meam fel & in ſiti mea potauerunt me aceto. Poſt q̃m autem etc. Hic ponitur militum crucifigentium cupiditaſ in hoc ꝙ abſtulerunt ſibi ueſtimenta ſua omnia: cum tamen damnatiſ ad mortem dimittatur aliud ueſtimentũ ad carniſ ſue operimentum: & hoc eſt quod dicitur: diuiſerunt ſibi ueſtimenta eiuſ in quattuor parteſ: ſecundum ꝙ Iohanniſ decimonono dicitur : quia quattuor erant militeſ ipſum crucifigenteſ. ſortem mittẽteſ. iſta ſorſ fuit miſſa ſuper tunicam domini inconſutilem: que erat facta quaſi reticulato opere: & ideo nõ poterat bene diuidi cũ non haberet aliquam ſuturam: & ideo miſerunt ſorteſ quiſ haberet eam integram: ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam. diuiſerunt ſibi ueſtimenta etc. ſc̃d̃m Hieronimum. Iſtud non eſt de textu Mat. nec eſt in antiquiſ libriſ: ſed tantum in Euangelio Iohanniſ. expoſitio tamen huiuſ autoritatiſ patet ex dictiſ. & ſedenteſ ſeruabant eum: ne aliquiſ raperet eum de cruce ante q̃m eſſet mortuuſ. Et impoſue/runt ſuper caput eiuſ cauſam ip̃ius ſcriptam. Iſte erat moduſ Iudeorum ꝙ ſup capita crucifixorum ponebatur cauſa damnationiſ ipſorum. ipſe autem accuſatuſ fuerat ꝙ ſibi uolebat uſurpare regnum Iudeorum : ut uiſum eſt. Tunc crucifixi ſunt. Hic deſcribitur latronum ſocietaſ. ad hoc enim crucifixi ſunt cum Chriſto ex intentione Iudeorum ut Chriſtuſ uideretur particepſ & magiſter in malefactiſ eorum: ſed ex intentiõe dei hoc permittentiſ factum eſt: ut impleretur qd̃ de Chriſto erat ſcriptũ Eſa. quinquageſimotertio. & cum ſceleratiſ reputatuſ eſt. Pretereunteſ. Hic de/ſcribitur ipſius Chriſti crucifixi deriſio. quia primo fuit deriſuſ a pretereuntibuſ: hoc eſt a uulgaribuſ hominibuſ: circa locum crucis concurrentibuſ: dicentibuſ. Vach . interiectio eſt inſultantiſ ſeu deridentiſ. qui deſtruis templum dei etc. imponebant enim: ſed hoc erat falſum: ut uiſum eſt ca. precedenti. ſalua temetip̃m. quaſi diceret non poteſ. ex quo patet falſitaſ tua. Sc̃d̃o fuit deriſuſ a ſacerdotibuſ: & hoc eſt quod dicitur ſimiliter & Principeſ ſacerdotum cum ſcribiſ id eſt legiſ peritiſ. & senioribuſ:

id est Iudicibus ordinariis dicebant. alios saluos fecit. quasi diceret non est uerū: quia si posset facere talia saluaret seipsum. si Rex Israel est: non quicunq; sed Messias promissus in lege. descendat nunc de cruce: quia alii Reges non possent talia facere. & credimus ei. falsum dixerunt: quia maiora fecit quando Lazarum suscitauit: & quando post mortem de sepulchro surrexit: & tamen nō crediderunt ei. Tertio fuit derisus a latronibus: & hoc est quod dicitur. idipsum id est uerba p̄missa. & latrones impperabant ei. Contrarium uidetur Luce uicesimotertio. ubi dicitur q̄ unus increpabat eum. Alter autem rogabat eum dicens. Domine miserere mei dum ueneris in regnum tuum. Dicendum q̄ Matth. loquitur secundum illum modum loquendi quo societas dicitur aliquid facere quando unus de societate hoc facit. Vel aliter dicendū q̄ uterq; improbauit primo Christo: sed alter uidens postea patientiā Christi penituit & misericordiam petiit & inuenit. A sexta autem. Hic consequenter describit ipsius Christi crucifixi & derisi expiratio. ubi primo notatur perturbatio elementorum Christo morienti compatientium. Secundo confessio assistentium ibi. Centurio aūt. Prima in duas. quia primo scribitur perturbatio corporum superiorū. Secundo inferiorum ibi: & ecce uelum. Circa primum dicit sic. A sexta hora tenebre facte sunt etc. Hieronimus dicit super istum locum q̄ iste tenebre fuerūt facte per retractionē radiorum solis diuina uirtute. Origenes autem dicit q̄ hoc factum est per interpositionem nubium depressarum. sed in hoc magis credendum est Dyonisio qui dicit in epistola ad Policarpum hoc fuisse per interpositionē lune inter terram & solem: sicut fit in eclypsi solis. & ibidem dicit q̄ ipse hoc uidit tunc existens in Egypto ubi ē aeris puritas: quia rarissime fiunt ibi nubes & pluuie: propter quod talia potuit tūc magis ppendere. uidit igitur ut dicit lunam ab oriēte ascendentē uersus meridiem: & supponentem se soli. Hieronimus autem & Origenes non loquuntur hic de illa eclypsi: asserendo q̄ sic fuerit ut dicunt: sed qđ potuit sic fieri. Ex dictis patet q̄ illa eclypsis non potuit esse naturalis: sed miraculosa. & hoc multipliciter. Primo quia luna erat quintadecima: ut patuit ca. precedenti. & tunc luna distat a sole per dyametrū celi. eclypsis autem solis nō potest fieri naturaliter nisi tempore cōiunctionis solis & lune. propter hoc dicit Dyonisius q̄ mirabatur quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionem. Secundum miraculum fuit ibi: quia transacta eclypsi luna redit ad orientem: ita q̄ in uespere fuit in oriente sole exeunte in occidentē: & sic orbes eorū sunt ad pristinum restituti. Tertium miraculum fuit ibi: quia pars orientalis solis primo fuit obscurata: & iterum ultimo illuminata. contrario autē modo fit in eclypsi naturali. Super uniuersam terram. hic accipitur pars pro toto. eclypsis enim solis non potest esse uniuersalis: & propter hoc quando dicitur: super uniuersam terram intelligendum est de terra Iudee. usq; ad horam nonam. ex quo patet q̄ luna fuit immobilis sub sole per tres horas: & in hoc fuit quartum miraculum illius eclypsis: quia in naturali eclypsi luna cōtinue mouet sub sole. & circa horam nonam clamauit uoce magna dicens. Heli Heli lamazabatayn. el. in hebreo idem est q̄ deus. iota littera hebraica adiuncta facit significare cum hoc. meus. & ideo idem est quod deus meus. lama. una est dictio per se: & idem ualet quod. quare. in latino. Zabatani non est uera littera: quia non significat idem quod dereliquisti me: sed debet preponi ibi quedam littera que uocatur. ayn. & sonat sicut. a. formatum in gutture. unde debet sic scribi. Azabatayn. & tunc significat idem quod dereliquisti me. quia p̄ ignorantiā scriptorum corrupta est littera in latinis libris. dicit autē Christus se derelictum a deo patre: quia dimittebat eum in manibus occidentiū. quidam autem illic stantes scilicet

milites ipm custodientes: qui erant gentiles: propter quod linguam hebraicam ignorabant: propter quod dicebant. Heliam uocat iste. cetera patent usq; ibi. Iesus aũt iterum clamans uoce magna emisit spiritum. ex quo patet q̃ illa uox non fuit naturalis: sed miraculosa: qa homo magno cruciatu & longo afflictus: & ex tali afflictiõe morti sic proximus: non posset clamare sic uirtute nature. Et ecce uelum. Hic scdo declaratur perturbatio elementorum inferiorum: quia ad motum terre & aeris. uelũ templi scissum est. istud autẽ uelum secundum aliquos erat in introitu templi pbibẽs aspectum eorum que erant intra templum: & ideo per talem scissionem declarata est impletio ueritatis in morte Christi que latebat in figuris ueteris testamẽti. secundum aliquos uero non fuit uelum quod erat in introitu templi: sed uelum quod erat inter templum: inter sanctum & sanctorum. & scissio eius idem significat quod prius dictũ est: & hoc dicunt cõmuniter doctores. De utroq; uero uelo isto dictum fuit plenius Exodi uicesimosexto. & terra mota est: quasi non potens sustinere mortem Christi. & petre scisse sunt: in signum huius q̃ corda quantumcunq; dura deberent Christo morienti compati. & monumenta aperta sunt: ex terre motu: ad denotandum q̃ resurrectio Christi propinqua erat & aliorum cum ipso resurgentiũ. & multa corpa sanctorum qui dormierant surrexerunt. non tunc quando monumenta sunt aperta scilicet hora mortis Christi: sed postea quando resurrexit: quia cum eo resurrexerũt tanq̃m testes sue resurrectionis: & hoc est quod subditur. exeuntes de monumentis post resurrectionem eius id est Christi. uenerunt in sanctam ciuitatem: id est Hierusalem que dicebatur sancta propter templum diuino cultui deputatum: quod erat ibi. & apparuerunt multis: ad declarationem dominice resurrectionis. Centurio. Hic ponitur assistentiũ confessio. & primo Centurionis & sue societatis qui uidentes signa predicta in morte Christi confessi sunt ueritatem sue diuinitatis: dicentes. uere filius dei erat iste. & per consequens eiusdem nature cũ eo. Secundo ponit confessio mulierum deuotarum que confitebantur eum facto inquantum assistebant ipsi morienti: quod non audebant facere Apostoli: quia solus Iohannes legitur ibi stetisse. & hoc est quod dicitur. erant autem ibi mulieres multe a longe. contrariũ uidetur Io. decimonono: ubi dicitur q̃ stabant iuxta crucem. dicendum q̃ erant longe respectu militum Christum crucifigentium: & custodientium. sed prope erant respectu aliorũ astantium: non enim erant ita longe quin possent eum loquentem audire: quando dixit matri sue. mulier ecce filius tuus etc. que secute erant Iesum a Galilea: ex deuotione quam habebant ad audiendum uerbum eius. ministrantes ei: necessaria uite sue. facultatibus suis. iste enim erat mos Iudeorum quod necessaria uite administrabantur doctoribus. inter quas erat Maria Magdalene: sic nominata a Magdalo castello. & Maria Iacobi & Ioseph mater. ista erat soror Marie matris Christi. & mater filiorum Zebedei: scilicet Iacobi & Iohannis. Cum ergo factum esset. Hic describitur ipsius Christi mortui deuota tumulatio. ubi duo ponuntur. Primum est sepelientium deuotio. Secundum Iudeorum malignantium machinatio. ibi: altera autem die. Circa primũ aduertendum q̃ licet mors Christi fuit ignominiosa: ut patet ex predictis: sepultura tamen eius fuit nobilis & sumptuosa: cuius ratio est quia passibilitatem & humanitatem assumpsit Christus propter nostram redemptionẽ: & ideo ipsa completa in sua morte predicta debuerunt cessare. & ea que sequebant̃ qd̃ammodo ad gloriam resurrectionis pertinere. utrũq; autem fuerat predictum per Esa. Prophetam. de turpitudine mortis eius Esaie quinquagesimotertio. tanq̃m ouis ad occisionem ducetur. & sequitur ibidem. cum sceleratis reputatus est. De nobilitate

ſepulcure eiuſ dicitur Eſa. undecimo. radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum ip̄m gentes deprecabuntur: & erit ſepulchrum eiuſ glorioſum hoc eſt igitur quod dicitur hic : cum ſero factum eſſet : quia circa ueſperam ferie ſexte depoſitus eſt de cruce . uenit quidam homo diues: & propter hoc de facili potuit accedere ad Pilatum: & qa erat nobilis & unus de curia: ut habetur Luce uicesimoſecundo. ab Arimathia. iſta eſt ciuitas que .1. Reg. dicit Ramatha de qua fuit orundus Samuel nomine Ioſeph. nomen autem eiuſ exprimitur quia homo famoſus. qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu : occulte tamen: ne expelleretur de Synagoga: quia ſecundum quod dicitur Iohannis duodecimo. ex Principibus multi crediderunt in Ieſum. ſed propter Phariſeos non confitebantur ne de Synagoga eicerentur. hic acceſſit ad Pilatum. depoſito enim timore confidenter. petit corpus Ieſu: ad ſepeliendum honorifice. tūc Pilatus iuſſit reddi corpus: tum quia Ioſeph erat homo ualens & nobilis: ꝓpter quod Pilatus peti/tioni eius uoluit acquieſcere: tum quia ſciebat Chriſtum crucifixū iniuſte. & accepto corpore Ioſeph inuoluit illud in ſyndone mūda: hoc ē in panno lineo mundo. ꝓpter quod corpus Chriſti non conſecratur in altari ſuper pannum ſericum : ſed lineum. quia corpus Chriſti in ſepulchro tali panno fuit inuolutum. & poſuit in monumento ſuo. quod erat ſumptuoſe factum. nouo. quia ſi aliquis fuiſſet ibi ante ſepultus po/tuiſſet callumniari a Iudeis ꝙ ille ſurrexiſſet & nō Chriſtus. quod exciderat in petra eadem ratiōe factum eſt hoc ne ſi Chriſtus fuiſſet ſepultus in terra diceretur a Iudeis quod diſcipuli rapuiſſent corpus eius fodentes in terra deſubtus per uiam ſubterraneā. & aduoluit ſaxum magnum. quod non poſſet de facili amoueri : ne aliquis uenies poſſet rapere corpus Chriſti. ad oſtium monumēti. monumentum illud erat factum ad modum cuiuſdam domuncule in cuius medio erat ſepulchrum: & in domūcula erat quoddam oſtiolum ad habendum illuc ingreſſum. erat autem ibi Maria Magdalene & altera Maria: aſſiſtentes ſepelientibus Xp̄m ex deuotione & ad uidendum q̄liter poſſet reuerti ad ipſum inungendum. Altera autem etcete. Hic ponitur Iudeorum machinatio: quia impetrauerūt cuſtodiri ſepulchrū ne diſcipuli Chriſti rapent corpus eius & diuulgarent eum reſurrexiſſe. ſed quia nō eſt conſiliū contra dominū ut Pro/uerbiorum dicitur uicesimoprimo. ideo factum Iudeorum magis fecit ad oppoſitum ſcilicet ad certitudinē dominice paſſionis reſurrectionis: quia ab ipſis cuſtodibus teſti/ficata eſt : ut habetur ſequenti ca. & hoc eſt magnum ſcilicet habere teſtimonū ab aduerſariis. dicit igitur. altera die que eſt poſt Paraſceuen id eſt ſabbato: quia feria ſexta in qua paſſus eſt Chriſtus dicta eſt Paraſceue : id eſt preparatio: quia illa die preparabantur cibaria pro ſequenti die in craſtino ergo dominice paſſionis. conue/nerunt Principes ſacerdotum & Pphariſei ad Pilatum dicentes: domine etce. & patet uſq; ibi: ait illis Pilatus: habetis cuſtodiam id ē concedo ꝙ accipiatis milites ad cuſto/diendum eum pro uoluntate ueſtra. illi autem abeuntes inuenerunt ſepulchrum: mi/litibus armatis ſignantes lapidem ſigillo ſuo ne aliquis poſſet ingredi ſine ſcitu eorum.

Uespere autem. Poſtq̄m Euangeliſta deſcripſit .XXVIII. paſſionem Chriſti & ſepulturam: hic conſequenter deſcribit ipſius Chriſti reſur/rectionem. & primo deſcribitur dominice reſurrectionis manifeſtatio. Scdo ipſius manifeſtate diuulgatio. undecim autem. Prima in tres. quia primo manifeſtata ē re/ſurrectio per deſcendentem angelum. Secundo per apparentem dominum. ibi : & exierunt. Tertio per teſtimonium militum cuſtodientium. ibi : qui cum abiiſſent . Circa primum tria notantur. mulierum deuotio. angeli apparitio. ibi : & ecce terre motus. reſurrectionis manifeſtatio. ibi: ſcio enim. Ad euidentiā primi conſiderandū

q̄ denominatio fit a nobiliori: ideo apud Iudeos omnes dies ebdomade denominabant a sabbato: ita q̄ dies immediate sequens sabbatum dicebatur prima sabbati id ē p̄ma a sabbato. alia secunda sabbati. & sic consequenter. ab illa autem hora qua X̄pus fuit sepultus non potuerunt mulieres emere aromata ad ungendum Christum usq; ad uesperam diei sequentis: quia sollemnitas sabbati incepta erat ab hora sepulture in q̄ non licebat aliquid emere usq; ad uesperam sequentis diei: scilicet sabbati. & tūc scilicet in uespere sabbati. emerunt aromata: & preparauerunt se ad ueniendum: non tamen uenerunt propter noctem de proximo imminentem: sed in mane sequenti uenerunt in prima hora diei sequentis: que dicebatur prima sabbati. Sic igit̄ construenda est littera. uespere autem sabbati. que scilicet uespera. lucesscit in prima sabbati id est incipit eluceſcere in principio diei sequentis. uenit Maria etc. premittitur aūt ibi. uespere sabbati. non quia illa hora uenerint ad monumentum: ut dictum est: sed quia tunc se preparauerunt ad ueniendum. uidere sepulchrum .i. qualiter possent ingredi ad ungendum Christum. Et ecce terre motus. Hic describit̄ angelica apparitio nō ad hoc q̄ angelus prepararet exitum de sepulchro domino resurgenti: quia Christus exiit clauso sepulchro: sicut intrauit ad discipulos ianuis clausis: sed ut sepulchrum ostenderet uacuum: & resurrexisse dominum: hoc est igitur qđ dicitur: & ecce terre motus factus est magnus. cuius causa subditur. angelus autem domini descendit de celo. & uirtute eius factus est ille terre motus: quia corporalia obediūt angelis ad nutum: quantum ad motū localem. & accedens reuoluit lapidem ut ostenderet Christi resurrectionem completam. erat autem aspectus eius sicut fulgur. ad incutiendum terrorem custodibus. uestimenta eius alba sicut nix. ad dandum consolationem mulieribus. propter quod subditur: pre timore autem eius. & illud quod sequitur. respondens autem angelus dixit mulieribus nolite timere uos. Scio enim. Hic ponitur dominice resurrectionis manifestatio: que quidem manifestatio p̄mo manifestatur mulieribus ipsum deuote querentibus. & hoc est quod dicitur. scio enim q̄ Iesum qui crucifixus est. hoc additur ad differentiam aliorum: quia multi erant qui uocabantur noīe Iesu. queritis. in sepulchro sicut mortuū. non est hic. surrexit enim sicut dixit: hoc autem addidit angelus: ut reduceret ad memoriam uerba Iesu dicta ante passionem suam: ut sic magis crederent resurrectionē eius factam. uenite & uidete locum: uacuum scilicet. ubi positus erat. & patet littera. Sequitur. p̄cedet uos in Galileam. ibi eum uidebitis. non solum in beatitudine: sed propinquo tempe & propiuqua regione anteq̄m ascendat in celum. Et exierunt. Hic ponitur manifestatio dominice resurrectionis p ipm̄ dominū apparentem mulieribus de sepulchro reuertentibus: & hoc est quod dicitur: & exierunt cito ad denunciandum bonos rumores Christi discipulis. cum timore. ex insolita angeli uisione: & gaudio magno ex Christi resurrectione: currentes nunciare undecim discipulis. Marci sextodecimo dicitur: q̄ fugierunt de monumento timentes & nemini quicq̄m dixerunt. dicendum q̄ uerbum Marci intelligendum est de militibus qui iacebant pre timore sicut mortui & nemini illorū mulieres aliquid dixerunt: sed uerba angeli cum eis loquentis Apost. dixerunt. Et ecce Iesus occurrit illis reuertentibus. s. de monumento anteq̄ uenirēt ad discipulos dicens illis: auete: uerbum consolatorium. illi autem abierunt & tenuerunt pedes eius ex deuotione. & adorauerunt eum: adoratione latrie. tunc ait illis nolite timere. hoc dicit ad earum perfectam consolationē: quia timor qui inuaserat eas ex aspectu angeli: adhuc totaliter nō recesserat ab eis. ite & renūciate fratribus meis etcet. discipulos suos uocat fratres eos amicabilius nominans solito: ut securius

accedant ad eum & non timeant accedere: propter hoc ꝙ reliquerant eum in sua cap/
tione. Qui cum audissent. Hic declaratur resurrectio Christi per testimonium cu/
stodum qui ut dicitur hic uenerunt in ciuitatē de sepulchro Xp̄i qđ erat aliqauntulū
extra Hierusalem: ut dicitur Iohannis decimonono. & nunciauerunt Principibus
sacerdotum: a quibus erant positi ad custodiendum sepulchrum Christi. omnia que
facta fuerant: scilicet Christi resurrectionem: & angeli terribilem apparitionem.
Et congregati cum senioribus consilio accepto pecuniā copiosam dederunt militibus
etc. istud mendacium militum emerūt care quod adhuc tenet Iudeos in errore. unde
sequitur postea: & diuulgatum est uerbum: tanq̄m uerum: quod tamen erat falsum
apud Iudeos in hodiernum diem. Vndecim ergo. Hic ponitur resurrectionis ma/
nifeste diuulgatio. & primo quantum ad Christi discipulos. Secundo quantū ad oms
populos. ibi: euntes ergo. In prima igitur parte dicit sic. undecim ergo discipuli.
quia Iudas erat mortuus ut uisum est capi. precedenti. abierunt in Galileam: scđm
mandatum Christi & angeli. in montem scilicet Thabor: in quo transfiguratus fuit
coram Iacobo Iohanne & Petro: ut habitum est supra decimoseptimo capit. ibi enim
paucis ostenderat gloriam sue resurrectionis: ut ibidem est dictum: & ideo ibi resur/
rectionē suam completam manifestauit omnibus suis discipulis. unde probabiliter credit̄
ꝙ illa fuit manifestatio de qua scribit Apostolus prima Cori. quintodecimo. deinde
uisus est plus q̄m quingentis fratribus simul. hic tamen non exprimuntur nisi undecim
Apostoli qui erant principales discipuli Christi. prius tamen uisus est septies personis
specialibus. Primo Marie Magdalene ne manenēti iuxta sepulchrum alius receden/
tibus. ut dicitur Iohannis uicesimo. & Marci sextodecimo. Scđo ipsi Marie Mag/
dalene cum aliis mulieribus a sepulchro reuertentibus: quia postq̄m uiderat Christum
secuta est alias & inuenit eas in itinere. & tunc apparuit eis Christus. Tertio Petro
secundum quod habetur Luce ultimo. licet non habeatur expresse ex Euangelio qñ
facta est ei ista apparitio. probabile tamen est: ꝙ hoc fuit quando ipse & Iohannes
cucurrerunt ad monumentum: & non inuento corpore Christi abiit Petrus mirans
secum ꝙ factum fuerat: ut dicitur Luce ultimo. & ideo dum esset in tali admiratiōe
solitarius creditur sibi apparuisse. Quarto apparuit duobus discipulis euntibus in
Emaus: ut habetur Luce ultimo. Quinto decem Apostolis absente Thoma: ut ha/
betur Iohannis uicesimo. & iste quinq; apparitiones facte sunt ipsa die resurrectiōis
ut patet euangelia intuenti. Sexto appuit undecim Apostolis existente ibi Thoma
ut habetur Iohannis uicesimo. & hoc fuit octaua die post resurrectionem ut habet̄
ibidem. Septimo apparuit petro & socius suis ad mare Thyberiadis: ut habetur Io.
ultimo. & octauo in monte Thabor ut hic dicitur apparuit Apostolis & aliis multis
& iterum bis apparuit discipulis in die ascensionis. semel in Hierusalem ipsis conues/
centibus. & semel in monte Oliueti hora sue ascensionis: ut habetur Marci ultimo.
& Luce ultimo. & Actuum primo. Sequitur. Et uidentes eum adorauerunt. ado/
ratione latrie. quidam autem dubitauerūt. ex quo patet ꝙ ibi erant alii q̄ Apostoli
qui iam erant certificati de eius resurrectione: & iam Thomas: qui inter alios fuit
magis incredulus & hec patent ex precedentibus. & accedens Iesus locutus est eis: ad
certificandum eos qui dubitabant de eius resurrectione: dicens: data est mihi omnis
potestas etcete. quia licet Christus quantum ad diuinitatem ab eterno haberet hanc
potestatem & inquantū homo ab instanti conceptionis haberet potestatem in celo &
in terra autoritatiue tamen: executiue non habuit ante resurrectionem suam: sed
uoluit esse passibilitati subiectus propter nostram redemptionem. Exeuntes ergo.

Hic ponitur diuulgatio dominice resurrectionis quantú ad oñes populos: que facta est per predicationem Apostolorum per uniuersum orbem : & hoc est quod dicit : docete omnes gentes. prius enim dixerat eis ꝙ solum predicarent Iudeis: ut supra dictum est decimo ca. quia ante Christi resurrectionem fides Christi non erat diuulganda per uniuersum orbem: ut ibidem dictum ẽ. baptizantes eos. preposuit docete. quia Catbecismus debet precedere baptismum. unde adulti prius debent instrui de bis que pertinent ad fidem q̃ baptizentur. in nomine. ꝑpter unitatem substantie. patris & filii & spiritus sancti. propter distinctionem personarum. ista est forma baptismi instituta a Christo. sed familiari consilio spiritus sancti quodammodo mutata est in primitiua Ecclesia quando Apostoli baptizabant in nomine Christi: ut babeť Act. decimo & decimonono ut nomen Christi quod tunc erat odiosum magnificaretur: & hoc diffusius tractatur in q̃rto Sententiaꝝ. docentes eos seruare quecunq; mandaui nobis. uidelicet sacrañta a Christo instituta: & alia ad fidem katholicam ptinentia. & ecce ego uobiscum sum omnibus diebus. & hoc dupliciter. uno modo assistendo eis in operibus miraculosis ad confirmationem doctrine. Alio modo existendo in sacramento eukaristie ubi est totus Christus: ut patet ex predictis ca. uicesimosexto. usq; ad consummationem seculi. Ex quo patet ꝙ fides non deficiet & usq; in finem mũdi quantúcunq; tribulationibus agitetur. Aduertendum tñ ꝙ licet deus non assistat cõtinue doctoribus Ecclesie per operationem miraculorum : quia non est necesse cum fides catholica sit sufficienter confirmata per miracula facta in primitiua Ecclesia : tamen aliquando hoc modo assistit Ecclesie faciendo miracula aliqua ad consolationẽ fidelium. assistit etiam Ecclesie semper ipsam dirigendo per occultos instinctus spiritus sancti : ut sic non deficiat fides Petri. Ad laudem & gloriam domini nostri Iesu Christi: cui est bonor & gloria in secula seculorum Amen.

Incipit prologus in Marcum.

Facies Leonis a dextris ipsorú quattuor Eze. primo. Secundum quod dictum fuit in principio euangelii secundum Matthеum. ꝑ quattuor facies quas uidit Ezechiel Prophеta in animali uno designantur quattuor Euangeliste seu quattuor euangelia ab eis scripta de domino nostro Iesu Christo. Et sicut in facie hominis designatur euangelium Matthei: sic in facie Leonis designatur euangelium Marci : de quo dicitur uerbum propositum. Facies Leonis etc. In quo quidem uerbo circa Marci euangeliũ possumus quattuor notare uidelicet procedendi modum : cum dicitur : facies. speciale subiectum: cum dicitur. Leonis. ordinem uel situm: cum dicitur: a dextris. ipsius cum alius. certum numerũ: cum dicitur : ipsorum q̃ttuor. Circa primũ considerandum ꝙ licet facies sit breuis ꝑs corporis: tamen in ea continentur omnes sensus. uidelicet : uisus auditus etc. sic in euangelio Marci licet sit breue respectu aliorum: tamen in eo breuiter continentur sententie aliorum trium euangeliorum: secundum quod dicit Gregorius super Eze. si queras quid Marcus de incarnatione domini senserit : hic nimirum ꝙ Matthеus Lucas & Iohannes. & ideo talis modus procedendi in quo sub quodam compendio continentur aliorum sententie. competenter per faciem designantur. de quo potest accipi illud qđ dicitur Hester quintodecimo. facies tua plena gratiarum: quia modus

procedendi ipsius sancti Marci Euangeliste licet sit breuis: ut dictum est: tñ plenus est sententiarum gratiosarum : & patet primum. Circa secundum considerandum q̄ licet Marcus de omnibus Christi factis scribat: sicut & alii. tamen specialiter uersatur & immoratur circa resurrectionē & regnum Christi quod assecutus est Christus in sua benedicta resurrectione : secundum q̄ dixit Apostolis immediate post resurrectionem suam. Matthei uicesimooctauo. data est mihi omnis potestas in celo & in terra. q̄d quidem regnum per Leonem conuenienter designatur: qui est Rex animalium: ut dicit Isidorus libro Ethimolotarum duodecimo. & ideo speciale subiectū circa quod specialiter immoratur Marci euangelium designatur in nomine Leonis: & hoc propter tria que in resurrectione Christi reperiuntur & p̄prietatibus Leonis assimulantur. Primum est resurrectionis efficiens principiū: quod in alus hominibus est extrinsecum. sed in Christo fuit intrinsecum. Secundum quod ipse dicit Iohan. decimo. potestatem habeo ponendi animam meam & potestatem habeo iterū sumēdi eam: quia propria uirtute resurrexit. & simile huius in proprietate Leonis reperitur dormit enim oculis apertis secundum quod dicit Isidorus ubi supra. licet autem caro Christi in sepulchro dormierit per ueram mortem : & anime separationem. tamē diuinitas utriq; coniucta uigilabat : secundum quod dicitur Canticorum quinto. ego dormio & cor meum uigilat. & uirtute huius deitatis sic uigilantis surrexit a somno mortis. unde potest exponi q̄ dicitur Ie. quarto ascendit leo de cubili suo: quia X̄p̄s qui Leo est de Tribu Iuda de sepulchro ascendit uirtute propria. Secundo assimulatur Leoni p̄pter tempus & modum: quia resurrectio Christi facta est post triduū quod tamē accipitur per Synodocchē. ita similiter Leo natus de nouo tribus diebus dicitur dormire secundum Isidorum ubi supra. & postea fremitu & rugitu patris excitatur. sic Christus post triduum dormitionis in sepulchro uirtute dei patris fuit excitatus a mortis somno : secundum quod dicitur Actuum tertio. hunc deus suscitauit a mortuis etc. & ideo de illo potest exponi illud Gene. quadragesimonono. Catulus Leonis Iuda. & sequitur. requiescens accubuisti ut leo scilicet in sepulchro. & subditur. Quis suscitabit eum : scilicet de somno mortis: post triduum ? ad quod potest responderi. deus pater. ut patet ex predictis. nec istud dictum contrariatur ei quod premissum est scilicet q̄ Christus resurrexit uirtute propria: quia una & eadem simpliciter est potestas patris & filii. Tertio assimulatur resurrectio Leoni p̄pter assecutum imperium: quia licet Christus ante resurrectionem suam humilis & abiectus apparuit : tamen in resurrectione sua dominium omnium obtinuit : secundum quod dicit Apostolus ad Philipp. secundo. humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem: mortem autem crucis. propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestiū terrestrium & infernorum etc. & in Leone inuenitur huius similitudo inquantū est Rex animalium ut predictum est. & ideo nomen Leonis dicitur a leon grece quod significat Regem latine. & de hoc dicitur Apocal. quinto. ecce uicit Leo de Tribu Iuda: quia per suam benedictam passionem & resurrectionē subiecit sibi omnē creaturam: & sic patet secundum. Tertio in uerbo preassumpto notatur huius euangelii situs uel ordo: cū dicitur: a dextris. in illa enim uisione imaginaria Ezech. Prophe. ostensa: sicut apparebat animal habens quattuor facies: q̄ facies hominis erat in directo aspectu Prophete. facies autem Leonis in dextera parte. & bouis in sinistra. & ideo sicut euangelium Matthei q̄d designatur per faciem hominis ponitur primū: ita euangelium Marci rationabiliter ponitur secundum : quia dextera pars prior est

ſiniſtra : & de hoc poteſt exponi quod dicitur Deutero. triceſimotertio. In dextera eiuſ ignea lex id eſt lex euangelica a Marco deſcripta dicitur ignea : quia accendit animoſ fidelium ad amorem celeſtium inquantum deſcribit reſurrectionem Chriſti p quam introducimur ad celeſtia: quia tunc Saluator noſter deuicta morte eternitatiſ nobiſ additum reſerauit: ſicut dicitur in collecta Paſche. & in ſignum huiuſ angeluſ reſurrectioniſ Chriſti nunciuſ qui per eminẽtie uitam eiuſ nunciare uenerat recte in dextera ſedebat. ſcd̃m quod dicit beatuſ Gregoriuſ Omelia duodecimá. & ſic patet tertium. Quarto in uerbo preaſſumpto deſcribitur numeruſ determinatuſ euange/liorum : cum dicitur : ipſorum quattuor. Circa quod conſiderandum q̃ licet plura euangelia & a pluribuſ fuerint deſcripta : quattuor tamen tantum ſunt approbata: ſecundum quod dicitur in prologo ſuper Matthеum: & hoc propter figuram ſacra/menti: quia iſte quaternariuſ multipliciter in lege fuit figuratuſ. Primo in quattuor fluminibuſ de paradiſo exeuntibuſ Geneſiſ ſecundo. Item in quattuor Patriarchiſ principalibuſ a quibuſ denominata eſt Cariathbarde : id eſt ciuitaſ quattuor Geneſiſ uiceſimotertio. quia quattuor principaleſ Patriarche ſunt ſepulti cum ſuiſ uxoribuſ. Tertio in quattuor circuliſ arce teſtam̃ti Exodi uiceſimoquinto. Quarto in q̃ttuor panibuſ menſe propoſitioniſ ibidem. Quinto in quattuor cornibuſ altariſ holocau/ſtorum : Exodi uiceſimoſeptimo. Sexto in quattuor ordinibuſ lapidum rationaliſ. Exodi uiceſimooctauo. Septimo in quattuor deambulatoriiſ domuſ Salomoniſ. iii. Regum ſeptimo. Octauo in quattuor uentiſ mortuoſ uiuificantibuſ: Ezechieliſ triceſimoſeptimo. Nono in quattuor miniſtriſ terre pre ceteriſ tamen ſapientibuſ. Prouerbiorum triceſimonono. Decimo in quattuor uiriſ in fornace deum laudanti/buſ Danieliſ. iii. Vndecimo in quattuor fabriſ cornua bereſum deiicientibuſ Zach. primo. Duodecimo in quattuor quadrigiſ per orbem diſcurrentibuſ Zacharie. vi. Tertiodecimo in quattuor animalibuſ oculatiſ ante & retro Apocal. vii. de quibuſ ibidem ſubditur q̃ requiem non habebat die ac nocte: dicentia ſanctuſ ſanctuſ ſanc/tuſ dominuſ deuſ omnipotenſ. cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

QArcuſ Euangeliſta. Euangelio Marci biſ Hieronymuſ premittit plogum iſtum. qui diuiditur in treſ parteſ. quia Primo Hieronymuſ oſtendit ſcrip/toriſ autoritatem. Secundo ſcribendi modum & ordinem. ibi : nam initium principii. Tertio ordiniſ rationem. ibi : deniq;. Circa primum oſtenditur autoritaſ beati Marci ſcriptoriſ huiuſ euangelii primo quantum ad officium poſt eiuſ conuer/ſationem ad fidem katholicam: cum dicitur. Marcuſ Euangeliſta dei electuſ. ad of/ficium enim ſcribendi euangelium fuit a deo electuſ & aſſumptuſ. Secundo quantũ ad eruditionem in fide catholica pleniorem: cum dicitur: & Petri in baptiſmate filiuſ & in diuino ſermone diſcipuluſ. ex hoc enim q̃ fuit filiuſ ſpiritualiſ beati Petri fuit ei magiſ familiariſ: & p conſequens ſpecialiuſ ab eo eruditus de factiſ & doctrina Xp̃i: ſecundum quod Petruſ uiderat in Chriſto & audierat ab ipſo : propter quod certiuſ poterat ſcribere euangelium a Petro auditum: q̃ ceteri diſcipuli eiuſ. Tertio oſten/ditur eiuſ autoritaſ ex ſtatu quem habuit ante conuerſionem: cum ſubditur: ſacer/dotium in Iſrael agens ſecundum carnem leuita. quia ad ſacerdoteſ & leuitaſ ptinebat ſcire pre ceteriſ ſcripturaſ ueteriſ teſtamenti: que de Chriſto teſtimonium phibent. In Italia ſcripſit ubi tunc uigebat ſtudium: quod a Grecia fuerat Romam tranſlatũ: & in eadem ciuitate Marcuſ rogatuſ a fratribuſ ſcripſit iſtud euangelium : ut dicit

Hieronymus in libro illustrium uirorum: & ex sollemnitate loci scriptoris ostenditur autoritas: quia in talibus locis non solent scribere nisi homines autentici. ostendens in eo quid & generi suo deberet. sacerdotes enim leuitici generis q debent intelligere scripturas Prophetarum testimoniū de Christo perhibentiū. ex hoc redduntur magis idonei ad scribendum euangelium & Christo. quia licet breuiter scripsit euangelium tamen sufficienter Christo reddidit debitum eius euangelium cōplete scribendo. Nam inicium. Hic consequenter ostendit Hieronymus scripture ipsius Marci ordinem. Circa quod sciendum: ꝙ Marcus in principio euangelii sui ponit quandam prefationem usq; ad illum locum fuit Iohannes in deserto: ubi premissa prefatione incipit narrationem. Primo enim ostendit ordinem scripture Marci quantum ad p̄fationem seu prologum. Secundo quantum ad narrationem seu tractatum. ibi: qui opus. Circa primum sciendum ꝙ Marcus in prefatione sui euangelii ponit duas prophetias. Prima habetur Malach. tertio. Ecce ego mitto angelum meum. & loquit̄ de aduentu Christi in mundum ad quem ꝓnunciandum premissus est Iohannes Baptista: in hac prophetia designatus per angelum. angelus enim interpretatur nuncius secundum quod habetur Esaie quadragesimo. uox clamantis in deserto parate uiam domini. Et loquitur de aduentu Christi in corde humano per fidem & deuotionem: & de istis duobus ostendit hic Hieronymus licet obscure: ꝙ contineantur in prefatione ipsius Marci euangeliste: cum dicitur: nam inicium principii id est inciale principium seu prologum a quo incipit suum euangeliū. in uoce prophetice exclamatiōis instituens: quia prologum suum incipit a prophetis: ut dictum est. ordinem leuitice electionis ostendit id est sue electionis ad describendum euangelium ostendit ordinē per hoc ꝙ a principio sui operis allegat prophetias: quarum intellectum sacerdotes leuitici generis de quibus fuerat debebant habere. ut predicans Iohannem predestinatum id est a deo preordinatum: emissum in uoce angeli: ut dictum est. annunciantis scilicet Iohannis non solum uerbum carnem factum id est aduentum Christi in carnem per quam in mundo uisibilis apparuit. sed & corpus domini id est Ecclesiam seu congregationem fidelium que est corpus Christi misticum in omnia. per uerbum diuine uocis animatum id est uiuificatum: quia sicut anima uiuificat corpus uita nature: ita uerbum diuinum quod est dei filius uenies in mentibus hominum uiuificat eos uita gratie: & utrunq; aduentum Christi scilicet in carnem & in mentem denunciauit Iohannes Baptista per suam predicationem: & quia ista predicatio Iohannis fuit ordinata ad eruditionem fidelium: ideo subditur. ut qui legens sciret id est animaduerteret. cui inicium carnis in deo: id est ipsum Christum cuius caro non habuit principium ex uiro: quia non de uirili semine natus est. sed uirtute spiritus sancti illa caro sanctissima fuit formata. & in Iesu uenientis habitaculum: id est mentem humanam que est habitaculum ipsius Iesu uenientis in mentem: ut dictum est. caro deberet agnoscere id est homo qui in scriptura sacra uocatur caro. Esaie quadragesimo. omnis caro fenum & omnis gloria eius quasi flos agri. quia p̄ prologum Marci Euangeliste homo legens debet cognoscere utrúq; aduentum Christi scilicet in carnem & in mentem. atq; in se uerbum uocis id est dei filium per Iohannem qui uocat̄ uox uerbi: secundum quod habetur Iohannis primo. ego uox clamantis in deserto annunciatum. ꝙ in consonantibus perdiderat: id est in primis parentibus sua uisioni serpentis consentientibus: in quibus genus humanum perdidit uerbum dei. mentes uiuificans uita gratie inueniret per fidem uerbi incarnati quam predicauit Iohannes

prout traditur in euangelio Marci. Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco. caro deberet agnoscere: id est pater Iohannis Baptiste scilicet Zacharias deberet agnoscere q̄ angelus ei apparens uerum sibi annunciauerat: quia propter dubium uerbi eius factus est mutus. Atq; in se uerbum uocis id est loquelam articulatam: q̄ in consonantibus perdiderat: quia licet muti possint sonare uocales: saltem aliquas: non tamen cum eis possunt sonare consonantes. inueniret. quia Zacharias in natiuitate filii firmiter credendo recuperauit loquelam: quam perdiderat uerbis angeli discredendo. Deniq; cum perfecti euangelii etcet. Hic consequenter ostendit ordinem scripture Marci: quantum ad narrationem seu tractatum sui euangelii: ostendens eum ordinate scripsisse: per hoc q̄ aliqua ommisit: eo q̄ sufficienter erant a Matheo expressa. Aliqua etiam ab eodem Matheo dicta breuiter tetigit: ut uitaret prolixitatem: & uerborum Matthei ostenderet firmitatem: quia in ore duorum uel trium stat omne uerbum. In hoc etiam q̄ aliqua addidit ultra Matthei dicta ad perfectiorem euangelii descriptionem: & hoc est quod dicitur. Deniq; perfecti euangelii opus intrans id est narrationem euangelii incipiens: & dicit perfecti euangelii: quia lex Mosaica licet esset bona tamen fuit imperfecta: quia populo rudi & imperfecto fuit data. Ideo dicitur Hebre. septimo. nihil ad perfectum adduxit lex. sed euangelium imperfectionem legis suppleuit. Vel aliter dicitur: perfecti euangelii: ut continuetur littera cum hoc quod sequitur. & a baptismo domini predicare incohans. quia Christus tempore predicationis sue inceperat tricesimum sue etatis annum ut habetur Luce tertio. quod est tempus etatis perfecte: & secundum hoc potest dici: perfecti euangelii opus intrans etcet. eo q̄ incepit narrationem euangelii sui a baptismo Christi: quo tempore fuit in etate perfecta. Non laborauit natiuitatem carnis. scilicet Christi quam in prioribus uiderat: scilicet in dictis Matthei ad uitandum superfluitatem. Sed totiens exprimens expositionem deserti: id est quomodo post baptismum immediate intrauit desertum ibi habitando. ieiunium numeri: scilicet quadraginta dierum: qui numerus est misticus: eo quod consurgit ex denario per quaternarium ducto: in quo signatur q̄ impletio decalogi in fine uerbi incarnati in quaternario euangeliorum descripti ducit ad uitam beatam: secundum qđ dicit Saluator Matthei decimonono. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. temptationem Diaboli: que plenius describibitur Matthei quarto. congregationem bestiarum & ministerium protulit angelorum: ut ostenderet q̄ animalia irrationabilia & creature intellectuales celestes obediant ei. ut instituens nos etc. id est ad hec predicta breuiter tetigit ut instrueret nos ad intelligendum quod eadem latius dicta a Matthei uera essent: ideo subdit. nec autoritatem facte rei id est euangelii descripti a Matthei. demeret: sed magis adderet & confirmaret. & perficiendi operis plenitudinem non negaret. addendo aliqua bis que a Matthei fuerant predicta. Deniq; amputasse. Hic consequenter ostendit predicti ordinis rationē. licet enim spiritus sanctus principalis causa fuerit huius ordinate descriptionis. Mar. tñ fuit causa instrumentalis & ex parte huius hic assignatur causa dicti ordinis. & primo ex eius humilitate. Secundo ex studiositate. ibi: cuius per singula. Circa primum sciendum q̄ sapientis est ordinare: seu ordinate scribere. humilitas autem maxime disponit ad sapientiam diuinam: secundum quod dicitur Prouerbiorum undecimo. ubi humilitas ibi & sapientia. & ideo ostenditur Marci humilitas: cum dicitur. Deniq; amputasse pollicē

sibi dicitur ut sacerdotio reprobus haberetur. de humilitate esse reputabat se indig/
num. & ideo reformidabat ascendere tantum gradum. sed tantum consentiens fidei
predestinata potuit electio : id est diuina ordinatio : que ita potens est ꝙ ei nullus
potest resistere. consentiens fidei : id est condescendens deuotioni fidelium qui de/
siderabant eum habere Episcopum. fecit aliter ipsum promouendo: licet ex humili/
tate refugeret. ideo subditur : ut nec in opere uerbi perderet id est in predicatione.
quod est opus Episcopi. unde Actuum septimo. Apostoli quorum successores sunt
Episcopi : ut habetur in decretis Distinctione uicesimaprima. capit. in nouo testa/
mento. administrationem temporalium septem Dyaconibus commiserunt : ut operi
predicationis liberius uacarent: quod meruerat in genere. fuit enim de Tribu Leui
ad quam spectabat sacerdotium. nam Alexandrie Episcopus fuit. non obstante ꝙ
amputasset sibi pellicē. Non.n. dicit̄ ꝙ ꝯputauerit sibi totū pollicē: sed forte aliquā
partē p quā nō impediebat̄ a cōsecrando. & simile factū legit̄ in libro q dicit̄ Para/
disus de Anthonio Anathorita quē cū qdam ciues uellent rape & cōstituere sibi Epm
ferro secuit sibi aurē sinistram. d. lex diuina iubet nullum aure precisa optare ī Epi/
scopum ꝙ cum Theophilo Episcopo hoc dictum fuisset. Respondit : a Iudeis lex
ista seruatur. Ego autem si dederitis mihi aliquem naribus truncatum: sed moribus
probum : non dubito eum Episcopum facere : hoc tamen modo non obseruatur .
Cuius per singula opus scire. Hic consequenter redditur ratio ex studiositate. ho/
mines enim studiosi magis possunt cogitata ordinare & ordinatius scribere. Marcus
autem fuit ualde studiosus: secundum quod dicitur hic. Cuius per singula opus scire:
scilicet prophetias de Christo pronunciatas. Et euangelii in se dicta disponere: non
solum intelligendo: sed etiam operando. & disciplinam legis in se agnoscere. nō solum
litteraliter intelligendo : sed etiam spiritualiter. Et diuinam in carne naturam do/
mini intelligere : quantum ad distinctionem naturarum : & suppositi unitatem : &
quam uitam & doctrinam beati Marci debemus imitari. Ideo concludit Hierony/
mus que in nos primum requiri oportet : doctrinam beati Marci imitando. Debinc
inquisita uolumus: scilicet ab alius agnosci : quia perfectionem quam aliquis habet:
oportet alius tradere: secundum illud .1. Petri quarto. unusquisq; prout accepit gratiā
in alterutrum illam ministrantes sicut boni dispensatores multiformis gratie dei :
quia hoc cedit ad magnum meritum. unde subditur : habentes mercedem etcetera.
sed quia iste labor sine dei adiutorio non proficit: ideo subditur : qui plantat primo
erudiendo. & qui rigat etcetera. illam eruditionem fouendo & nutriendo. unde dicit
Apostolus Corinth. tertio. Ego plantaui Apollo rigauit deus autem incrementum
dedit : qui est benedictus in secula seculorum Amen. Occasione cuiusdam dicti in
hoc prologo potest queri utrum licitum sit alicui seipsum mutilare. & arguitur ꝙ sic.
quia beatus Marcus amputauit sibi pollicem : ut dictum est. nec tamen ex hoc re/
probatur. Item occidere seipsum peius est q̄m mutilare : Sampson autem seipsum
interfecit : ut habetur Iudicum sextodecimo. & tamen numeratur inter sanctos: ut
habetur Hebreor. undecimo. Item Raasias interfecit seipsum: ut habetur secundo
Machabeorum quartodecimo. & tamen scriptura uidetur ex hoc ipsum cōmendare
quia ibidem dicitur : eligens nobiliter mori potius q̄m subditus fieri peccatoribus .
Item minus bonum est contemnendum propter conseruationem maioris boni : sicut
ad conseruationem uite aliquis proicit merces in mari : sed uirtus castitatis est maius

bonum : ꝙ membrum corporale : ergo licite poteſt ſibi aliquis abſcindere uirilia propter conſeruationem caſtitatis. Contrarium arguitur per illud quod habetur in Decret. diſtinctione quinquageſimaquinta. capitulo. Si quis amputauerit ſibi uirilia clericus non fiat: quia homicida ſui eſt. Reſpondeo quelibet pars corporis ordinatur in totum : & ideo de ipſa ordinandum eſt prout reſpicit bonum totius corporis: & ulterius prout reſpicit bonum hominis & communitatis: quia ſicut pars corporis ordinatur ad totum corpus: ſic corpus ad hominem cuius eſt pars. & unus homo ad totam communitatem. Igitur ſi membrum aliquod ſit noxium corpori : utpote : quia propter aliquam turpitudinem egritudinem eſt aliorum membrorum corruptiuum licite poteſt abſcindi ne inficiat alia membra : & hoc ab eo cuius eſt : ſi habeat artem medicandi : uel alio de uoluntate eius. quia cuilibet commiſſa eſt cura ſalutis ſui corporis. Sicut homicida : uel raptor per Iudicem licite occiditur : & a communitate hominum abſcinditur : inquantum eius uita eſſet in nocumentum communitatis. quia Iudicibus committitur cura ſalutis communitatis. Si autem membrum ſit ſanum tunc regulariter nō eſt licitum alicui ſeipſum mutilare. Primo quia naturaliter homo diligit ſeipſum : & per conſequens que ſunt de integritate ipſius: & ideo mutilare ſeipſum eſt agere contra caritatem : quam quilibet tenetur habere ad ſeipſum. Item homo ſingularis eſt pars communitatis: & ideo inferre ſibi nocumentum per mutilationem eſt agere contra commune bonum. Item deus eſt inſtitutor nature inſtituendo membra in corpore : & ideo mutilans ſeipſum agit contra deum. In caſu tamen licitum eſt : uidelicet ex precepto dei occulto : quod alio modo uocatur inſtinctus ſpiritus ſancti : quia deus eſt auctor nature : & dominus uite : & mortis humane : & per conſequens omnium membrorum : & ideo ſi precipiat homini auferre ſibi uitam: uel membrum aliquod: non ſolum licitum : ſed etiam debitum eſt hoc fieri. & hoc modo dicit Auguſtinus primo de ciuitate dei. Quod Sampſon interfecit ſeipſum cum Philiſteis: quod probat ex hoc ꝙ dominus ad hoc agendum reſtituit miraculoſe priſtinam fortitudinem. Vnde dicit ibidem Auguſtinus ille hoc latenter fieri iuſſit : qui per ipſum miracula faciebat. & hoc etiam modo dicit Auguſtinus de quibuſdam ſanctis mulieribus: que tempore perſecutionis ſeipſas occiderunt : de quibus Eccleſia memoriam facit. Iudei uero: & aliqui Chriſtiani in hoc ipſos ſequentes dicunt: ꝙ etiam ſine tali precepto diuino : uel inſtinctu licitum eſt alicui ſeipſum occidere : uel mutilare in caſu ſcilicet quando uidet ratione uite ſue : uel alicuius membri imminere ſibi ludibrium in contemptum dei: quia debet negligere uitam propriam. multo fortius aliquam ſui corporis partem ad precauendum contemptui honoris diuini. & hoc modo dicunt ꝙ Sampſon interfecit ſeipſum : conſideranſ ꝙ Philiſtei exercebant in eo ludibrium ad laudem Idolorum ſuorum : & in diuinum contemptum. & Raſias ut habetur ſecundo Machabeorū quartodecimo. & eodem modo quedam mulieres ſancte leguntur ſibi nares amputaſſe ne ab infidelibus exerceretur luxuria in corporibus earum : in contemptum diuinum. Sed iſtud dictum uidetur expreſſe contra dictum Saluatoris Iohannis ultimo. dicentis Petro. Cum eſſes iunior cingebas te : & ambulabas ubi uolebas. cum autem ſenueris extendes manus tuas: & alius te cinget: & ducet quo tu non uis. & ſubditur : hoc autem dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum. ſuper quem locum dicit Auguſtinus ꝙ hic satis expreſſit

non a ſe ipſo: ſed ab alio debere occidi qui uestigia ſequitur Christi. & eodem modo dicendum de mutilatione. Ratio etiam que inducitur pro oppoſito non ualet: quia licet intentio infidelium ſit exercere ludibrium in ſanctis non dei contemptum: tamen ex diuina ordinatione que ex malis elicit bona ordinatur ad dei gloriam: & meritum electorum: quod patet in martiribus qui quanto maiora ludibria & magis exqueſita tormenta ſuſtinuerunt: tanto glorioſius de Tyrannis triumphauerũt ad Tyrannorum confuſionem: & proprium meritum: & dei gloriam: qui in martiribus triumphabat. Ex dictis patet ad Primum argumentum: quia Marcus amputaſſe ſibi creditur pollicem inſtinctu ſpiritus ſancti. Et eodem modo dicendum eſt ad Secundum: & Tertium. Ad Quartum dicendum: q̃ non eſt licitum amputare ſibi uirilia: propter obſeruantiam caſtitatis. tum quia hoc non eſt efficax remedium: cum per hoc non abſcindantur concupiſcentie interiores. tum quia per aliam uiam habetur melius remedium: uidelicet per conatum liberi arbitrii reſiſtendo temptationibus cum adiutorio dei: ſecundum illud Corinthius dicens. Fidelis eſt: & non patietur uos temptari ſuper hoc quod poteſtis. Sed faciet cum temptatione prouentum: ut poſſitis ſuſtinere.

Capitulum Primum.

Initium ſancti Euangelii etcetera. Euangelium ſecundum Marcum in duas partes diuiditur: ſcilicet in prologum: & in tractatum. Secunda: ibi. Fuit Iohannes. Sicut patet ex predictis. Marcus breuitati ſtuduit in ſcribendo. Et ego intendo ſimiliter breuitati ſtudere: ipſum exponendo ea que repetit dicta in MatthEo omittendo: & ad expoſitionem ibi poſitam remittendo: maxime ubi eſſet immorandum. Dicit igitur. Initium ſancti Euangelii. Euangelium idem eſt quod bona nunciatio: quia ibi annunciatur inenarrabile bonum: quod ab antiquis patribus fuit ſumme deſideratum: ſecundum quod dicit Saluator Luce decimo. Multi Prophete & Reges uoluerunt uidere que uos uidetis: & non uiderunt. & audire que auditis: & non audierunt. Ieſu: id eſt Saluatoris. Chriſti: id eſt uncti: quia eſt Rex & ſacerdos: quibus in lege debebatur unctio. Filii dei. MatthEus autem in principio ſui Euangelii dicit: Filii Dauid filii Abraham. quia eius genealogiam ſecundum humanam naturam enarrare uolebat: ut patet in principio Euangelii ſui. Marcus uero illam tanq̃m ſufficienter enarratam dimittens uocat eum filium dei: ſcilicet naturalem: non adoptiuum: diuinam naturam in qua eſt idem patri oſtendens. Sciendum q̃ Marcus ante conuerſionem ad fidem erat inſtructus in lege: & in Prophetis: de Chriſto teſtimonium perhibentibus: & ideo a prophetis de Chriſto incepit ſuum Euangelium ſub uno contextu duas prophetias conungens: quarum Prima ſcribitur Malach. tertio. Secunda Eſaie quadrageſimo. quarum intellectus patet ex predictis in prologo. Verumtamen Marcus hic ſolum exprimit Eſaiam Prophetam: dicens. Sicut ſcriptum in Eſaia Propheta. quia licet ambo Prophete uno ſpiritu prophetauerint: Eſaias tamen principalior eſt altero: ideo ſolus nominatur: & quia auctoritas ultima eſt ipſius Eſaie: res autem denominatur a fine. Item quia Marcus breuitati ſtudebat: ut dictum eſt in prologo. Fuit Iohannes. Hic ponitur tractatus: ſiue narratio. Circa quod conſiderandum: q̃ intentio Euangeliſte eſt oſtendere reductionem peccatoris in deum per opus mediatoris; & ideo Primo

ostendit personem mediatoris. Secundo reductionem peccatoris: ibi. Et statim spiritus expulit. Circa Primum: mediator ostenditur dupliciter. Primo uerbo precursoris. Secundo facto & uerbo dei patris: ibi. Et factum est in diebus. Circa Primum describitur locus ubi Iohannes predicabat: cum dicitur. Fuit Iohannes in deserto. quia predicabat penitentiam agendam: ut homines essent dispositi ad Christi de proximo uenturi receptionem: & sic loci conditio con/ gruebat sue predicationi. Asperitas enim deserti austeritatem penitentie desig/, nat. Predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. hoc exponi/ tur dupliciter. Vno modo de baptismo Christi uirtute cuius dimittuntur peccata: & quia talem baptismum Iohannes dare non poterat: ideo ipsum predicabat dandum per Christum in proximo uenturum. & secundum hoc ly baptizans: refertur ad baptismum Iohannis. & quod sequitur. predicans baptismum peni/ tentie etcetera. refertur ad baptismum Christi futurum. Alio modo exponitur de baptismo Iohannis. & sic baptizans: & predicans. referuntur ad predicati/ onem Iohannis: & baptismum eius: quia licet baptismo Iohannis non dimitte/ rentur peccata. susceptio tamen illius baptismi erat quedam protestatio agendi ueram penitentiam de peccatis: per quam dimittuntur peccata. Et egrediebatur ad eū omnis Iudee regio etc. id est multi de illa regione. & de Ierosolymis. & est Hyperbolica locutio: sicut in communi modo loquendi dicitur de aliquo specta/ culo: tota ciuitas uadit ad tale spectaculum. licet autem maior pars populi non uadat. & baptizabantur ab eo in Iordane flumine. per illud enim flumen filii Israel transierunt ad terram promissionis: & ideo baptismus Iohannis conueni/ enter factus est in Iordane flumine: quia erat quedam protestatio penitentie agende: per quam est transitus ad terram uiuentium: secundum quod dicitur Matthei tertio. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. & quia predicatorem decet austeritas uite: secundum quod dicit Paulus Apo/ stolus Corinthеis nono. Castigo corpus meum: & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. & ideo subditur. Et erat Iohannes uestitus pilis camel. etcetera. In quo ostenditur austeritas uestitus: & etiam quia Iohannes ueniebat in spiritu: & uirtute Helye: ut habetur Luce primo. ideo describitur in consimili habitu: prout habetur quarto Regum pri/ mo. Et locustas: & mel siluestre edebat. In quo ostenditur austeritas uictus. Iste enim est cibus pauperum in terra illa. & predicabat: dicens. Veniet for/ tior me etcetera. hoc autem dicebat Iohannes: ad remouendum falsam opinio/ nem populi qua credebat ipsum esse Christum. Cuius non sum dignus procum/ bens soluere corrigiam calciamentorum eius. Matthei tertio dicitur. Cuius non sum dignus portare calciamenta. potuit enim Iohannes utrunq; dicere. Mat/ theus tamen expressit deportationem. Marcus autem solutionem: tamen per utrunq; idem intelligitur: quasi diceret Iohannes: tante excellentie est Chri/ stus respectu mei: q̄ non sum dignus ei exhiberi etiam minimum obsequium. Non enim Christus habebat calciamenta portanda: uel soluenda: quia scribitur Actuum primo. Cepit Iesus facere: & docere. Ipse autem discipulis ad predi/ candum missis imposuit sine calciamentis incedere: ut habetur Luce decimo. & ideo non est credibile: q̄ calciamentis uteretur. Ego baptizo uos in aqua.

quia baptismus Iohannis lauabat tantum corpora. Ille uero uos baptizabit spiritu sancto : quia in baptismo Christi confertur gratia spiritus sancti. Et factum est. Hic consequenter ostenditur mediatoris persona testimonio dei patris cum baptizaretur a Iohanne : & hoc est quod dicitur. In diebus illis. scilicet in quibus Iohannes baptizabat: & predicabat : anteq̃m in carcere clau/deretur. uenit Iesus a Nazareth Galylee. in illa enim ciuitate fuit unctus : ut habetur Luce secundo. Et baptizatus est in Iordane a Iohanne. q̃muis enim non indigeret aliquo baptismate : uenit tamen ad baptismum Iohannis. Primo ut illum approbaret : & ipsum a deo ordinatum ostenderet : contra maliciam aliquorum Iudeorum : qui dicebant illum humana fictione adinuentum. Se/cundo ut Iohannes ipsum Christum : in lege & Prophetis promissum popu/lis denunciaret : secundum quod dicitur Iohannis primo. Sed ut manifestetur in Israel. Propterea ego ueni in aqua baptizans. Et ideo dixit de eo. Ecce agnus dei : ecce qui tollit peccata mundi. Et statim ascendens de aqua uidit apertos celos : & spiritum tanquam columbam etcetera. In baptismo enim Chri/sti apparuit tota trinitas. Pater in uoce. Spiritus sanctus in columbe specie. Et filius in carne. uerumtamen caro unita erat filio in unitate suppositi. uox autem & columba non habebant unitatem suppositi cum patre & spiritu sancto. Sed tantum in presentatione signi. Et tamen per talem apparitionem trinitatis baptizato Christo significatum fuit : q̃ baptismus Christi deberet conferri in nomine patris : & filii : & spiritus sancti. tamen in primitiua Ecclesia ad tem/pus collatus fuit in nomine Christi : ut habetur Actuum secundo : & decimo/nono. ut nomen Christi in maiori reuerentia haberetur. & ad excludendum errorem illorum : qui uirtutem baptismi attribuebant ministris : secundum quod habetur Corinthe. primo. dicentes : ego sum Pauli : ego autem Cephe etcete. Sed cessantibus illis causis redit Ecclesia ad formam predictam. Tu es filius meus dilectus. pre ceteris. quia filius es naturalis. alii autem adoptiui. in te complacui. ad perficiendum uite opus redemptionis humane. Ad maiorum intellectum dictorum potest queri hic. Verum conueniens fuit celum appe/riri Christo baptizato : & uocem patris audiri. Arguitur q̃ non : quia talis apertio non fuit secundum ueritatem : cum corpora celestia sint incorrupti/bilia. nec secundum apparentiam tantum : quia falsitas fuisset in operibus diui/nis : quod non conuenit. Item Christo baptizato non fuit aperta ianua celestis : sed in passione. Cum ergo talis apertio celi significaret apertionem beatitudinis : uidetur q̃ non debuit fieri Christo baptizato : sed ipso passo. Item uox patris super Christum erat : quasi approbatio sue predicationis. unde Matthei decimoseptimo : ubi similis uox facta est super ipsum in transfigura/tione additur : ipsum audite. Sed non predicauit immediate post baptismum : sed post incarcerationem Iohannis : ut dicitur infra eodem capitulo : ergo etcetera.

Responsio. Dicendum q̃ Christus baptizatus fuit a Iohanne : non ut bap/tismo indigeret : sed ut uirtutem regenerandi aquis conferret : & ut testimonio Iohannis manifestaretur : ut dictum est : & propter utrunq; conueniens fuit celum aperiri : & uocem patris audiri : quia cum testimonio Iohannis : quod erat humanum : fuit testimonium dei patris : & spiritus sancti : apparentium

in uoce : & columba : & similiter creature irrationalis : & insensibilis testimonium per illam apertionem celestem. Item conueniens fuit ad significandum uirtutem baptismi dandi per Christum : per quem est introitus in regnum dei : secun/ dum quod dicitur Iohannis tercio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua : & spiritu sancto : non potest introire in regnum dei. Ad Primum dicendum : q̃ illa apertio non fuit in corpore celesti : sed in aere : sicut solet fieri in choruscа/ tione : in qua uidetur celum aperiri : & sic dicunt homines uulgares : celum ape/ ritur in choruscatione. Scriptura autem sacra communiter tenet modum loquendi uulgarem. nec fuit ibi falsitas aliqua : quia sufficiens erat ad significandum apertionem tanue per baptismum : sicut secundum aliquos doctores columba illa non fuit uera columba : & tamen non fuit ibi falsitas aliqua ratione dicta. quia sufficiebat ad representandum : uel significandum spiritum sanctum. Ad secundum dicendum : q̃ licet per passionem Christi tanua celi sit aperta quantum ad remotionem impedimenti generalis quod erat ex peccato Ade : tamen appli/ catur uirtus passionis : quantum ad singulares personas beatitudinem intrantes per baptismum : per quem incorporantur Christo : & efficiuntur participes re/ demptionis facte per passionem : & ideo conuenientius fuit celum aperiri in baptismo : q̃m in passione : quia per baptismum est immediate ingressus ad bea/ titudinem : ut uisum est. Ad Tertium dicendum q̃ licet Christus incepit pre/ dicare publice : & communiter : post incarcerationem Iohannis : ut dicitur infra eodem capitulo : tamen ante incarcerationem dictam docuit : & miracula ali/ qua fecit : & discipulos habuit : ut habetur Iohannis secundo & tertio. licet non ita publice predicauerit sicut post. Et statim spiritus. Hic consequenter describitur reductio peccatoris in deum per opus mediatoris. Et Primo per ipsius predicationem. Secundo per passionis redemptionem : capitulo quartodecimo. Tercio per resuctionis glorificationem : capitulo sextodecimo. Circa Primum Primo ponitur predicatio Christi per uiam amoris : scilicet cum predicatione curando : & miracula faciendo. Secundo per uiam timoris : terrorem futuri iudicii incutiendo : capittulo tertiodecimo. Adhuc circa Primum premittitur Christi predicatio per seipsum tantum. Secundo cum hoc per discipulos. Se/ cunda pars incipit circa medium tertii capituli : ibi. Et ascendens in montem. Adhuc circa Primum premittitur Christi predicatio. Secundo ex hoc ponitur Iudeorum emulatio : secundo capitulo. Adhuc circa Primum premittitur predi/ catoris debita dispositio. Secundo predicationis executio : ibi. Post q̃m autem traditus est Iohannes. Tertio sequens aliorum conuersio : ibi. Et pretereins secum mare. Quarto conuersorum confirmatio : ibi. Et ingrediebantur Ca/ pharnaum. Circa Primum sciendum : q̃ debita dispositio predicatoris est morti/ ficatio carnis ut sit subdita spiritui : secundum quod Paulus dicit prime Chorint. nono. Castigo corpus meum : & in seruitutem redigo : ne forte cum aliis pre/ dicauerim ipse reprobus efficiar : & solitudo contemplationis ut ibi hauriatur q̃ postea populo per doctrinam effundatur : & licet Christus talibus non indi/ geret cum in carne eius nulla fuerit rebellio : & ab instanti sue conceptionis fuerit repletus gratia. uirtutibus. & scientus. Verumtamen egit talia prebens

aliuſ formam & exemplum : & ideo Primo premittitur ſolitudo deſerti : cum di/
citur. Et ſtatim ſpirituſ expulit eum in deſertum : qui eſt locuſ aptuſ contem/
plationi propter ſegregationem a tumultu ſecularium. ſpirituſ autem iſte a quo
dicitur expulſuſ in deſertum intelligitur ſpirituſ diuinuſ & etiam humanuſ: quia
Chriſti uoluntas erat omnino conformis uoluntati diuine. & ſequitur maceratio
carnis : cum dicitur. & erat in deſerto quadraginta diebuſ : in quibuſ ieiunauit:
ut habetur Matthei quarto. & temptabatur a Sathana. modus autem & ordo
huiuſ temptationis hic tacetur. Sed exprimitur Matthei quarto. Fuitq; cum
beſtiis: non tamen nocebant ei: ſed magis applaudebant. & angeli miniſtrabant
illi. & per hoc oſtendebatur dominuſ terreſtrium : & celeſtium. Poſtq̃ autem
traditus eſt. Hic conſequenter deſcribitur Chriſti predicatio. & Primo quantũ
ad tempus : cum dicitur. Poſtq̃m autem traditus eſt Iohannes etcetera. Sicut
enim Iohannes erat Chriſti precurſor : ita predicatio ipſius erat prima predica/
tioni Chriſti. & ideo Chriſtus non predicauit communiter : & publice : anteq̃m
incarceraretur Iohannes: finita eius predicatione. Secundo quantum ad locum:
cum ſubditur. Venit in Galyleam predicans Euangelium etcete. quare autem
primo ibi predicauerit: loquendo de publica & communi predicatione Matthеus
expreſſit quarto capitulo circa medium : & ibi eſt expoſitum. Impletum eſt
tempus : ſcilicet redemptionis humane per Prophetas predicte. Et appropin/
quauit regnum dei. quia per Chriſtum aperta eſt ianua celi. Penitemini & cre/
dite Euangelio. quia ſine penitentia preteriti delicti & fide Chriſti non habetur
uita beata . Et preteriens. Hic conſequenter deſcribitur predicationis Chriſti
fructus : ſcilicet aliquorum conuerſio ad ipſum : ſcilicet Petri. & Andree. & Ia/
cobi. Iohannis. & patet littera uſq; ibi. Et relicto patre ſuo Zebedeo cum
mercenariis in naui. Dicuntur autem hic mercenarii aliqui hominеs qui in piſca/
tione iuuabant Zebedeum pro mercede. Sciendum autem q̃ iſta uocatio de qua
loquitur hic Marcus fuit illa qua uocati ſunt predicti ad diſcipulatum Chriſti.
ulteriuſ ad propria negocia non reuerſuri. Priuſ enim uocati fuerant ſaltem
tres illorum ad quandam Chriſti familiaritatem : poſtea tamen reuerſi ſunt ad
propria negocia : de qua loquitur Iohannes primo capitulo. dicens : q̃ duo
diſcipuli Iohannis Baptiſte audientes eum dicentem de Chriſto. Ecce agnus
dei. ſecuti ſunt eum. & ibidem ſubditur : q̃ Andreas erat unus ex illis duobus.
& de altero dicunt doctores : q̃ fuit Iohannes Euangeliſta. & de uocatione
Petri ibidem ſubditur. Iſta tamen uocatio Iohannis. & Andree. fuit inſtru/
mentaliter uerbo Iohannis Baptiſte : principaliter autem Chriſti inſpiratione.
Si autem queratur : quomodo homines ſecularibus implicati : ad ſolum Chriſti
uerbum relictis omnibus ſequebantur eum. Dicendum : q̃ humanitas Chriſti
inſtrumentum erat diuinitatis coniunctum : ſicut manus eſt inſtrumentum ar/
tificis : & ideo : ſicut inquantum uox mouebat aurem : ita inquantum inſtru/
mentum diuinitatis mouebat mentem . Et ingrediebantur Capharnaum .
Hic conſequenter ponitur conuerſorum confirmatio per opera miraculoſa. Et
deſcribuntur hic Tria miracula. Primum eſt de demoniaco curato. Secundo de
ſocru Petri ſanata : ibi. Et protinus egredientes. Tertio autem de leproſo

mandato: ibi. Et uenit ad eum. Circa Primum dicitur. Et ingrediebantur Capharnaum. In illa enim ciuitate in principio sue predicationis pluries Christus predicauit: & multa miracula fecit. propter quod Luce decimo exprobrat illi ciuitati: quia per hoc non fuerunt ad deum uere conuersi. Et statim sabbatis ingressus in Synagogam docebat eos. Synagoga enim erat locus ubi conueniebant legis periti: & communis populus: ad audiendum doctrinam legis: maxime diebus sabbatorum in quibus diuinis erat uacandum: & ideo tali loco & tempore docebat Christus que erant conuenientia doctrine eius. Et stupebant super doctrina eius: id est admirabantur. tum quia legem: & Propbetas non didicerat: & tamen clarissime docebat. tum quia doctrinam suam diuinis operibus confirmabat. Vnde subditur. Erat enim docens eos quasi potestatem habens: scilicet faciendi miracula: quod statim ostenditur perfectum: cum subditur. Et erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo: id est obsessus a demone. & exclamauit: dolens de Christi doctrina: que erat animarum salus: & medicina: & quia de salute hominum torquetur Dyabolus inuidia motus: ideo subdit. Venisti autem perdere nos: id est diminuere & auferre potestatem nostram nocendi hominibus. scio q̄ sis dei: id est Christus ad salutem hominum missus. per propbetias enim de Christo dictas que determinauerant tempus. locum. & modum ueniendi ipsius Christi: secundum quod plenius declarauimus in quadam questione de aduentu Messie. Secundo quolibet meo & per alias circumstantias sciebant demones ipsum esse Christum in lege promissum. unde infra eodem capitulo dicitur. q̄ non sinebat eos loqui: quoniam sciebant eum esse Christum: & secundum quod expresse dicitur Luce quarto. uerumtamen nesciebant ipsum esse deum. nec per temptationem Christi in deserto Dyabolus potuit scire de Christo. utrum esset dei filius per naturam habens eandem naturam numero cum patre: licet ad hunc finem tripliciter eum temptauerit: ut dictum fuit plenius Matthei quarto. Si enim cognouissent demones ipsum esse deum nunq̄m induxissent Iudeos ad ipsum crucifigendum: secundum quod dicitur prima Corinthe. secundo capitulo. Si cognouissent nunquam deum glorie crucifixissent. Aliqui autem doctores dicunt: q̄ non solum non cognouerunt demones ipsum esse deum: ut dictum est. Sed nec etiam cognouerunt certitudinaliter ipsum esse Christum in lege promissum. Sed tantum cognouerunt quadam coniectura probabili multum: que in hoc loco & in aliis locis Euangelii pluribus nomine scientie exprimitur. Sed Primum dictum magis uidetur consonum textui: & dictis sanctorum. obmutescit. compellebat enim Christus demones ad tacendum de ipso: ne ueris falsa miscerent: & ne uideretur querere testimonium ab ipsis maxime quia Pharisei dicebant ipsum in Belzebuch Principe demoniorum eicere demonia: ut habetur Matthei duodecimo. ubi dictum Phariseorum plenius excluditur: sicut ibidem expositum. & discerpens eum spiritus inuidus. Contrarium uidetur haberi Luce quarto. ubi dicitur de isto demone: q̄ exiuit ab illo & nibil ei nocuit. Dicendum q̄ demones ab obsessis corporibus solent exire: non solum cum afflictione corporis: sed etiam cum mutilatione alicuius membri. per hoc igitur quod Luce dicitur: q̄ nibil ei nocuit intelligendum est quantum ad mutilationem: quia exiuit absq; mutilatione membri. quod autem hic dicit Marcus.

Diſcerpenſ eum. intelligendum eſt quantum ad afflictionem: quod licet in exitu non mutilauerit eum: tamen multum afflixit: & hoc idem habetur Luce quarto. ubi dicitur: & cum proiecisſet illum demonium in medium. per quod intelligitur obſeſſi afflictio: ibidem ſubditur. Exiuit ab illo nihilq; ei nocuit. per quod excluditur mutilatio. que nam doctrina hec noua? quia pre ceteris ueteris legis addebat nouitatem conſiliorum. & etiam quia nouo modo confirmabat doctrinam ſuam: ſcilicet per operationem miraculorum: ideo ſubditur: quia in poteſtate ſpiritibus immundis imparat etcetera. Et protinus egredienteſ. Hic ponitur Secundum miraculum. Et diuiditur in duas parteſ. In principa/lem: & incidentalem. Secunda: ibi. Veſpere autem facto. Circa Primum dicitur. Et protinus egredienteſ de Synagoga: ſcilicet poſt Chriſti predicatio/nem: & eius confirmationem per expulſionem demonis. uenerunt in domum Symonis: ut ibi acciperent refectionem poſt laborem. recumbebat autem ſocrus Symonis febricitans. licet enim uirtute nec febris poſſit curari. non tamen in inſtanti. Chriſtus autem ſanauit eam hic ſubito & ita perfecte: q̃ illa mulier miniſtrabat eis. Ex quo oſtenditur iſta curatio miraculoſa ad diſcipulorum con/firmationem. Veſpere autem facto. Hic ponitur pars incidentalis: occaſione enim huius ſanationis illi qui habebant infirmos in illa uilla adduxerunt eos ad Chriſtum querenteſ remedium: & hoc eſt quod dicitur. Veſpere autem facto. Dicit autem Theophilus expoſitor: q̃ ita tarde adduxerunt eos ad Chriſtum: quia illa dies erat dies ſabbati: & credebant curationes non eſſe licitas durante die ſabbati: que finiebatur in ueſpere illius diei. & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam: id eſt multi de ciuitate: & eſt modus loquendi Hyperbolicus: ſicut ſupra dictum eſt. & curauit multos: id eſt omneſ qui fuerant ibi adducti qui erant multi. Aliter exponitur. multos: id eſt plureſ de adductis quorum fides & deuotio curationem merebatur. & demonia multa eiciebat. eodem modo du/pliciter exponitur: id eſt omnia uel plura. & non ſinebat ea loqui: ex cauſis predictis. quoniam ſciebant eum: iam dictum eſt qualiter hoc intelligendum eſt. Et diluculo ualde ſurgens egreſſus abiit in deſertum locum. In hoc datur exemplum ut predicator: & mirabilium diuinorum operator debeat fugere po/puli applauſum. uerumtamen quia non debet omittere ſalutem animarum. ideo ſequitur. Eamus in proximos uicos & ciuitates ut ibidem predicem. Cetera pa/tent. Et uenit ad eum leproſus. Hic ponitur Tertium miraculum de leproſo mundato: cuius fides exprimitur: cum dicitur. Si uis: poteſ me mundare. confitendo enim in Chriſto diuinam potentiam meruit curationem: ideo ſubdi/tur. Ieſus autem miſertus eius extendit manum ſuam: & tangens eum. licet enim ſecundum determinationem legis ex tactu leproſi contraheretur immun/dicia: tamen hoc in Chriſto locum non habuit: quia ex tactu lepram curauit. aic illi. uolo. hic eſt punctus. & quod ſubditur. mundare. imperatiuum eſt. ut oſtendat ſe per modum imperii lepram curare tanquam dominus creature. & comminatus eſt ei. prohibendo: ne hanc curationem diuulgaret: donec oſten/deret ſe ſacerdotibus: & ſacrificium in lege preceptum pro ſua emundatione obtuliſſet. legalia enim habuerunt curſum ſuum: & obligationem uſq; ad Chriſti paſſionem: in qua oblatum eſt perfectum ſacrificium euacuatiuum legalium.

& ideo usq; tunc Christus legalia seruauit. Sicut declaratum fuit Matthei quinto. super illud uerbum. Non ueni soluere legem: sed adimplere. & similiter aliis seruanda mandauit: ut hic patet. Et egressus cepit predicare & diffamare sermonem: scilicet post factam oblationem predictam: ut iam non posset manifeste introire in ciuitatem: propter pressuram hominum sibi occurrentium: ad querendum sanitatem: & uidendum miracula.

Capitulum Secundum

Iterum intrauit in Capharnaum. Postquam descripta est Christi predicatio: hic consequenter describitur insurgens ex ea Iudeorum emulatio. Et hoc in quattuor casibus: scilicet in paralitici curatione. In Matthei uocatione. In discipulorum Christi agnitione. Et in manus aride sanatione. Secunda pars incipit ibi. Cum preteriret uidit Leui. Tertia ibi. Et erant discipuli Iohannis. Quarta in principio tertii capituli. Circa Primum premittitur emulationis occasio. Secundo emulorum peruersa cogitatio: ibi. Erant autem ibi quidam de scribis. Tertio ipsorum confutatio: ibi. Quo statim cognito Iesus. Iste Tres particule exposite sunt Matthei nono in principio capituli: hoc exposito quod ibi tacetur modus offerendi paraliticum ipsi Christo: qui hic exprimitur: cum dicitur. Et cum non possent eum offerre illi pre turba nudauerunt tectum: scilicet domum in qua erat Christus. Ad cuius intellectum sciendum: q̄ domus in terra illa habent plana tecta: & ibi ascendunt homines causa recreationis ad habendum aerem: & confabulandum ad inuicem: quia de tecto unius domus potest de facili transire ad tectum alterius. & propter hoc dicit Saluator Matthei decimo. quod in aure auditis: id est in secreto: predicate super tecta: id est in publico ubi conueniunt homines: & in quolibet tecto est una clausura: que aperitur quando homines de domo ascendunt super tectum: & clauditur quando descendunt. Illi qui portabant istum paraliticum non potentes ingredi domum in qua erat Christus propter turbam: que non solum erat intra domum: sed etiam ad ostium: per aliam domum contiguam portauerunt illum paraliticum super tectum domus: in qua erat Christus. & aperientes clausuram tecti predictam submiserunt paraliticum in lecto ante Christum. Cetera exponantur sicut exposita sunt Matthei nono. Et cum preteriret. Hic describitur emulatio Iudeorum contra Christum in Matthei uocatione. Et Primo ponitur emulorum murmuratio. Secundo eorum confutatio: ibi. Hoc audito Iesus. Circa Primum dicitur. Vidit Leui Alphei. Matheus enim ante uocationem Leui uocabatur: & erat filius Alphei. Cetera exponantur sicut exposita sunt Matthei nono. Et erant discipuli Iohannis. Hic describitur emulatio Iudeorum cõtra Xp̃m in discipulorũ Christi arguitione uolentium retorquere apparentem defectum: licet non existentem discipulorum Christi in magistrum. Et ponitur duplex casus. Secundus ibi ponitur. Et factum est iterum. Primus casus est de hoc quod arguebant discipulos Christi eo q̄ non ieiunabant sicut discipuli Iohannis & Pharisei. Sed Christus eos confutat: discipulos suos rationabiliter excusando. Et expositio littere patet ex hiis que dicta sunt Matthei nono capitulo. parum ante medium capitulum. Et factum est iterum. Hic ponitur Secundus casus: quia arguebant discipulos

Christi eo ꝙ euellebant spicas: & comedebant in die sabbati. Sed Christus con/futat eos excusando per scripturam ueteris testamenti. Et patet expositio huius littere ex dictis Matthei duodecimo capitulo in principio: hoc excepto quod hic additur. Sub Abiathar Principe sacerdotum. & uidetur hoc falsum: quia Princeps sacerdotum tunc erat Achimelech: ut habetur primo Regum uicesi/mosecundo. Dicendum ꝙ Abiathar erat filius Achimelech: & tunc agebat sacer/dotium sub patre. Verumtamen magis exprimitur hic abiathar q̃m pater eius Achimelech: quia interfecto Achimelech a Saule Abyathar filius eius fugit ad Dauid: ut ibidem dicitur: & fuit socius itineris & laboris ipsius: & per conse/quens maioris nominis & autoritatis q̃m fuerat pater eius: propter hoc quod hic exprimitur tacito patre.

Capitulum Tertium

Et introuit iterum. Hic ponitur Quartus casus de sanatione habentis manum aridam. Vbi Primo ponitur Iudeorum insidiatio. Secundo eorum confutatio: ibi. Et ait homini. Tertio eorum obstinatio: ibi. Exeuntes autem. Expositio duarum primarum partium patet ex dictis Mat/thei duodecimo .b. ubi casus iste plenius ponitur: hoc excepto quod subditur hic. Licet sabbatis bene facere: an male? Circa quod sciendum: ꝙ aliqui sunt actus boni in genere entis: qui tamen ex se non habent bonitatem in genere moris: sicut edificare domum: uel huiusmodi: & talia non erant licita in die sabbati. Alii autem sunt actus boni in genere moris: secundum se: sicut sunt opera uirtutum: & talia licita sunt in die sabbati: de quibus erat sanatio manus aride: quia erat opus pietatis: & cum hoc erat ad gloriam dei manifestandam: inquantum fiebat miraculose: & ideo de talibus nulli debet esse dubium quin possint fieri in die sabbati: non solum licite: sed & laudabiliter: & hoc est quod dicitur. Licet sabbatis benefacere? quasi diceret: certum est omnibus ꝙ sic. Animam saluam facere etcetera. id est hominem curare: & accipitur hic anima pro ipso homine: quia est principalior pars hominis. & per talem modum lo/quendi dicitur Exodi secundo. Omnes anime que egresse sunt de femore Iacob etcetera. At illi tacebant: non potentes contradicere uerbis eius: nec tamen uolentes confiteri ueritatem. Et circumspiciens eos cum ira: propter eorum cecitatem & maliciam. Ad maiorem intellectum huius dicti queritur utrum ira fuerit in Christo. Et arguitur Primo ꝙ non: quia non est nisi duplex ira secundum doctores Catholicos: scilicet ira per uicium: & ira per zelum. Sed neutra fuit in Christo: ergo etcetera. probatio minoris: quia Gregorius dicit quinto Moralium: ꝙ ira per uicium excedat oculum mentis: ira per zelum ipsum perturbat. Sed oculus mentis in Christo non fuit excecatus: nec turba/tus: ergo etcetera. Item ira opponitur mansuetudini: ut habetur quarto Ethicorum. Sed Christus fuit maxime mansuetus: ergo ira in Christo non ha/buit locum. Contrarium dicitur in littera. Circumspiciens eos cum ira etcetera. Dicendum ꝙ ira est appetitus uindicte propter illatam iniuriam sibi uel alteri: ut habetur secundo Rhetorice: talis autem uindicta potest appeti preter ordi/nem rationis: & sic est uiciosa: & uocatur ira per uicium. De qua dicitur Iacobi primo. Ira uiri iusticiam dei non operatur. Alio modo potest appeti secundum

ordinem recte rationis: & ad hoc est laudabile: secundum quod dicitur psalmo quinquagesimoseptimo. Letabitur iustus cum uiderit uindictam etcetera. Illud enim laudabiliter appetitur: de quo quis iuste letatur: & talis est ira per zelum: secundum quod dicit beatus Augustinus super Iohannem secundo capitulo. zelo domus dei comeditur: qui omnia peruersa que uidet emendare cupit: & si emendare non potest tollerat & gemit: & talis ira fuit in Christo: unde Iohannis secundo: illud Psalmo sexagesimooctauo. Zelus domus tue comedit me: & introducitur tanquam de Christo. Ad Primum dicendum: q̄ ira per zelum in nobis bene aliqualiter perturbat oculum mentis: quia potentie anime sic se habent: q̄ una intenta in actu suo: alia remittitur: & ideo motus ire: qui est in irascibili parte: q̄mus sit moderatus ratione: impedit intellectum a contemplatione ueritatis: & sic dicitur turbare oculum mentis: talis tamen turbatio non est peccatum. Veruntamen in Christo non habuit locum: quia uirtute diuina quelibet potentia permittebatur agere illud quod erat sibi proprium: ita q̄ una nō impediebat aliam in actu suo. & ideo sicut gaudium fruitionis in anima Christi non impediebat dolorem passionionis in parte inferiori: sic econuerso motus ire in parte inferiori in nullo impediebat actum mentis siue rationis. Ad secundum dicendum: q̄ ira que est preter rationem opponitur mansuetudini: non autem illa que est moderata ratione: quia de ratione mansuetudinis est: q̄ faciat talem moderationem. Exeuntes ergo Pharisei. Hic describitur Iudeorum obstinatio: quia nec uerbis Christi: nec factis resilierunt a malo suo: sed magis obstinati sunt incipientes machinari in mortem Christi. Cum Herodianis. hoc exponitur dupliciter: quia dicunt aliqui: q̄ isti Herodiani fuerunt quidam Iudei fingentes quandam sectam nouam: dicentes de Herode Ascalonita: q̄ erat Messias: moti ex falso intellectu ipsius: quod dicitur Genesis quadragesimonono. Non auferetur sceptrum de Iuda etcetera. ubi dicitur: q̄ ablatio regni a Tribu Iuda erat signum aduentus Messie. Iste autem Herodes obtinuit regnum illud cum tamen esset alienigena: quia pater eius fuit Idumeus: secundum quod dicit Iosephus: & alii Hystoriographi. & quia Messiam promissum illi intelligebant regnare temporaliter: nec uidebant alium regnare tunc in Iudea nisi Herodem: ideo dixerunt ipsum esse Messiam: cum tamen prophetia Iacob predicta esset secundum ueritatem intelligenda de Christo: qui natus fuit tempore dicti Herodis: ut habetur Matthei secundo. Isti ergo habebant occasionem prosequendi Christum: eo q̄ ipsum esse Christum: sicut erat secundum ueritatem: erat contrarium secte sue. Alii autem dicunt: q̄ isti Herodiani erant milites Herodis Antipas qui fuit filius p̄dicti Herodis & dominabat in Galylea non sicut Rex: sed ut Tetrarcha: ut habetur Luce tertio: & iste incarcerauerat Iohannem: ex quo habent aliquam occasionem prosequendi Christum: quem predicauerat Iohannes: & ex hiis patet malicia Phariseorum: qui cum peruersis hominibus tractabant consilium ad perdendum Christum. Iesus autem cum discipulis suis secessit. hoc expositum est Matthei duodecimo. b. & dixit discipulis suis in nauicula. Sibi deseruiret etcetera. ostendens in se infirmitatem carnis. quotquot autem habebant plagas: id est infirmitates uarias: & spiritus

immundos etcetera. & in hoc ostendebat uirtutem sue deitatis. Vtrunq; enim necesse est confiteri fuisse in Christo: scilicet infirmitatem carnis: & potentiam deitatis. & ideo utrunq; manifestabat Christus in operibus suis. Tu es filius dei. coniecturaliter loquebantur: & uehementer comminabatur eis: cuius causa assignata est supra primo capitulo. Et ascendens in montem. Postquam descripta est Christi predicatio per se ipsum: hic consequenter describitur eius predicatio per Apostolos etiam. Et Primo describitur potestatis collatio. Secundo dicte collationis exequutio sexto capitulo: ibi. Et uocauit duodecim. Circa Primum Primo potestas confertur. Secundo dubium remouetur: ibi. Et ueniunt ad domum. Circa Primum describitur electio Apostolorum: & numerus: & nomina eorum: & potestas eius collata: & patet sententia ex his que dicta sunt Matthei decimo capitulo. a. hoc excepto. Boanerges quod est filius tonitrui. Sic enim uocati sunt a Christo: quia in transfiguratione Christi audierunt uerbum dei patris: dicentis de Christo. Hic est filius meus delectus etcetera. quod quidem uerbum uocatur tonitruum: secundum illum modum loquendi Iob uicesimosexto. Cum paruam stillam sermonum illius audierimus tonitruum magnitudinis eius quis poterit intueri? Et uenerunt ad domum. Hic consequenter remouetur dubium. Ex hoc enim q̄ contulerat potestatem predicandi Apostolis: posset aliquis credere: q̄ in persona propria uellet a predicatione cessare: quod remouetur per hoc: q̄ feruentius predicauit q̄m prius: & iste feruor Primo ostenditur in generali. Secundo in speciali quarto capitulo. Adhuc circa Primum dictus feruor Primo ostenditur. Secundo irrationabilis locutio ex hoc insurgens repellitur: ibi. Et cum audissent sui. Circa Primum dicitur. Et conuenit iterum turba ad audiendum uerbum dei ab ipso: & ipse ita feruenter intendebat predicationem: q̄ ipse & discipuli eius non habebant tempus manducandi. Et cum audissent. Hic irrationabilis locutio insurgens ex predicto feruore repellitur. & hoc in Tribus casibus. Secundus ponitur ibi. Et scribe. Tertius ibi. Venit mater eius. Circa Primum sciendum: q̄ illi qui erant de cognatione sua ex parte matris uidentes insolitum feruorem in eo: q̄ sicut dictum est: propter feruorem predicandi dimittebat horam comedendi. Videbant etiam in uultu eius insolitam claritatem ex uirtute diuinitatis procedentem. Item audiebant eum loquentem de diuinis ardua: & insolita: & per consequens eis non intelligibilia: ideo credebant eum loqui sicut arreptitium uel furiosum: ideo uoluerunt eum tenere & ligare ne sibi uel alius posset nocere: & isti mouebantur ex pietate. Circa casum Secundum: qui ponitur cum dicitur. Et Scribe. considerandum: q̄ isti mouti contra Christum inuidia: & malignitate dicebant ipsum Christum habere quendam demonem priuatum: alius demonius superiorem: per cuius uirtutem expellebat demones inferiores a corporibus obsessis ab eis. & ideo Christus illorum & istorum irrationabilia uerba expellit: cum dicitur. Et conuocatis illis etcetera. quia rationabiliter loquendo ostendit se non esse furiosum: & uera & sancta docendo: ostendit se non habere demonem priuatum: cum sit pater mendacii: ut habetur Iohannis octauo capitulo. Cetera patent ex his que dicta sunt Matthei duodecimo. Et ueniunt mater

etuſ. Hic conſequenter ponitur Tertiuſ caſuſ. Ipſo enim predicante nunciatum fuit ſibi inſidioſe : q̄ mater etuſ & fratreſ ſtabant foriſ ad temptandum ſi ex af/fectu carnali ad matrem dimitteret uel interrumperet predicationem : & ipſe hoc uerbum malignum repulit rationabiliter : ut patet ex hiſ que dicta ſunt Mat/thei duodecimo .g.

Capitulum Quartum

ET iterum cepit. Hic conſequenter oſtenditur feruor predicandi in ſpe/ciali. Et Primo deſcribitur feruor predicationiſ. Secundo ex hoc in/ſurgens liuor emulationiſ in principio ſexti capituli. Circa Primum Euangeliſta Primo deſcribit predicationiſ Typum. Secundo predicationiſ fruc/tum : ibi. Et dicebatur ſic eſt regnum dei. Tertio confirmanſ miraculum : ibi. Et ait in illa die. Circa Primum deſcribitur Primo predicationiſ tempuſ & mo/duſ. Secundo predicationiſ parabola ſiue Typuſ : ibi. Ecce exiit ſeminanſ. Tertio huiuſ parabole aperitur intellectuſ: ibi. Et cum eſſet ſingulariſ. Et iſta parſ diuiditur in duaſ. quia Primo aperitur intellectuſ parabole Apoſtoliſ ſpecialiter. Secundo predicitur aperiendus per Apoſtoloſ omnibuſ generaliter: ibi. Nunquid uenit lucerna. Treſ prime parteſ expoſite ſunt Matthei tertiode/cimo capitulo .a. pauciſ exceptiſ. Et cum eſſet ſingulariſ: id eſt extra preſſuram turbarum tunc expoſuit parabolam Apoſtoliſ. Nunquid uenit lucerna ? Hic oſtenditur doctrina Euangelica per Apoſtoloſ publicanda : quod factum eſt poſt aſcenſionem Chriſti ad celoſ : tunc enim diſperſi ſunt per orbem : ut in om/nem terram exiret ſonuſ predicationiſ eorum : & etiam ante paſſionem Chriſti miſſi ſunt ad predicandum : non tamen ita diffuſe : & hoc eſt quod dicitur. Nunquid uenit lucer ? id eſt doctrina Euangelica : ſecundum illud Pſalmi. Lucerna pedibuſ meiſ uerbum tuum etcetera. ut ſub modio ponatur etcetera. occulte & in latebriſ doceatur : ſicut doctrine ſuſpecte Hereticorum : & homi/num malorum : quaſi diceret : non. nonne ut ſuper candelabrum ponatur. hoc eſt in palam & publice doceatur : quaſi diceret : ſic non eſt enim abſconditum aliquid : q̄ non manifeſtetur etcetera. quia illa que Chriſtuſ docuit Apoſtoloſ ſecrete : uoluit per Apoſtoloſ predicari publice : & manifeſte : ſecundum quod dicitur eiſ Matthei decimo .e. quod in aure auditiſ predicate ſuper tecta. Si quiſ habet aureſ audiendi : deſiderium intelligendi doctrinam Chriſti : audiat. quaſi diceret : taliſ poteſt proficere : non ſolum ſibi intelligendo : ſed etiam aliiſ ipſoſ docendo : ideo ſubditur. In qua menſura menſi fueritiſ : remetietur uobiſ. quod exponit ſic Beda. Si ſolerter omnia que ualetiſ bona facere : ac proximiſ intimare ſtudetiſ aderit diuina pietaſ : que nobiſ in preſenti ſenſum altiora ca/piendi conferet : & in futuro retributionem eternam adiciet : & ideo ſubditur. & adicietur uobiſ. qui enim habet dabitur illi : quia habenſ fidem : & gratiam ex uſu taliſ gratie meretur : q̄ iterum ſibi detur gratia ad augmentum prece/denciſ. Et qui non habet : ſcilicet : fidem : & gratiam : qualeſ erant Scribe : & Phariſei. Et quod habet : auferetur ab eo. quia noticia legiſ : quam habe/bant : ablata fuit ab eiſ : inquantum non ualuit eiſ ad ſalutem. Sed magiſ fuit eiſ in augmentum ſue dampnationiſ : ſecundum dictum Saluatoriſ Luce .xii.

Seruus qui scauit uoluntatem domini sui : & si non faciet ea uapulabit multis .

Et dicebat sic est regnum dei. Hic consequenter describitur predicationis Christi fructus . Primo in uno homine . Secundo in communitate Ecclesie : ibi. Et dicebat cui assimulabimus . Circa Primum sciendum : q̃ per semen intelligitur predicatio : sicut patet in parabola precedenti : ex semine autem isto recepto in aliquo homine fit talis processus . quia Primo concipitur timor diuinorum iudiciorum : & signatur per herbam : que est quid imperfectum : cum dicitur. Fructificat primum herbam : & quia ex timore cessat homo a malis : & incipit se exercere in bonis . Ideo Secundo concipitur spes diuinorum beneficiorum : que signatur per spicam : in qua iam est spes grani futuri : cum dicitur. Deinde spicam. Tertio ex hoc datur caritatiuus amor : qui habet opus perfectum : & ideo significatur per plenum frumentum : cum dicitur. Deinde plenum fructum : quia ut dicitur ad Romanos tertiodecimo capitulo . Plenitudo legis est dilectio : & tunc est homo dispositus : ut de statu gratie transeat ad gloriam : ideo subditur . Et cum ipse produxerit fructum : statim mittit falcem : scilicet ipse dominus : abscindendo iustos de presenti uita : ut transferat ad gloriam : ideo subditur . Quoniam adest messis : id est collectio iustorum in patria . Et dicebat : cui assimulabimus . Hic consequenter describitur fructus predicationis Christi : quantum ad communitatem Ecclesie : que de paruo statu creuit ad magnum : sicut sinapis granum : & patet sententia ex dictis Matthei tertiodecimo capitulo. dicens : excepto quod hic subditur : & talibus multis parabolis loquebatur uerbum : prout poterant audire : quod exponit Theophilus . dicens : q̃ turbe erant indocte a consuetis nominibus instruit eas : scilicet per similitudinem rerum sensibilium : que erant eis cognite . Sed hoc uidetur contradicere ei quod supra dixit Christus Apostolis eodem capitulo. Vobis datum est nosce mysterium dei : illis autem qui foris sunt in parabolis : ut uidentes uideant : & non uideant . Et Matthei tertiodecimo . In parabolis loquor eis . quia uidentes non uident etcetera . Dicendum q̃ sacra scriptura hoc habet proprium : q̃ sub una littera habet plures sensus : quorum aliqui sunt potentiores : & alii magis latentes : & ideo in parabolis Christi turbe capiebant sensum magis patentem : non autem latentem. Sed de tali intellectu docebat Christus Apostolos ad partem : ideo subditur. Seorsum autem discipulis suis diserebat omnia . De turbis autem predictum est : ut uidentes uideant : & non uideant : id est capiant sensum magis patentem : non autem latentem . Et ait illis in illa die . Hic consequenter describuntur miracula doctrine Christi confirmatiua. Et Primo describitur miraculum in mari factum. Secundo in terra : in principio quinti capituli . Sententia Prime partis patet ex his que dicta sunt Matthei octauo .f.

Capitulum Quintum

Et uenerunt transfretum. hic consequenter describuntur Christi miracula facta in terra ad doctrine sue cõfirmationem. & primo describitur demoniaci curatio. scdo filie Archisinagogi resuscitatio ibi. Et cũ ascẽdisset Iesus in nauí. Prima in duas quia prima describitur curatio demoniaci. ii. deuotio ipsius curati ibi. Cum ascẽderet. Expositio prime partis patet ex dictis Mat. viii. g. paucis exceptis que discurrendo occurrit et de monumentis homo in spiritu immundo. i. obsessus a demone Mat. viii. g. dicitur q̃ erant duo. ad qđ dicendum q̃ secundum ueritatem duo erant demoniaci ut dicit Mat. Sed unus erat senior altero: in quo erat legio demonum ut infra dicitur et iste solus nominat hic a Marco: & alius tacetur: quia non erat ita famosus in malo. et semper die ac nocte in monumentis. s. gentilium damnatorum super quorum animas demones tã habebant potestatem: & ideo habitabãt ubi corpora eorũ erant sepulta: tanq̃ habituri potestatem super ea post finale iudicium. & interrogabat eum q̃ tibi nomen est. interrogauit autẽ Christus nó. quia ignoraret. Sed ut multitudo demonũ in illo homine habitantiũ ex confusione eorum appareret. unde subditur. legio mihi nomen est: quia multi sumus. legio aũt ꝓprie dicitur numerus determinatus armatorũ in exercitu: & continet sex milia sex centos sexaginta sex: & inde dicitur legio in demonibus qui militant contra nos. & deprecabatur eum. scilicet legio demonũ. ne se expelleret extra regionem. i. extra hominum habitationũ. unde & Luc. viii. dicitẽ in abyssum. locus enim inferni debetur demonibus. permittunt tñ inter homines habitare usq; ad iudicium: ut gloriosior sit electorum uictoria in demonum temptantium superationem. Cũq; ascenderet. hic describitur curati deuoto: quia gratus de beneficio sibi collato uoluit sequi Christum. Iesus autem non admisit eum. i. non recepit eũ ad Apostolatũ uel disciplinatum ꝓpter horrorem precedentis passionis. Itez ne ascriberet demoni q̃ iste faceret si esset discipulus Christi: & ex hoc loco accipitur q̃ demoniaci & furiosi post curationem non promouent in Ecclesia dei & abiit & cepit predicare in Decapoli. nomen est regionis. & dicitur a Deca q̃ est decem: & polis qđ ẽ ciuitas. Et cum ascendisset Iesus in nauim. hic describitur resuscitatio filie Archisinagogi: et primo describitur huius facti incohatio. ii. interponitur mulieris sanguinis fluxe curatio ibi. Et mulier que erat in ꝓfluuio sãguinis. tertio describitur predicti facti cõsũmatio ibi. Adhuc eo loquente. Sententia istarum trium partium patet ex his que dicta sũt Mat. ix. d. exceptis aliquibus que exponent quantum ad primam partem. dicit hic. deprecabatur eum multum dicens. quoniam filia mea in extremis est Mat. ix. dicitur q̃ Archisinagogus dixit Christo: filia mea modo defũcta est. Ad quod dicendum q̃ euangeliste repetendo dicta alicuius uel aliquorum aliquando repetunt eadẽ uerba: aliquando uero sententiam per alia uerba. filia Archisinagogi laborabat in extremis secundum q̃ dicit Marcus. ueruntñ erat ita propinqua morti: q̃ reputabatur mortua. unde & secundum cõmunem modum loquendi de aliquo qui sic est morti propinquus: dicitur q̃ mortuus est: quia qđ modicum distat q̃si nihil reputatur: & hoc mó loquẽdi usus est Matth. Circa secundã partem dicitur. & fuerat multa perpessa. s. non solum in facultatibus sed etiam in corpore: ut patet per litteram sequentem: & statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutem que exiuerat de illo: non est intelligẽdum q̃ aliqua uirtus existens in Christo migrauerit extra ipsum. Sed talis exitus intelligit per modũ cause producentis effectum in quem dicitur: exire in quãtum causa relucet in effectũ & per talem modum loquendi dicitur sapiẽtie. vii. de sapientia increata q̃ p̃ nationes in animas sanctas se transfert: & amicos dei & prophetas constituit: que tamen non potest intelligi q̃ sapientia increata sit alicubi ubi prius non erat cum de necessitate sit

ubiq; presens: Sed quia causat ibi nouum effectum. Vtrum aũt talis uirtus in Xpo fuerit uirtus diuina tantum: uel cũ hoc humana dicetur in fine huius capituli. Quis me tetigit. non querit ex ignorantia: Sed ut per confusionẽ mulieris sanate appareat fides eius: & a Christo cõmendeẽ. & quia manifestatio miraculi dicte sanatõis cedebat ad dei gloriam & Archisinagogi assecurationem ut per hoc certificaret de futura sus/citatione filie sue. turbe te cõprimunt. licet in tali pressura eum tangerent corpaliter non tamen tangebant eum cum tali deuotione & fide sicut illa mulier tetigerat et de tali tactu singulariter querebat. Circa tertiam partem dicitur sic. quid ultra uexas magistrum. licet enim traderent ipsum posse eã sanare nõ tamen a mortuis suscitare ex quo patet q̃ eorum fides erat imperfecta. & non admisit quenq̃ sequi etc. oñens q̃ in operibus miraculoꝝ nõ debet facens querere ostentationẽ: in hoc dans exemplũ eius discipulis qui erant facturi miracula. Verũtamen q̃ in operibus miraculosis ma/nifestatur dei gloria. ideo aliquãdo faciebat miracula ualde publice sicut patet in La/zari suscitatione: & ceci nati illuminatione: ostendens exemplũ discipulis ut in talibus quererent dei gloriam tantum: & non propriam. Thabita cum. due sunt dictiones hebraice. quaꝝ p̃ma est nomen: & secunda uerbũ: ut patet p̃ interpretationẽ. Sciendũ tamen q̃ Thabita nõ est nomen commune sed est nomen proprium illius puelle que fuit suscitata: & hoc patet per simile Act. ix. ubi dicitur in Ioppe autem fuit quedam discipula nomine Thabita & ideo Marcus pro nomine proprio posuit cõmune inter/pretando. s. puella. Sciendũ etiã q̃ illud q̃ ibi interponitur. s. tibi dico. non est de significato sermonis hebraici hic positi: Sed additum fuit ab euangelista ad maiorem expressionem quod ad uerbũ Christi illa puella suscitabatur. & p̃cepit illis uehemẽter ut nemo illud sciret. causa iam est expressa per hoc uolens dare exemplum aliis ut nõ quererẽt ostentationem in operibus miraculosis. Et iussit illi dare manducare. ad pro/bationem uere resurrectionis sicut Christus: & post resurrectionem suam manducauit cum Apostolis: ut habetur Luc. xxiii. Ad maiorem euidẽtiam eorum que dicta sunt: hic & alibi de miraculis Christi. queritur utrum Christus fecerit miracula sola diuina uirtute: & arguitur primo q̃ sic: dicit enim Leo Papa in epistola ad Flauianum cum in Christo sint due nature: una earum est scilicet diuina que fulget miraculis: altera. s. humana que succumbit iniuriis. Igitur sicut se habet humana natura ad succũbendum iniuriis: sic se habet diuina ad agendũ in operibus miraculosis. Sed sola natura hũana iniuriis succumbit quia talia pati repugnat deitati. ergo sola natura diuina agit in operibus miraculosis. Et confirmatur auctoritate psal. ca. xxxv. qui fecit mirabilia magna solus. ergo sola deitas est principiũ agendi miraculum. Item opera miraculosa excedũt totam uirtutem nature create: natura autẽ humana in Christo creata est. ergo ut uidetur nullo modo attingit opera miraculosa. Contra quia Christus per tactũ corporis sanabat miraculose ut dictum est de muliere patiente fluxũ sanguinis & infra. vi. quot quot autem tangebant eum salui fiebant. Si igitur talis tactus nihil ageret in sanatione predicta frustra adhiberetur: qd̃ non conuenit ipsi Christo. s. aliqd frustra agere ergo ille tactus aliqd faciebat & certũ ẽ q̃ p̃tinebat ad hũanitatẽ ergo etc. ¦Rñsio in hac questõe. Sic p̃cedẽdũ qa p̃mo uidẽdũ ẽ q̃liter uiri sancti uiui uel defuncti quorũ miracula scripta sunt: in illis operati fuerunt. scd̃o qualiter Xp̃s in quantum homo operatus fuerit. Circa primum aliquid est certum uidelicet q̃ mi/racula nõ possunt fieri aliqua uirtute tanq̃ principaliter agente: nisi uirtute diuina: quia sicut tactum est operatio miraculosa excedit totam facultatem uirtutis create. Similiter certũ est q̃ sancti uiri ad miracula possunt operari meritorie: qa frequẽter

expertum est miracula facta fuisse a deo ad preces sanctorum. Sed dubium est. utrū
utri sancti in miraculis operati sunt per aliquam uirtutem eis inexistentem. non quia
illa sit principalis ratio agendi: Sed tantum instrumentalis ut sic deus tanq̄ ꝓncipaliter
agens fecerit miracula per sanctos tanq̄ per quedam instrumenta. Et hanc questionē
relinquit Augustinus. xxii. li. de ciuitate dei insolutam: ubi enarratis multis miraculis
martyrum dicit sic. Siue enim deus per seipsum miro modo quo res temporales opat
eternus: siue per suos ministros ista faciat & eadem ipsa que per ministros facit: siue
quedam faciat per martyrum spiritus. siue per homines adhuc in corpore constitutos;
siue deus ista per angelos qbus inuisibiliter immutabiliter ¦corporaliter imperat opet̄:
ut que per martyres fieri dicunt eis orantibus tātum & impetrantibus non etiam ope/
rantibus fiant: siue alia istis siue alia illis modis qui nullo modo a mortalibus cōꝑhendi
possunt: & tamen hoc attestantur fidei in qua carnis resurrectio predicatur. Hāc
tamen questionem determinare uidetur. Grego. ii. li. Dyal. ubi dicit sic. qui deuota
mente deo adherent cum rerum necessitas exposcit exhibere signa in utroq; solent: ut
intra queq; aliquando ex prece faciāt: aliquando ex potestate concessa illis a deo. et
hoc probat consequenter ratione: & exemplo. Ratio autem talis est. cui conceditur
illud qđ est maius: non est mirum si aliquando concedatur qđ est minus. Sed maior
est potestas filios dei fieri etiam per adoptionem cum hoc solis sanctis concedatur: q̄m
miracula operari ꝙ etiam aliquando malis conceditur ut habetur Mat. vii. ca. Sed
primum conceditur hominibus sanctis scd̄m ꝙ dicitur Io. i. quot quot aūt receperūt
eū dedit eis potestatem filios dei fieri. ergo etc. Item probat hoc exemplo qa Petrus
suscitauit Thabitā orando ut habetur Act. ix. ca. Ananiam uero & Saphiram morti
tradidit subito absq; oratione. Sed solum culpam eorum increpando Act. v. ca. & sic
uidetur illud factum fecisse ex aliqua potestate sibi concessa a deo tanq̄ instrumentū
diuine iusticie. Item adhuc uidetur facere ꝙ gratia diuiditur per gratiam gratis datā
& per gratiam gratum facientem. & licet aliquando ab aliquibus dictū fuerit ꝙ gratia
gratum faciens nihil ponit in anima: tamen de gratia gratis data ab omnibus concedit̄
ꝙ aliquid ponit in anima: & hoc patet manifeste de gratis gratis datis que uocantur
sermo sapientie: & sermo scientie. i. Corin. xii. quia significant quasdam eminentes
cognitiones diuinorum & humanorum que ponunt aliquid in anima. Similiter fides
prophetia. genera linguarum. & ¦terpretatio sermonum. & eadem ratione uidetur ꝙ
gratia sanitatū & operatio uirtutū. i. miraculoꝝ que ponūt̄ gratie gratis date dicant
aliq̄ uirtutem in anima existentem. Dicut tñ aliqui ꝙ ista uirtus operantis miracula
nō est aliqua uirtus mansiua per modum habitus sed per modum passionis transeūtis
sicut & prophetia propter qđ tales non possunt facere miracula quotienscūq; uolunt
nec prophetare: Sed quicqd sit de conclusione: ratio tamen nō ualet: quia sicut dictū
est talis uirtus operandi miracula non est principalis sed tantū instrumentalis. instru/
mentum autem operari non potest quāuis sit perfectū per formam suam nisi moueat̄
actualiter per manum artificis: sicut patet ꝙ securis non potest secare nisi per manum
artificis moueatur: & ideo dato ꝙ talis uirtus sit mansiua nō potest tamen operari ad
miracula absq; motione diuine uirtutis principaliter agentis. Si tamen talis uirtus sit
mansiua uel per modū passionis transeuntis solum: sicut est motio instrumenti cōmouet̄
ab agente principali nihil dico modo: Item ad conclusionem inducit illud ꝙ a sanctis
& doctoribus catholicis dicitur de sacrām̄tis noue legis. uidelicet ꝙ efficiūt: ꝙ figurāt.
ita ꝙ tanq̄ quedam instrumenta diuine misericordie agunt ad inductionem gratie ipsā
instrumentaliter attingendo: uel saltem aliquā dispositionem ad ipsā ut caracbterem

uel aliquid ſimile correſpondenſ in ſacramentiſ que non diminuũt caracterem ita ꝙ
n ſacramentiſ eſt aliqua uirtuſ ad efficiẽdum modo predicto: & tñ ſacramenta cóſiſtũt
n quibuſdam rebuſ ſenſibilibuſ. & ideo multo fortiuſ uidetur ꝙ in animabuſ ſanctorũ
uirorum defunctorum: uel uiuentium poſſit poni aliqua uirtuſ diuinituſ eiſ cóceſſa in
operibuſ miraculoſiſ per modum predictũ. Ex dictiſ patet quid dicendum ſit de hu/
manitate Chriſti que eſt organum ſeu inſtrumentum coniunctum ipſiuſ deitatiſ: ſicut
manuſ eſt inſtrumentũ artificiſ. boíeſ aũt alii q̃tũcunq; ſancti non ſũt ſic cõiuncti: &
ideo ſũt q̃ſi quedã iuſtrumẽta deitatiſ ſepata: & adhuc pluſ ſepata ſũt eccleſie ſacramẽta
inſtrumentũ autem coniunctũ magiſ participat efficatiã agentiſ principaliſ q̃ ſepatũ:
& ideo taliſ uirtuſ operandi ad miracula efficatior inuenitur in humanitate Chriſti q̃
in quibuſcunq; aliiſ. His dictiſ poteſt reſponderi ad argumenta. ad primum dicendũ
ꝙ ſimile tenet q̃tum ad hoc ꝙ ſicut humanitaſ in Chriſto fuit ratio patiendi: ſic deitaſ
eſt ratio & principium faciendi miracula principaliter non tamen tenet quantum ad
ſecundum: quia non repugnat humanitati Chriſti operari ad miracula per modum in/
ſtrumenti: repugnat autem deitati qualitercunq; pati ueruntamen ratõe idemptitatiſ
ſuppoſiti idiomata cómunicãt quia ſicut hec eſt uera. deuſ paſſuſ eſt. ita hec eſt uera.
demonſtrato Chriſto. iſte puer creauit ſtellaſ. Ad illud qđ inducitur de pſal. dicendũ
ꝙ li ſoluſ non excludit humanitatem tanq̃ inſtrumẽtaliter agentem: Sed tanq̃ prin/
cipaliter: & ſic eſt intelligendum: reſpectu aliorum ſanctorum ꝙ ſoluſ deuſ facit mi/
racula: ſcilicet tanq̃ principale agenſ. Ad ſecundum dicendum: ꝙ inſtrumentum in
uirtute principaliſ agentiſ bene attingit ad aliquid qđ excedit facultatem propriam
conuenientem ei ſecundum ſe. Sicut calor naturaliſ in uirtute anime generat carnẽ:
ut habetur ſecũdo de anima: argumenta in contrarium concludunt tm̃ ꝙ humanitaſ
Chriſti agebat ad miracula ſicut agenſ inſtrumentale & ſecundarium quod concedit.

ET facto ſabbato. Poſtq̃ deſcriptuſ eſt feruor predicationiſ VI.
in Chriſto. hic conſequenter deſcribitur liuor emulationiſ contra ipſum: ꝓpter
doctrinam & miracula ipſiuſ. & patet ſententia ex dictiſ Mat. xiii. f. & .g. exceptiſ
que ſequentur. nonne hic eſt faber. In Matheo dicitur fabri filiuſ. credebant enim
iſti ꝙ eſſet eiuſdẽ artiſ cũ patre ſuo putatiuo Ioſeph: q dicit fuiſſe faber lignariuſ. et
ꝓbabile uidet ꝙ Xp̃ſ eandẽ artẽ exercuit. qa non fuit occupatuſ in doctrina & mi/
raculiſ uſq; ad tricſimũ etatiſ annũ nec añ fuit itentuſ ſtudio ſcđm qđ dicit Io. vii.
quõ hic litteraſ ſcit: cũ non didicerit? nec eſt ueriſimile ꝙ tanto tẽpore fuerit ocioſuſ.
magiſ aũt ueriſimile eſt ꝙ fuerit occupatuſ in arte patriſ ſui putatiui q̃ í alia. & hoc
uidetur per uerbum iſtorum qui erant de Nazareth qui modum ſuũ uiuendi cognoſ/
cebant: & fabrum eum uocabant. & non poterat ibi uirtutem ullam facere. iſtud non
poſſe non refertur ad potẽtiam eiuſ abſolutam: Sed congruitatiſ & decentie: quia nõ
erat congruum ꝙ ibi faceret multa miracula. cuiuſ cauſa ſubditur cum dicitur: & mira/
batur propter incredulitatem eorum. fideſ enim credentium eſt meritoria de congruo
ꝙ eiſ fiant miracula ſicut patet ca. precedenti de muliere ſanguiniflua: cui dictum eſt
a Chriſto. fideſ tua te ſaluam fecit. & in multiſ aliiſ locis in euangelio ſimile habetur.
& circuibat caſtella in circuitu docenſ. quia ſui eiuſ doctrinam repulerant. cõueniẽter
ad aliiſ docendoſ tranſiuit: & ita fecerunt Apoſtoli ſecundum ꝙ dicitur Act. xiii. ca.
uobiſ oportebat primum loqui ſcilicet Iudeiſ uerbum dei. Sed quia repuliſtiſ illud et
indignoſ uoſ iudicatiſ eterne uite: ecce cõuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobiſ
deuſ. Et uocauit duodecim. Superiuſ. iii. ca. deſcripta eſt collatio poteſtatiſ p̃dicãd
facta Apoſtoliſ: hic deſcribit executio dicte poteſtatiſ: & primo deſcribit Apoſtoloꝝ

missio ad predicandum. ii. eorum reuersio ad Christum ibi. & conuenientes Apostoli ad Iesum. prima in duas. quia primo describitur dicta missio. secundo ex hoc surgens Herodis opinio ibi. & audiuit Rex Herodes. Expositio ꝑme partis patet ex dictis Mat. x. a. & b. exceptis que sequnt. Sed calciatos sandaliis. Mat. x. dicitur ꝙ non portaret calciamenta: ex quo patet ꝙ sandalia non dicũtur calciamenta proprie: qa illis poterant uti Apostoli: ut hic dicitur. Vngebant oleo multos egros. ex hoc loco patet ꝙ unctio extrema que est infirmoꝝ fuit instituta a Christo. Et audiuit Rex Herodes. hic consequenter describitur opinio Herodis de Iesu: & diuiditur in duas partes. s. principalem & incidentalem secundo ibi. Ipse enim Herodes. Circa primum sciendum ꝙ Apostolis predicantibus Christi aduentum & eius miracula quia non solũ erant predicantes sed etiam facientes miracula in nomine eius: Herodes audiuit famã de Iesu & credidit. licet falso ꝙ ipse esset Iohannes baptista quem ipse decollauerat. et ꝙ a mortuis surrexisset. ex quo patet ꝙ iste Herodes non fuit de secta Saduceorum qui negabant resurrectionem: Sed de secta Phariseorum qui eam confitebantur: ut habet Act. xxiii. cetera patent ex dictis Mat. xiii. a. Ipse enim Herodes. hic ponit pars incidentalis. Intentio enim principalis euangeliste erat describere gesta Christi: et quia ꝓpter opinionẽ Herodis de Christo fecerat mẽtionem de decollatione Iohannis baptiste. ideo incidentaliter describit modum dicte decollationis. & primo describitur eius incarceratio. secundo incarcerati decollatio ibi. Herodes autem tertio decollati tumulatio ibi. Quo audito discipuli eius uenerunt etc. sententia autem istarum trium partium patet ex dictis Mat. xiii. a. exceptis que sequuntur. Circa partem secundã Herodias autem insidiabatur illi. ipsa enim timebat ne Herodes ad predicationem Iohannis de peccato suo peniteret: & eã marito suo redderet: & ideo querebat mortẽ Iohannis. Herodes aũt metuebat Iohannem. solo enim metu tenebat ab interfectõe Iohannis propter sanctitatem eius: que erat nota toti populo. timebat si Iohannem interficeret ne totus populus insurgeret cõtra eũ ut plenius patet Mat. xiii. Et libẽter audiebat etc. totum istud erat simulatorii ut ex tali auditu Iohannis & obtemperatõe dictis eius in aliquibus retineret populũ a rebellione contra ipsum. Et similiter ꝙ post ea iurauit dare puelle saltãti quicquid peteret: fuit malitiose factum ut ratõe iuramti & multitudine magnorum cum eo comedentium haberet occasionem decapitandi Iohannẽ absq; rebellione populi: qui habuit eum excusatum saltem in parte propter ista. & hanc sententiam tenet Beda super locum istum & qđ subditur. & contristatus est rex. dicit Beda licet contristaretur in facie letabatur tamen in corde. Et conuenientes. hic describitur reuersio Apostolorum ad Christum ubi primo describitur cõdescensio Christi ad Apostolos redeuntes. secundo ad populos ipsum sequentes ibi. Et uiderunt. Circa primum dicitur. & conuenientes Apostoli ad Iesum. de predicatione redeuntes ad ipsum. renunciauerunt ei omnia que egerant. miracula faciendo. & docuerant. predicando ostendentes ꝙ mãdatum eius executi fuerant fideliter. & ait illis compatiendo eis de laboribus suis. uenite seorsum etc. ut. s. post laborem quiescerent aliquantulũ. in hoc ostendit Christus ꝙ predicatores uerbi diuini post laborẽ possunt recipere recreationem competentem. & ascendentes in naui etc. ut segregati a turbis possent recipere recreationẽ. & uiderunt eos. hic consequenter describitur cõdescẽsio ipsius Christi ad populum ipsum sequentem. & primo describitur dicta condescensio. scđo Phariseoꝝ confutatio ca. vii. Circa primũ ꝑmo describitur cõdescẽsio Christi ad populos ipsos pascendo. secundo ad discipulos eos de piculo liberando ibi. & coegit discipulos suos. tertio ad infirmos ipsos curando ibi. & cũ transfretassent. sentẽtia aũt

ıſtarum trium partium patet ex bıſ que dicta ſunt Mat. xiiii. b. uſq; ad finem illiuſ capitıuli exceptıſ que ſecuntur. quantum ad primam partem dicitur. Erant ſicut oueſ non habenteſ paſtorē. ſacerdoteſ enim illiuſ temporiſ: & principeſ erant ſicut lupi rapaceſ ſpoliānteſ populum bonıſ temporibuſ & per malum exemplum a ſpiritualibuſ: Sed Chriſtuſ tanq̄ bonuſ paſtor paſcebat eoſ ſpiritualiter continue uerbo doctrine ſue: & aliquando corporaliter. ſecundum quod dicitur conſequenter euntеſ emamuſ ducentiſ denariuſ paneſ & dabimuſ illiſ manducare. Ioh. vi. dicitur q̄ Ieſuſ queſiuit a Philippo unde ememuſ paneſ ut manducent hi. & ſicut ibidem ſubdit̄. hic autem dixit temptanſ eū: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturuſ. & tūc Philippuſ reſpondit ut ibidē dicitur. ducentorum denariorum paneſ nō ſufficiunt eiſ etc. q. d. tantum precium nō habemuſ cū pauperеſ ſimuſ: & hic dicit Marcuſ diſcipuloſ generaliter reſpondiſſe licet aliquo modo ſub aluſ uerbiſ. euntеſ emamuſ ducentiſ denariuſ. q. d. ſi uellemuſ eiſ dare ad manducandum oporteret noſtre ad emendum paneſ precii ducentorum denariorū & cum hoc precium non habemuſ & ſic ſe excuſabant per impotentiam. Dicuntur aūt hic diſcipuli reſpondiſſe illud q̄ ſoluſ Philippuſ reſpondit: tum quia non ſolū ex p̄ſona ſua: Sed etiam aliorum loquebatur. tum quia illud q̄ facit aliquiſ de aliqua ciuitate dicitur communitaſ hoc feciſſe uel dixiſſe. & tunc diſcipuliſ ſe excuſantibuſ de datione ciborum populiſ Chriſtū ſequentibuſ dixit Chriſtuſ q̄ hic habet̄. quot paneſ habetiſ ite & uidete & cū cognouiſſent dicūt quinq; & duoſ piſceſ. Io. vi. dicit̄ ſoluſ Andreaſ hic reſpondiſſe per alia tamen uerba. d. eſt puer hic unuſ qui habet quinq; paneſ etc. dicuntur tamē hic diſcipuli hic reſpondiſſe in generali: q̄ dixit Andreaſ eo modo ſicut dictum eſt de Philippo. Circa ſecundam partem dicitur. & ſtatim coegit diſcipuloſ ſuoſ aſcendere nauim. qa non libenter recedebant abſq; magiſtro ſuo & eiuſ ſocietate & doctrina: delectati a Bethſaida. locuſ erat unde recedebant. & cum dimiſſiſ eoſ abiit in montem orare. per hoc oſtendenſ q̄ predicator uerbi diuini debet poſt ſermonē ſuū ad deum in oratione redire ut quicq̄d ibi boni fuerit dei glorie aſcribatur. Et uolebat preterire eoſ. eo modo ſicut poſt reſurrectionem ſuam ambulanſ cū duobuſ diſcipuliſ euntibuſ in Emauſ. finxit ſe longiuſ ire: ut habetur Luc. ult. nec tamen fuit illi aliq̄ duplicitaſ ſeu falſitaſ ſecūdū qđ dicit btūſ Greg. hoc enim fecit ut ſic ſe eiſ oſtenderet exteriuſ: qualiſ aput eoſ erat in mētibuſ ipſorum interiuſ. erant enim dubii in fide reſurrectioniſ Chriſti & tardi ad credendum ut ibidem dicitur. & propter hoc dubium erant aliquātulum elongati a ueritate. & ideo appuit eiſ in peregrina effigie & fīxit ſe longiuſ ire: quia taleſ apparitioneſ fiunt communiter ſecundum diſpoſitionem interiorem ipſorum quibuſ fiunt: & eodem modo dicatur hic. q̄ uolebat preire eoſ quia erant parue fidei ſecūdum qđ dicitur in textu q̄ putabant fantaſma eſſe. & tamen iā uiderant tanta miracula eū feciſſe q̄ credere deberent ipſum ſuper aq̄ſ poſſe ābulare. Circa tertiam partem dicitur. Cunq; egreſſi eſſent de naui continuo cognouerunt eū. ſcilicet illi de terra Genazareth quia per famam quam audierant & miracula que aliqui eorum uiderannt: cognouerunt q̄ ille erat qui infirmoſ curabat & miracula alia faciebat: & ideo ſubdit̄. & percurrenteſ uniuerſam regionem illā qaGenezareni miſerunt per ciuitatē ad hoc q̄ adducerent̄ infirmi ad preſentiam Chriſti ut fimbriā ueſtimenti eiuſ tangerent. Iudei enim erant diſtincti ab aliiſ gentibuſ nō ſolū in lege ſed etiam in habitu. quia Numeri. xv. dicit̄ precipitur q̄ facerēt fimbriaſ in āguliſ palliorum & talem habitum portabat Chriſtuſ: ſicut & legem ſeruauit & ad tactum huiuſmodi fimbriarum curabantur infirmi.

. VII.

ET conuenerunt. Postq̃ descripta est erga discipulos & populos Xp̃i cõdescẽsio hic consequenter describitur Phariseoꝝ confutatio. & hoc quadrupliciter p̃mo in eorum obseruantijs. secundo in Christi miraculis. viii. ca. ibi. Et exierũt Pharisei iii. in lege p̃missis. x. ca. iiii. in paboljs. xii. ca. Circa primũ p̃mo describit̃ Phariseoꝝ confutatio. secundo populorum consolatio ibi. Et inde surgens. Circa primum primo describitur Phariseorum obseruatio uana. secundo eorũ interrogatio maligna ibi. Et interrogabant Pharisei. iii. eorum confutatio uera ibi. At ille respondens ait. iiii. dicte confutationis expositio plana ibi. & cum introisset in domum. sententia uero istarũ partium patet ex dictis Mat: xv. ca. a. exceptis que secuntur. Pharisei & oẽs Iudei alij crebro lauent manus cũ manducant uolentes per mundiciam exteriorẽ p̃tendere q̃ haberent interiorem cum tñ essent pleni iniquitate & immunditia. secundũ q̃ dicit̃ Mat. xxiii. & a foro uenientes nisi baptizentur. non comedunt: quando enĩ exibant ad negocia exteriora in publico reputabant se immundiciam aliq̃ contrahere ab alijs qui tamen erant meliores ipsis & ideo redeuntes a talibus negotijs lauabant se anteq̃m comederent purgantes q̃si ĩmũdiciam ab alijs contractam. Moyses enim dixit honora patrem tuum etc. dñs autem dixit hoc: ut habetur Exo. xx. Sed Moyses explanauit qualiter esset intelligendum. contra quem intellectum sacerdotes & Pharisei docebãt Corban q̃d est donum. Corban non signat donum generaliter acceptum sed donum deo oblatum uel offerendum. Pharisei & sacerdotes auaricia moti dicebant q̃ melius esset filius offerre deo bona sua q̃ prouidere parentibus in necessitate positis: & sic euacuabãt preceptum dei de honore parentum: ut plenius dictum fuit Mat. xv. Si q̃s habet aures audiendi audiat. i. si q̃s habet uoluntatẽ audiendi ueram doctrinã audiat meã: & non Phariseoꝝ. In secessũ erit purgans oẽs escas. natura. n. que est sagax in puritatẽ que ẽ in alim̃to suscepto. emittit p̃ secessũ retinẽs illud q̃d ẽ purũ ad corpis nutrim̃tũ: & sic purgat̃ esca corpis nutritiua. de corde hoĩm male cogitatoẽs p̃cedunt id est consensus deliberatiui ad mala agẽda que explicat magis in p̃ticulari cũ subdit. adulteria. in quibus est uiolatio thori alieni. fornicationes. i. illicitus concubitus p̃sonaꝝ a matrimonio solutaꝝ. homicidia. quibus infertur nocumentum in personas p̃ximoꝝ. furta. quibus res aliene subtrahuntur. auaricie. in quantum aliqua iniuste retinẽtur. nequicie. que consistũt in calumnijs proximoꝝ. dolus. in deceptione ipsoꝝ ĩpudicicie. quantum ad tactus & aspectus immundos. oculus malus. quantum ad odiũ & inuidiã quia non permittunt uidere recto oculo bonũ proximi. blasphemie. i. iniurie in deũ. superbia. dei uel proximi contẽptus. stulticia. i. quelibet iniuria in proximo. Et inde surgens. hic consequenter describitur consolatio populorum. & primo gentiliũ. scd̃o Galileorum ibi. & iterum exiens. circa primum dicitur. & inde surgens abiit in fines Tyri & Sydonis. ubi habitabant gentiles ad quos transiit Christus ad benefaciendum eis relinquens Iudeam propter maliciam Phariseorum & ingratitudinem. & ingressus domum neminem uoluit scire id est uoluit manifestari aduentus eius per discipulos suos ostendens q̃ predicator & operator miraculoꝝ non debet querere propriã oñtationẽ. & non potuit latere. illud non posse non refertur ad eius potentiã absolutam. Sed ad congruentiam: non enim erat congruum q̃ aduentus medici lateret infirmos. nec fuit decens q̃ manifestaretur per suos discipulos ut dictum est. & ideo manifestatus fuit per alios qui famam eius audierant. & aliqui ipsum uiderant. quia non solum de Iudea sed etiam de nationibus alius multi ueniebãt ad eum propter miracula & sanitates que operabatur ut habetur supra. iii. ca. a. mulier enim statim ut audiuit de eo etc. nõ est intelligendum q̃ curauerat filiam eius existens in domo: quia tunc noluit facere: Sed

magis in uia cum ipsa clamaret post eos: ut habetur Mat.xv.d. erat enim gentilis Sirophēissa genere id est de Syria Phenicis est enim Syria nomen generale puīcie. Phenix autem nomen cuiusdam specialis contracte in illa prouincia. & inde cōponit Syrophenissa id est de tali contracta oriūda. propter hunc sermonem. i. propter tue fidei confessionē exiit demonium de filia tua. quia confessio fidei de congruo est meri/ toria miraculi: cetera patent ex dictis Mat.xv.ca.d. Et ītex exiens. hic cōsequēter describitur consolatio Galileoꝝ: & primo in curatione demoniaci. scdo in ministratōe alimenti in principio. viii. ca. Circa primam partem determinatur locus ubi Christus fecit sequentem curationem cū dicitur. inter medios fines decapoleos. Decapolis nomē est regionis ut dictum est supra. v. ca. & huius regionis una pars est ultra Iordanem. alia citra: ut patet in descriptione terre sancte. igitur mare Galilee quod est quidam lacus per quem transit Iordanis fluuius respicit terminos utriusq; partis regionis pre/ dicte. & adducunt ei surdum & mutum. non erat talis a natiuitate nec ab infirmitate superueniente: Sed a demone ipsum obsidente eius auditum impediente & loquelā. misit digitos suos in auriculas eius. Xp̄s aliq̄do sanauit infirmos tāgēdo corporaliter: ut ostenderet humanitatem suam deitatis esse instrumentum. mō supra dicto. ca. v. & suspiriens in celū ingemuit. ut oñderet se esse uerꝝ hominem a deo querens auxiliū. & ait effeta qd̄ est ad aperire. ostendens se esse uerum deum curando per imperium. & precepit eis ne cui dicerent. ostendens q̄ benefactor de suis beneficiis propriā laudē non debet querere. quanto autem precipiebant tanto magis predicabant. quia bene/ ficiatus de beneficiis acceptis debet se gratum ostēdere: & benefactorem laudare q̄uis hoc benefactor non querat. & eo amplius admirabantur. bene omnia fecit & surdos fecit audire & mutos loqui. licet hic non exprimat nisi unum surdum & mutum esse curatum: tamen plures fuerunt ceci & claudi surdi & muti curati: ut habetur Math. xv.f. Sed inter illos erat unus cuius cura fuit mirabilior inter ceteros: quia in ipso tria miracula concurrent secundum q̄ dicit Hieronymus q̄ auditus fuit ei redditus & affatus & a demone fuit liberatus. & hic solus hoc exprimitur a Marco. VIII.

IN illis diebus. hic consequenter ponitur cōsolatio Galileorum in alimenti datōe & patet sentētia ex his que dicta sūt Mat.xv.g. hoc excepto. & uenit in ptes Dalmanucha. Mat.xv. dicitur. & uenit in fines Magedan. dicendum est q̄ ē eadē regio dupliciter uocata. Et exierunt Pharisei hic consequenter describitur cōfutatio Phariseorum in miraculis: & primo ponitur dicta confutatio. secundo discipulorum reprehensio ibi. & precipiebat eis. sententia prime partis patet ex dictis Mat.xvi. ca.a. hoc excepto. Si dabitur generationi isti signum. i. non dabitur: quia accipit̄ si pro non sicut psal. quibus iuraui in ira mea si introibūt in requiem meā. Et p̄cipiebat hic ponitur discipulorum Christi reprehensio: & primo in eis arguitur ignorantia. secundo ostenditur eorū impotentia. ix. ca. ibi. & uenientes ad discipulos. tertio rep̄mit̄ eorum ambitio uel superbia ibi: & inde prouecti. Circa primum describitur primo re/ prehensio discipulorum generaliter. secundo ipsius Petri specialiter ibi. & ingressus est Iesus. adhuc autem arguitur ignorantia discipulorum uerbo. & secundo facto ibi. Et uenerunt Bethsaidam. Circa primum dicitur. cauete a fermento Phariseoꝝ. i. a doctrina eorum peruersa qua preponebānt traditiones suas diuinis preceptis: ut dictū est ca.. vii. & fermento Herodis id est secta erronea Herodianorum de qua dictū est supra. iii. ca. hoc autem dictū Christi discipuli intellexerunt de fermento uel pane materiali: in quo apparet eoꝝ ignorañ. Tū qa Christus frequēter fuerat locutus eis in parabolis & eos eis expositurat ut dictum est supra: iii. capit. & ideo bene intellexisse

debuissent hoc uerbum Christi dictum parabolice. Tum quia ipsis uidentibus Xps̄ satiauerat quinq; milia hominum de quinq; panibus & duobus piscibus ut dictum est supra. vi. ca. Itz quattuor milia hominum de septem panibus: ut dictum est in hoc ca. & ideo bene debuissent intellexisse q̄ Christus non erat sollicitus de materiali pane nec de ipso loquebatur. cetera patent ex dictis Mat. xvi. b. Et ueniunt Bethsaidam hic arguitur ignorantia discipulorum facto. per hoc q̄ ipsis presentibus illuminauit cecum primo imperfecte: quod notatur cum dicitur. interrogauit eum si quid uideret & aspiciens ait: uideo homines uelut arbores ambulantes. nó enim distinguebat lineamenta humanorum corporum. uidebat tamen obscure eorú corpora moueri de loco ad locum. & postea illuminauit eum perfecte quod notatur cum dicitur. Iterum imposuit manus super oculos eius. & subditur. & restitutus est ita ut clare uideret oía. certum est autem q̄ Christus poterat eum statim perfecte illuminare: Sed per talem modum fecit ut designaret discipulos adhuc in parte obscuratos caligine ignorantie & ad clare intelligendú indigebant maiori illuminatione: unde & post resurrectionem suam: apperuit illis sensum ut intelligerent scripturas: ut habetur Luc. xxiiii. & per talē modú Christus maledixit ficum habentem tantum folia. ut habetur infra xi. ca. ad significandum q̄ sacerdotes Iudeorum erant maledicendi & puniendi a deo eo q̄ non habebant fructum iusticie. Sed tantum folia uerborum: secundú qd̄ dicit Aug. in home. Et simili modo Hieremias Prophetа qui denúciauerat captiuitatē Babylonicam. hoc idem signauit sensibili signo per hoc q̄ de mādato domini posuit cathenas in collo suo ut habeē Hiere. xxvii. per hoc designans q̄ sic cathenati ducenē Iudei in Babylonem captiui. Alii autem exponunt illuminationem huiusmodi ceci successiue factam propter puritatem fidei ipsius cecі & offerentium ipsú Christo & potest esse q̄ ista causa & predicta concurrerunt ad istum effectum. Et ingressus est Iesus. hic cō/sequenter describitur increpatio Petri specialiter. & primo ponitur increpatio Petri. secundo incitatio ad palmam martyrii ibi. & uocata turba. Circa primum p̄mittitur de Christo hominum falsa opinio. secundo subditur discipulorum uera cognitio ibi. Túc dixit illis uos uero etc. & qa Petrus pro se & aliis Apostolis resp̄ódit. tertio ponitur Xp̄i passionis prenunciatio ibi. & cepit docere eos. quarto describitur Petri increpatio ibi. & apprehēdens Petrus eú. Petrus enim ex zelo Christi uolebat impedire eius passionē & quia iste zelus erat indiscretus: quia passio Christi erat ordinata ad salutē generis humani: ideo meruit duram reprehensionem. sententia autem partium istarum patet ex dictis Mat. xvi. ca. c. Et uocata turba. qa Christus increpauerat Petrú uolentē impedire passionem eius: ideo hic consequenter inuitat fideles ad collerationē passōis: & primo facit hoc uerbo, secundo facto in p̄ncipio. ix. ca. sentētia prime partis patet ex dictis Mat. xvi. ca. f. excepto qd̄ subditur. qui me confessus fuerit & uerba mea. hec est uera littera: quia sic habent antiqui libri & correcti et etiā greci. et hoc patet per illud quod habetur Luc. ix. ubi eadem sententia ponitur per alia uerba sic. qui erubuerit et meos sermones. In generatione ista adultera. quia Iudei descenderant a patribus qui ad idolatriam declinauerant dimisso deo: qui eos desponsauerat in datōe legis in monte Synai. & ideo filii ab eis descendentes adultera generatio uocantur et peccatrice. quia sicut patres eorum persecuti fuerant prophetas eos occidendo: ita ipsi persequebantur Christum mortem eius querendo. & filius confundetur eum. hec est uera littera: quia sic habēt greci et antiqui. et patet per istud quod habetur Luc. ix. ubi dicitur et filius hominis erubescet eum id est non cognoscet eum de suis: Sicut hó non libenter recognoscit illum de quo erubescit. et per talem modum loquendi dicit

Hieronymus de quadam sancta ꝙ non est confusa Christū. Christus non confundet eam nec est curandum si est impropria locutio secundum regulas grammatice quibus non subiacet theologia.

IX.

ET post dies sex. hic ponitur excitatio ad martyrium facto. illud enim ꝙ maxime excitat ad tollerantiam martyrii est magnitudo premii quia etiam magis mouet uisa q̄ audita: & ideo Christus ostēdit tribus principalibus suis discipulis gloriam resurrectionis in transfiguratōe: in qua se ostendit eis in claritate glorie & primo describit ista ostensio. scdo ex hoc mouetur questio ibi. Et interrogabant eum sententia istarū partium patet ex dictis Mat. xvii. a. exceptis que secūtur. & transfiguratus est corā ipsis non est intelligendum ꝙ figura corporis Christi fuerit mutata: Sed quia figura est in extremitatibus corporis & similiter claritas glorie q̄ tunc in corpore suo habuit est in extremitate corporis: Ideo uocatur transfiguratio: & per talem modū loquēdi dicit Apostolus Phil. iii. Saluatorem expectamus Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. & uenit nox de nube dicens: hic est filius meus dilectus etc. Sicut in baptismo Christi auditū est testimoniū patris de filio eius naturali. Sic & in transfiguratiōe. cuius ratio est: quia homines fiūt dei filii adoptiui per assimilationem ad filiationem naturalem ipsius Xp̄i. que qdem assimilatio fit dupliciter uno modo in presenti per gratiam: alio mō in futuro & perfectius per gloriam: secundum illud prima Io. iii. ca. Nunc filii dei sumus & non dū apparuit quid erimus. scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus qm̄ uidebimus eum sicuti est. In baptismo uero Christi data est aquis uirtus regenerādi per gratiā: In transfiguratione uero ostensa est claritas glorie in corpore Christi. & quia in istis duobus ut dictum est assimulantur homines filio dei naturali: ideo conuenient fuit ut in baptismo Christi & eius transfiguratione audiretur testimonium patris de eius naturali filiatione. & uerbum continuerunt apud se. secundum preceptum Christi. conquerentes quid esset cum a mortuis resurrexerit. uidebatur enim eis inconueniens ꝙ moreretur: & resurgeret a mortuis post q̄ uiderant eum in claritate gloriosa ad q̄ alii uenient post resurrectionem. ideo terminus resurrectionis uidetur: finis iam uidebatur eis completus in Christo. Et uenient ad discipulos. hic ostenditur discipulorum Christi impotētia. in hoc ꝙ non potuerunt curare demoniacū eis oblatū ubi sic procedit. qa circa hanc curationem primo ostenditur discipulorū impotentia. secundo Christi efficacia ibi. Qui respondens dixit o generatio etc. tertio utriusq; causa ibi. & cum introisset in domum. sententia autem istarum partium patet ex dictis Mat. xvii. dicēs exceptis que sequuntur. & uenient ad discipulos suos. s. quos dimiserat. assumptis tantū secum tribus coram quibus transfiguratus fuit. Vidit turbam magnam: circa eos & scribas conquerentes. quia deridebant eos eo ꝙ temptauerant curare demoniacum eis oblatum & non potuerant: ut patet in littera sequenti. illidit illū id est ad terram picit & spumat & stridet dentibus. ad ostendendum uehementiam passionis. & cum uidisset illum stam spiritus turbauit illum. uidēs enim se cito eiciendū faciebat peius ꝙ poterat. & interrogauit patrem eius. nō ex ignorantia sed ut ex responsione patris appareret omnibus diurnitas passionis: & difficultas curationis. ut ex his miraculum esset euidēs. Si quid potes. ex quo patet ꝙ pater erat dubius in fide dubitans de Christi potestate omnia possibilia sunt credenti. fides enim credentis meretur de cōgruo ut ei det bñficiū per omnipotentiam dei. credo domine adiuua incredulitatem meam. qui dixit credo: non erat omnino incredulus: Sed uocauit incredulitatem suā fidei sue imperfectionē quam petebat a Christo supleri & perfici. Surde & mute spiritus. non formaliter sed

effectiue. quia in puero obsesso auditum impediebat & loquelam. & factus est sicut mortuus ut per hoc magis declararetur Christi uirtus quia ad tactum Christi surrexit perfecte curatus. hoc genus in nullo potest exire nisi oratione & ieiunio. demones enim nō sunt equales in uirtute naturali. & ideo unus potest alio difficilius expelli. Ad expulsionem autem istius requirebatur in expellente subiectio carnis ad spiritum. que fit per ieiunium & magna eleuatio spiritus in deū que fit per orationē. talia autem adhuc non erant in Apostolis quia pro tempore illo non competebat eis ieiunare ut dictum est supra ca. ii. nec erant adhuc in deū perfecte eleuati: qa fuerūt rudes & imperfecti usquo receperunt post passionem Christi plenorem gratiam spūs sancti. Mat. xvii. dicit eis Christus q̄ non poterant illum eicere ꝓpter incredulitatē suam: que tamen ibi est exposita. & tenendum q̄ utraq; causa scilicet illa que hic exprimitur & illa que in Mat. ponitur simul concurrent in discipulis propter quas illū demonem expellere non potuerunt. Et inde profecti. hic consequenter exprimitur discipulorum Christi superbia. ubi primo exprimimitur ipsius Christi humiliatio. scd̄o reprimitur discipulorum ambitio ibi qui cum domi esset. circa primum describitur humiliatio Christi per hoc qd̄ predixit eis ignominiam sue passionis: quā uolūtarie erat passurus & hoc debebat esse discipulis exemplum humiliationis. Veruntñ adhuc rudes non capiebant ad plenum uerbum eius. ideo sequitur: At illi ignorabant uerbum. quia frequenter loquebatur eis in paraboli propter hoc dubitabant si hoc uerbum esset parabolicum. Qui cum domi esset. hic reprimitur ambitio discipulorum & diuiditur in partem principalem: & incidentalem. scd̄a ibi. Et respondit illi Iohannes. & p̄me partis patet sententia ex dictis Mat. xviii. a. exceptis que secunt. interrogabat eos non ex ignorantia: Sed ut ex doctrina sequente apparet Christum non ignorare uerba que dixerant inter se ipso absente. At illi tacebant. uerecundia ducti: cuius cā subditur. Si quidem inter se in uia disputauerant. quis eorum uideretur esse maior. quod in eis erat uerecundum & reprehensibile. cum magister eorum esset humilimus & immediate eis predixerat humiliationem sue passionis. Respondet illis Iohānes. hec est pars incidentalis. ex hoc enim q̄ Christus dixerat paruulos recipiendos in nomine eius q̄uis sint parue reputationis: ideo Iohannes mouit questionem de quodā eiciente demonia in nomine Christi qui tamen non erat de societate eius quem prohibuerant discipuli. utrum bene uel male fecissent: ad sciendum si hic essent alias facturi in casu consimili: & circa hoc primo ponitur responsio Christi. secūdo prohibitio scandali ibi. & quisquis unum de pusillis etc. tertio declaratio cuiusdam dicti ibi. omnis enim igne salietur. circa primū est duplex modus dicendi. dicunt enim aliq q̄ iste de quo questiuit Iohannes non erat fidelis: aliqui enim infideles uidentes nomen Christi per experientiā esse uirtuosū in noīe eius eiciebant demones ut habetur Act. xix. dicit Christus q̄ille qui sic facit non est prohibēdus: qa talis electio demonis facit ad declarationē uirtutis Christi. nec etiam talis licet sit infidelis habet frontem loquendi contra fidem Christi cum glorietur de signis in nomine eius factis: & hoc est quod subdit̄. nemo est q̄ faciat uirtutem in nomine meo & posset cito male loqui de me. qui enim non est aduersus nos pro nobis est. infideles enim aliqui bene in aliquibus conueniunt cum fidelibus. ut q̄ deus sit unus & huiusmodi & in talibus sunt cum eis: licet non in alius. Alii uero dicūt q̄ iste de quo Iohannes questiuit erat fidelis credens Christū & hoc dicit Crysostomus. Veruntamen non erat tante perfectionis q̄ uellet sequi Christum & discipulos eius in modo uiuendi: Sicut nec modo omnes fideles uolunt sequi Christum per religionis ingressum: & talis etiam non est prohibendus quia beneficia diuina non solum dantur

per maioreſ: Sed etiam aliquando per minoreſ & imperfectoſ ut in hoc etiã declarat̃ uirtuſ nominiſ Chriſti que per magnoſ & paruoſ indifferenter poteſt operari. & quia taleſ imperfecti aliquando ad tempuſ credunt: & tempore temptationiſ recedunt a fide: ideo ſubditur. Nemo eſt qui faciat uirtutem in nomine meo etc. quia ſi aliquiſ imperfectuſ fecerit miracula in noíe Chriſti & poſtea recedat a fide non habet frõtẽ loquendi cõtra Chriſtum in cuiuſ nomine fecerat miracula de quibuſ gloriabat̃. & qa in nomine Chriſti non ſolum fienda ſũt miracula ſed etiam opera meritoria: ideo ſeq̃t Quiſquiſ enim potum dederit uobiſ calicem aque frigide etc. hec dixit ad oſtendendũ ꝙ quilibet quantuncunq; pauper poteſt aliqua opera pietatiſ facere: quia potũ aque frigide poteſt dare quilibet quantumcunq; pauper. Et quiſ unum de puſilliſ: hic cõſequenter ponit̃ prohibitio ſcandali & patet ſententia ex dictiſ Mat. xviii. b. excepto quod ſequitur. ubi uermiſ eorum non morietur. i. aculeuſ uel remorſuſ conſcientie. qui continue affliget damnatoſ. Omniſ enim igne hic ponitur declaratio cuiuſdã dicti dixerat enim Chriſtuſ ꝙ ad euitandum ſcandalum peſ eſſet amputanduſ: & manuſ: & oculuſ eruenduſ. que quidẽ mutilatio non eſt intelligenda per abſciſionẽ uel eruitionẽ alicuiuſ membri. Sed per reſtrictionem ab actu malo. fit per macerationem carniſ: & diſciplinam ubi neceſſaria eſt diſcretio ſapientie ut dicitur. omniſ enim igne ſalieẽ in quo docet modum acquirendi diſcretionem ſapientie que acquiritur tribulatõiſ igne. quia uexatio dat intellectum. & hoc eſt quod dicitur. omniſ enim igne ſalieẽ. i. tribulationiſ igne ſapienſ efficietur. ſicut enim per ignem decoquentem materia conuertit̃ in ſal: Sic per ignem tribulationiſ acquiritur ſal diſcretioniſ: & omniſ ſalietur uictima ſale. Sicut enim in lege ueteri ſal ponebatur in omni ſacrificio dei: Sic in omni opere bono requiritur diſcretio bonum eſt ſal. i. diſcretio bona eſt: per quã opera humana habent bonitatem. quod ſi ſal inſulſum fuerit etc. hic accipitur ſal pro hominibuſ diſcretionem habentibuſ. eo qd̃ aliquiſ excellenſ in aliqua proprietate nõ ſolũ denotat̃ ab ea concretiue: ſed etiam abſtractiue: Sicut notabiliter liberaliſ uel ſapienſ dicitur ipſa liberalitaſ uel ſapientia & per talem modum loquendi Chriſtuſ dixit Apoſtoliſ q ceteroſ precellere debebant ſapientia. uoſ eſtiſ ſal terre Mat. v. dicit ergo ſaluator ꝙ ſi ſal inſulſum etc. quia ſi ille qui debet alioſ dirigere per eminentiam ſue diſcretioniſ: & ſapientie fuerit inſulſuſ per defectum diſcretioniſ: iſte defectuſ redundat in aliuſ. habete in uobiſ ſal. i. diſcretionẽ & pacem habete inter uoſ quaſi diceret per ſapientiã pax inter homineſ acquiritur. ac etiam conuerſatur. X.

ET inde exurgenſ. hic ponitur confutatio Phari ſeorũ in lege permiſſiſ. & primo deſcribitur confutatio Phariſeorum. ſecundo ſacerdotum capittulo. undecimo prima in duaſ: quia primo deſcribitur Phariſeorum cõfutatio. ſecundo diſcipulorum inſtructio ibi. Et offerebãt illi paruuloſ. ſententia prime partiſ patet ex dictiſ Mat. xix. licet enim Mat. idem factum referat ſub alio ordine: non tamen differt q̃tum ad ueritatem ut dicit Auguſtinuſ & hoc frequenter inuenitur in ueteri teſtamento: utpote li. Regum & Paraly. ꝙ eadem facta & dicta exprimuntur hic & ibi ſub alio ordine. quid p̃cepit uobiſ Moyſeſ. Mat. xix. dicitur ꝙ Phariſei hoc dixerũt Chriſto quaſi ei obiciendo & dicendum ꝙ Chriſtuſ primo queſiuit hic ab eiſ ut hic dicitur. qa anteq̃ diceret ſuam ſententiam uolebat ꝙ audiretur eorũ falſa opinio qua credebãt hoc eſſe licitum. & ideo tũc quaſi obiciendo dixerunt p̃miſit Moyſeſ etc. qa diſcipuli adhuc rudeſ: ad plenum non intellexerant uerbum Chriſti. ideo cum ueniſſet ad domũ iterum interrogauerũt eum & ipſe idem repetit qd̃ priuſ dixerat in p̃tia Phariſeoꝝ. Et offerebant. hic conſequenter deſcribitur inſtructio diſcipulorum: & primo ponit̃

dicta instructio: scdo instructionis confirmatio ibi. Et proficiscente eo de Iericho. prima in tres: qa ꝑmo instruit discipulos de hūilitate que est fūdamētū aliaꝝ uirtutū. secundo de uoluntaria paupertate ibi. Et cum egressus esset. tertio de tolerando aduersitate ibi. & assumens iterum duodecim. primū autem docet per hoc qd dicit nullū intrare in regnum celorum nisi purum id est humilem eo modo loquendi quo dicitur primo Regū. xv. cum esses paruulus in oculis tuis & patet sententia ex dictis Mat. xix. d. Et cū egressus esset. hic consequenter docet discipulos de uolūtaria pauptate. Circa qd primo mouetur questio. secundo ponitur questionis solutio ibi. Iesus autem dixit ei. in qua solutione primo Christus oñdit quid sit necessarium ad salutē. uidelicet obseruatio mandatorum. secundo quid requiritur ad maiorem perfectionem que cō/sistit in obseruatione consiliorꝝ. in qua perfectione primum est. abrenunciatio tpaliū ut quis libere posset sequi Christum. & hoc ponitur ibi. Iesus aūt intuitus est eum etc. sententia duarum partium primarum patet ex dictis Mat. xix. d. Iesus aūt intuitus. hic docet uoluntaria paupertas. & primo quantum ad eius perfectionem. scdo q̄tum ad eius difficultatem ibi. qui contristatus. tertio quantum ad eius remunerationē ibi. & post cepit ei Petrus dicere. sentētia istarum partium patet ex dictis Mat. xix. e. et. f. & . g. exceptis que sequuntur. Iesus autem intuitus est eum & dilexit eum propter bonam conuersationem suam preteritam. ostendit sibi uultum amicabilem. ueruntñ ad perfectionem maiorem non potuit ascendere propter impedimentum diuitiarum. aliqui enim bene sunt apti: ad bene uiuendum in inferiori statu: non tñ in maiori et perfectiori. propter me. i. propter amorem mei. & propter euangelium. i. doctrinā Christi: qui nō accipiat centies tantum. nunc in hoc tempore etc. qa ꝑ temporalibus accipit in presenti bona spiritualia que tantum excedunt temporalia q̄tū centenarius unitatem. Aliter aūt potest exponi: de religiosis: qui pro uno patre carnali uel fratre dimisso habent spirituales fratres & patres multos. & etiā possessiones & agros in q̄tum ex possessionibus omnium fidelium sufficienter sustentantur. secundum illud Apostoli Corin. vi. quasi nihil habentes & omnia possidentes. multi erunt nouissimi primi etc. quia reprobatus iudeis quibus data fuit lex tanq̄ populo a deo preelecto. gentiles sunt uocati. potest exponi aliter. quia aliqui tarde uenientes ad fidem uel religionem ita aliquando feruide operantur ꝙ precedunt meritis illos qui ueneruntur iuuentute. Erant aūt in uia. hic cōsequēter Christus instruit discipulos de tolleranda aduersitate & primo ponitur eorum instructio. secundo reprimitē eorum ambitio ibi. & accedūt. primū docet Christus exemplo sui: quia prompte & hilariter ascendebat in Hierusalē ubi erat passurus mortem: sed ꝙ discipulis suis iam predixerat & hoc adhuc replicat & patet sententia ex dictis Mat. xii. d. hoc excepto. & stupebāt. Ex hoc ꝙ ita ꝓmpte & hilariter ibat ad locum passionis: & sequentes timebant. quia non dum erant ꝑfecti usq; ad tollerantiam martyrii qd patuit per effectū quia Petrus inter alios feruētior postq̄ timore mortis negauit Christum. Et accedunt. hic consequenter reprimitur discipulorum ambitio: & primo duorum in speciali. secūdo omniū in generali ibi. audientes decem. sentētia prime partis patet ex dictis Mat. xx. ca. exceptis. qd sequitē. filii Zebedei dicētes etc. Mat. xx. dicitur. ꝙ mater eorum formauit istam petitionē: sd quia fuit ad hoc inducta per filios: ideo dicūtur eam hic fecisse: quia qd per amicos facimus quodammodo per nos ipsos facimus. Aut baptismo quo ego baptizor. tincta enim sui sanguinis in sua benedicta passione uocat hic baptismum. Audientes decem. hic reprimitur ambitio discipulorum in generali: & patet ex dictis Mat. xx. f. Et proficiscente eo. hic ponitur instructionis precedentis: confirmatio per illuminationē

ceci: & patet sententia ex dictis Mat. xx. g. excepto q̄ sequit̄ & cecus sedebat Mat. xx. dicit̄ q̄ erant duo ceci. Sed qa unus erat magis notus & clamabat altero fortius: ideo hic solus exprimitur. animequior. i. magis quietus animo: ac si dicāt appropinq̄t tua illuminatio. qui proiecto uestimento suo. in quo mendicabat ut celerius ueniret ad Christum. Rabom. i. magister mi.

XI.

ET cum appropinquasset. hic consequenter describitur confutatio sacerdotum: et primo ponitur aduentus Christi ad templum. secundo subditur confutatio sacerdotum ibi & alia die. sententia prime ptis patet ex dictis Mat. xxi. a. exceptis que sequuntur. & cū appropinquasset Ierosolymis & Bethanie ad montem Oliueti. mons enim Oliueti est medius inter Hierusalem & Bethaniā: & ideo est propinquus utriq̄. Inuenietis pullum ligatum. cum ipso erat Asina similiter. secundum q̄ dicit Mat. Sed mater cuius hic tacet de ea. quia nō oportet q̄ omnia a quolibet euangelista referant̄ & quia principaliter querebatur pullus ad obsequium Christi. benedictum q̄ uenit regnum patris uestri Dauid. credebant enim ipsum cito regnare in regno Dauid. et restituere regnum temporale qđ a Romanis erat usurpatum. cuius contrarium dixit Christus coram Pilato Io. xviii. regnum meum non est de hoc mundo: Sed supple de celo. & hoc diuina ordinatione significabatur uerbis laudātiū cum dicebant. osāna in excelsis: licet non intelligerent: sicut & Caiphas dixit mortem Christi futuram pro salute mundi: Io. xi. licet hoc non intelligeret. & circūspectis omnibus cum iam uespa esset hora. exiit in Bethaniam. licet fuisset honorifice receptus a communi populo: & predicasset per totam diem usq̄ ad uesperam. nullus tamen inuitauit eum ad hospitiū in domum suam: ideo cum discipulis rediit in Bethaniā. ubi manebat Martha. Maria & Lazarus. Et alia die. hic consequenter describitur cōfutatio sacerdotum: & primo signo sensibili. secundo facto mirabili ibi. & cū introisset. tertio uerbo rationabili ibi. & uertunt rursum. sententia prime partis patet ex dictis Mat. xxi. ca. Et cū uenisset in templum. hic ponit̄ cōfutatio sacerdotum facto mirabili: & primo describitur dicta confutatio. secundo incidenter ponitur discipulorū instructio ibi. & cum uespera esset. Circa primum sciendum q̄ satis mirabile factum fuit q̄ unus homo pauper omnes uendentes & ementes eiceret de templo & nullus ei resisteret. secundum enim q̄ dicunt sācti. quidam fulgor mirabilis egrediebatur de uultu eius & oculis: quo territi sacerdotes & alii non audebant resistere ei: & ista eiectio fuit signum q̄ sacerdotes essent eiciendi de templo & officio tanq̄ indigni: & non sinebat ut quis q̄ transferret uas per templum. & loquit̄ de uasis humanis usibus applicandis: qa uasa diuino cultui deputata ibi debebant esse: & nō alia. cetera patent ex dictis Mat. xxi. b. Et cū uespera esset. hic incidenter describitur discipulorum instructio eo q̄ Petrus fecit mentionem de arefactione ficus subita ad maledictionem Christi. ideo instruit eos occasione huius de efficatia dei. secundo de efficatia orationis ibi. propterea dico uobis. sententia p̄me partis patet ex dictis Mat. xx. capit. Propter ea dico uobis. hic instruit discipulos de efficatia orationis que procedit ex duobus: uidelicet ex fidei certitudine: qđ notatur cum dicitur: quecunq; orantes petitis credite q̄ accipietis etc. & hoc intelligendum q̄n quis orat pie pro se: & perseueranter: nisi enim quis pie oret id ē de pertinentibus ad salutem oratio eius nō est exaudibilis. Item si oret pro alio de ptinentibus ad salutē potest carere effectu ex demerito illius pro quo orat. Item si oret pie pro se non tamen perseueranter potest carere effectu quia deus nō statim dat beneficiū petitū. Sed differt aliquando ut congruo tempore detur: & ut ex dilatione carnis habeatur secundum ex quo oratio habet efficatiam est dispositio orantis: scilicet q̄n non retinet

iram uel rancorem contra illum qui sibi iniuriam fecit. unde dicitur Eccles. xxviii. homo homini seruat iram & a deo querit medelam quasi diceret frustra. & propter hoc subditur. cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquem etc. Sciendum tamen q̄ hoc intelligitur de remissione offense. quia homo tenetur esse in caritate. Sed remissio iniurie nō est de necessitate. potest enim aliquis petere secundū ordinem iusticie recompensationem pro iniuria sibi facta. Et uenerunt rursū Hierosolymam. hic ponitur confutatio sacerdotum scribarum & seniorum uerbo rationabili: & patet sententia ex dictis Mat. xxi. d. Ad euidentiam dictoꝝ & dicendorū querit̄ utrum Christus in predicationibus suis debuit uitare offensionem uel scādalum sacerdotum scribarum & Phariseorum. & arguit̄ primo q̄ sic. i. ad Thim̄. v. dicit̄. seniorē ne increpaueris. Sed obsecra ut patrē. predicti autem erant seniores populi & patres: ergo etc. Item prima ad Corin. x. dicitur. sine offensione estote iudeis & gentilibus & ecclesie dei. Cum igit̄ facta Christi & dicta fuerint nobis data pro exemplari. uidet̄ q̄ debuit cauere ab offensione predictorum. Contra Esa. viii. fuerat prophetatum q̄ Christus foret in lapidem offensionis: & petram scandali duabus domibus Israel. Responsio. dupliciter est scandalum: actiuum & passiuum. actiuum non habuit in Christo locum. quia tale scandalum est dictum uel factum alicuius minus rectū p̄bēs alteri occasionem ruine: ut habetur ex uerbis Hiero. super Mat. omnia aūt facta et dicta Christi fuerunt rectissima. & ideo questio ista intelligitur de scandalo passiuo. q̄d est quando aliquis ex dicto uel facto alterius bono scādalizatur: ex imperfectōe sua. & istud scandalum aliquando procedit ex ignorantia sua uel infirmitate illius qui scandalizatur. & tunc uel facta bona occultanda sūt: uel differenda quo usq; infirmi uel ignorantes instruantur: nisi sint talia bona que sint de necessitate salutis que non sunt omittenda ꝓpter scandalū alterius: Si aūt infirmi & ignorantes post ĩstructionē debitam in scandalo permaneant. tam tale scandalum non procedit ex infirmitate uel ignorantia. Sed ex malicia. & tale scandalum est contempnendum maxime quando ē contra bonum commune: qa bonū commune semper est preferendum pati quocūq; hominum singularum. tale autem fuit scandalum sacerdotū scribarum & Phariseoꝝ. quia sua malicia nitebantur impedire doctrinā Christi in qua cōsistebat salus populi. Item suis malis exemplis & moribus trahebatur populus ad peccandum. Item per suā doctrinam malam euacuabant dei mandata propter suas traditiones ut dictum est supra. & ideo Christus in publico debuit uitia eorum rep̄hendere: nec ab hoc cessare propter eorum scandala. propter q̄ Mat. xv. cum discipuli dixissent Christo. scis qa Iudei audito hoc uerbo scandalizati sunt? Rñdit sinite illos. ceci sunt & duces cecorū: si cecus ceco ducatum prestet ambo in foueam cadunt. Ad primum dicendū: q̄ loquit̄ de senibus honestate & moribus: non de senibus etate malicia corruptis: quia tales sūt acriter arguendi. Sicut Danielis. xiii. dure increpauit illos senes impudicos. Ad scd̄m dicendū q̄ homo debet esse sine offensione iudeis & gētilibus. ita q̄ dicto suo uel facto minus recto non prebeat alicui occasionem ruine. Sed si de ueritate scandalum sumit̄ rectius oriri permittitur q̄ ueritas relinquatur: secundum q̄ dicit beatus Gregorius super Ezechielem.

XII

ET cepit illis parabolice loqui. hic consequenter ponitur confutatio sacerdotum et seniorum in parabolis. & primo ponit̄ confutatio sacerdotū. scd̄o Phariseoꝝ & Herodianorum ibi. & mittunt ad eum. tertio Saduceorum ibi. & uenerunt ad eum Saducei. q̄rto scribarum ibi. quō ergo dicunt scribe. sententia prime partis patet ex dictis Mat. xxi. f. exceptis que sequuntur. uineam plantauit homo id est coluit et

dicit̃ a paſtuſ ta tum. & eſt ꝓprie moduſ colẽdi: quo ponitur fimuſ uel pinguedo terre circa radicem uinee uel arboriſ. Radiceſ enim ſecundū philoſophum. ſecundo de aīa: ſunt ori ſimileſ: quia ſicut in animalibuſ per oſ ſumit̃ alimentū. unde aīalia nutriunt̃. Sic per radiceſ trahitur alimentum terre naſcentium. & fodit lacum. lacuſ proprie dicitur locuſ ubi recipiuntur aque riuulo: & ibi colliguntˇ: ad ſimilitudinem huiuſ locuſ ubi recipitur uinū fluens a torculari dicitur hic lacuſ. Hic eſt hereſ: ex hoc dicit Beda ꝙ ſacerdoteſ & legiſperiti habuerunt cognitionem de Ieſu: ꝙ ipſe erat uere Chriſtuſ in lege promiſſuſ: Sed iſta cognitio poſtq̃ ex inuidia fuit in eiſ obſcura. & hoc plenius fuit declaratum Mat. xxi. in queſtione quadam de hoc mota in fine illiuſ capituli. & querebant eum tenere. ex quo patet eorum obſtinatio in malo. & timuerunt turbā. ex quo patet ꝙ ex ſolo timore populi retardabantur a morte eiuſ. Et mittunt ad eum. hic conſequenter deſcribitur confutatio Phariſeorum & Herodianorū & patet ſententia ex dictiſ Mat. xxii. ca. Et uenerunt ad eum Saducei. hic conſequenter ponitur confutatio Saduceorum & diuiditur in duaſ. in partem principalem & incidentalem. ſecundo ibi & acceſſit unuſ de ſcribiſ. ſententia prime partiſ patet ex dictiſ Mat. xxii. d. Et acceſſit. hec eſt parſ incidetaliſ, quia enim Chriſtuſ confutauerat rationabiliter Phariſeoſ & Saduceoſ: hoc uidenſ quidā ſcriba queſiuit ab eo ꝙ eſſet p̄mū & maximum mandatū: quia de hoc erant queſtioneſ apud ſapienteſ: & Chriſtuſ rñdit ei & patet ſententia ex dictiſ Mat. xxii. f. exceptiſ que ſecuntur. magiſter bene in ueritate dixiſti. ex dictiſ uidetur ꝙ ille ſcriba interrogauerit Chriſtum non ad capiendum eum uerbo: ſicut alii precedenteſ ſed ad audiendum ueritatem quam ſcire deſiderabat propter uarietatem opinionum. uel aliter poteſt dici ꝙ a p̄ncipio malicioſe queſiuit: Sed ex Chriſti reſponſione contrituſ eum commendauit. & Chriſtuſ ipſum. uidenſ ipſum emendatum. & hanc ſecundam expoſitionem poſui Mat. xxii. Auguſt. uero libro de conſenſu euangeliſtarum ponit utrunq; dicenſ. nec moueat quenq̃m ꝙ Matheuſ dicit temptantem fuiſſe a quo dominuſ interrogatuſ eſt. fieri enim poteſt ut quāuiſ temptanſ acceſſerit: domini tamen reſponſione correctuſ eſt. Sic: aut certe ipſum temptationem non accipiamuſ malam tanq̃ decipere uolentiſ inimicū: ſed tanq̃ experiri uolẽtiſ ampliuſ ignotum. & diligere proximum ſicut ſe ipſum maiuſ eſt oībuſ holocauſtomatibuſ & ſacrificiiſ. Circa hoc enim tunc erant opinioneſ doctorum. quia quidam dicebāt ſacrificia & oblationeſ magiſ eſſe accepta deo: q̃ exercitium in opibuſ caritatiſ. alii autem dicebant contrarium: & huiuſ opinioniſ que eſt uera uidet̃ fuiſſe iſte ſcriba: & propter hoc eiuſ dictum approbatur a Chriſto cum ſubditur. non lōge eſ a regno dei. i. a ueritate erimuſ que in pluribuſ locīſ uocatur regnum dei: & inde credendum eſt ꝙ iſte fuit conuerſuſ ad Chriſtum. Et reſpondenſ Ieſuſ: hic deſcribit̃ confutatio ſcribarum: & primo ponit̃ dicta confutatio. ſecundo diſcipulorū inſtructio ibi. & ſedenſ Ieſuſ contra Gazophilatium. ſententia prime partiſ patet ex dictiſ Mat. xxii. g. excepto quod ſubditur. qui deuorauit domoſ uiduarum. bona eaꝝ ſibi attrahendo fallaciter per ſimulationem ſanctitatiſ. hii accipient prolixiuſ iudicium quia ſimulata ſanctitaſ duplex eſt iniquitaſ: ſecundum ꝙ dicit Hieron̄y. Et ſedenſ Ieſuſ contra Gazophilatium. hic ponitur diſcipulorū inſtructio. ſacerdoteſ enim qui erant auari dicebant ꝙ ille qui pluſ offerebat in templo abſolute loquendo pluſ habebat de merito: ꝙ eſt falſum: quia quantitaſ meriti non accipitur ſecūdum quantitatem doni abſolute. Sed per comparationem ad facultatem dātiſ & promptitudinē ſue uolūtatiſ & deuotioniſ: & hanc ſententiam docet Chriſtuſ cum dicitur. & ſedenſ Ieſuſ contra gazophilatiū. locuſ erat ubi ponebat̃ pecunia oblata pro neceſſariiſ tēpli & ſacerdotū

et ministrorum. & multi diuites iactabant multa. secundū doctrinam illoꝝ sacerdotū. sequitur sententia Christi. uidua hic pauper plus omnibus misit. nō absolute loquēdo: Sed considerata facultate sua: plus est enim uni puero ferre quinq; q̄ uiro forti ferre uiginti. & eodem modo plus pauperi dare modicum q̄ diuiti multum modo predicto.

ET cum egrederetur de templo. superius a primo ca. XIII.

Usq; huc docuit Christus per uiā amoris miracula faciendo & bñficia cōferendo: hic incipit docere per uiam timoris terrorem futuri iudicii incutiēdo. & circa hoc p̄mo duplex questio ponitur: secūdo soluitur ibi. & respondens Ihesus. Circa primū p̄ponit̄ questionis occasio per hoc: q̄ Christus templum predixit destruēdum. & ideo discipuli quesierunt ab ipso primo de tempore huius destructionis: qđ notatur cum dicitur. Dic nobis quando hec fient. & quia post destructionem templi credebant de ꝓpinquo iudicium fieri: ideo de hoc quesierunt. secundo q̄ notatur cum dicitur. & q̄ signum qñ hec omnia incipient consummari. tunc enim erit consummatio huius mundi. Et rñdēt Ihesus. hic ponit̄ dicte questionis solutio & primo prime. secūdo scđe ibi. Orate ergo. circa primum premittitur dicte destructionis templi inchoatio. & secūdo consūmatio ibi. Cum autem uideritis. Adhuc circa primum predicitur quid eueniēdum sit omnibus generaliter. secūdo quid discipulis Christi specialiter ibi. uidete uos metipsos. circa p̄mū dicuntur pericula: scilicet seductio erroris ibi. Videte ne quis uos seducat. incussio timoris ibi. cum audieritis. commotio plebis. surget gens etc. turbatio orbis ibi. Et erūt terre motus: & patet sententia istarum partium Mat. xxiiii. d. &. b. usq; ibi. & cum duxerint uos tradentes. cuius sententia patet Mat. x. ca. Cum autem uideritis abomi/nationem. hic predicitur consummatio desolationis templi & patet sententia ex dictis Mat. xxiiii. Orate ergo. hic soluitur secunda questio in cuius solutione saluator ex discipulorum deuotione que est necessaria tempore magne tribulationis. scđo p̄dicit tribulationem futuram ante iudiciū ibi. erunt autem dies illi tribulationis. tertio p̄dicit iudicis aduentum ibi. & tunc uidebunt filiū hominis. quarto excitat attentionem cre/dentium ibi. uidete uigilate etc. & ideo cōcludit in fine. qđ autem dico uobis omnibus dico uigilate. ostendens q̄ non loquebatur pro discipulis tantum. Sed pro omnibus fi/delibus presentibus & futuris: sententia autem istarum partium patet ex dictis Mat. xxiiii. d. &. e. & b. Ad maiorem predictorum intelligentiam. queritur hic utꝝ Xp̄s doctrinam suam debuit tradere scripto: & uidetur q̄ sic: quia scriptura inuenta est ad hoc ut doctrina memorie cōmendetur: Sed doctrina Christi erat maxime memorie cōmendanda: ergo etc. Item figura debet respondere figurato & econuerso. Sed lex que fuit figura legis noue fuit data in scripto: ergo etc. Ad contrarium arguitur: qa nulli libri ab eo scripti habentur in canone: Sed tantum a discipulis suis ut Apostolis & euangelistis. Responsio. doctrina Christi fuit immediate tradita a deo: qa ipse in unitate persone fuit & est uerus deus & homo. uetus autem testamentum licet fuerit datum a deo non tamen ímediate. sed mediantibus angelis ut dicitur Gal. iii. lex data est per ãgelos in manu mediatoris. & Act. vii. dixit. Stephanus iudeis accepistis legē in dispositione angelorum. & ideo doctrine Christi debebatur excellentissimus modus tradendi eam qui est in hoc q̄ doctrina aliqua non ímediate scribit̄ in pelle mortua: sed in mentibus hominum que sunt ad ima ginem dei facte: qđ factū est de doctrina Christi quam impressit mētibus discipulorum: & hoc fuit predictum Iere. xxxi. ecce dies uenient dicit dominus: & feriam domui Israel & domui Iuda fedus nouum. non scđm pactum qđ pepigi cum patribus uestris in die qua apprehendi manum eorum: ut educerem eos de terra Egypti etc. & subditur. Sed hoc erit pactum qđ feriam cū

domo Israel dabo legem meam in uisceribus eorum & in corde eorum scribam eam. Sed per Apostolos aliosq; discipulos Christi deriuata ē doctrina eius uerbo p̄dicatōis: & etiam scripto: ut patet in euāgeliis & epistolis. ex hoc patet solutio p̄mi argumēti. Ad secundum dicendum: q̄ figura deficit a p̄fectione figurati. & ideo lex euangelica non solum fuit scripta in tabulis lapideis: & pellibus mortuis: sicut lex uetus: sed etiam in mentibus humanis: ut dictum est quantum ad primam eius conscriptionem. scd̄o autem fuit scripta in libris ut dictum est. XIIII.

ERat autem pascha. Post̄q̄ descripta est reductio peccatoris in deū p̄ mediatoris predicationem. hic consequenter describitur eadem reductio per passionis sue redemptionem: & quia superius predixit passionem suam per iudeos inchoandam & p̄ gentiles consummandam ad quos pertinebat iudicium sanguinis in Hierusalem: ideo primo describitur eius passio per iudeos inchoata. secūdo per gentiles consummata ca. xv. Circa primum quattuor per ordinem describuntur. primum est ipsius Christi uenditio non ex eius ignorantia: Sed ex eius prescientia & uoluntate. scd̄o uenditi traditio. nō ex eius displicentia: sed caritate ibi. & prima die Azimorum tertio traditi comprehensio non ex sua impotentia sed mititate ibi. & adhuc eo loquente. quarto comprehensi cōdemnatio non ex sua iniusticia sed humilitate ibi. Summi uero sacerdotes. Circa primam partem premittitur uenditionis occasio que fuit duplex. primo sacerdotum inuidia: & hoc ponitur in principio capitituli. secunda fuit Iude auaricia qui uoluit recuperare precium unguenti effusi que ponitur ibi. Et cum esset Bethanie tertio ponitur ipsa uenditio ibi. Et Iudas Scharioth̄s etc. Secunda pars principalis que incipit ibi. Et prima die Azimoꝝ ut dictum est: diuiditur in quatuor quia primo ponitur paschale conuiuium ad proditoris reuocationem. secundo instituit̄ eukaristie sacramentum ad caritatis unionem. & manducantibus illis: tertio predicitur discipuloꝝ scandalum ad eorum confirmationem ibi. & ait illis Iesus. omnes uos scandalizabimini etc. quarto describitur Christi desiderium ad nostram redemptionem ibi. & ueniunt in predium. Tertia pars principalis huius capitituli que incipit ibi. & adhuc eo loquente. diuiditur in tres. quia primo describitur Iude fraudulentia. secundo Christi patientia ibi. unus autem de circunstantibus. tertio discipulorum ignauia ibi. tunc discipuli relicto eo fugerunt. Quarta pars principalis que incipit ibi. Summi uero sacerdotes. diuiditur in quattuor quia primo describitur accusatio per falsos testes. secundo eius condemnatio per iniquos iudices ibi. exurgens aūt summus sacerdos. tertio condēnati uituperatio per malignos satellites ibi. Et ceperunt quidam conspuere in eū. quarto negatio Petri per tres uices ibi. Et cum esset Petrus. Sentētia autem huius totius ca. patet ex dictis Mat. xxvi. ubi ista sunt exposita eodem ordine quo hic ponuntur: & sub eisdem uerbis pro magna parte & restant pauca exponenda que discurrentur. In prima parte principali dicitur. Erat autem pascha & Azima post biduū. sollēnitas autem paschalis iudeorum celebrabatur. xv. die primi mensis: ut habetur Leui. xxiii. hec sollemnitas incipiebat a uespera. xiiii. diei quando immolabatur agnus: & tunc uescebantur Azimis usq; ad septimum diem. alabaustrum unguenti Nardispicaci. dicūt aliqui q̄ Narduś est herba faciens spicas in cacumine de quibus extrahitur liquor optimus: sicut aqua Roseacea de rosis: & talis liquor uocatur hic unguentum. alii dicunt q̄ est frutex uel arbor paruula & inde fluit uel extrahit̄ liquor modo p̄dicto. In scd̄a parte principali dicitur. & prima die Azimoꝝ. de isto die est cōtrouersia inter grecos: & latinos. que plenius tractata est Mat. xxvi. & Iob. xiii. occurret uobis hō lagenā aque baiulans. Istud signum dedit eis ad inueniendum locum pro cena: & creditur q̄

dominus illius domus esset discipulus Christi occultus. ubi est refectio mea id ē agnus paschalis: quia dominus illius domus non solum prouidit de loco: sed etiam de agno. demōstrabit uobis cenaculum. In illo cenaculo pascha comederūt & in illo post resurrectionem latuerunt discipuli propter metum iudeorum. & in illo spiritum sanctum receperūt in die Pentecostes ut habeē Act. ii. Qui intingit mecū manū in Catbino. uas est fictile ad refrigerandum uinum & in illo erat uis lactucaꝝ aggrestium cū quo carnes agni debebant comedi ut dicitur Exo. xii. Abba pater. idem significant. tamē unum est grecum: & aliud latinum. In tertia parte principali dicitur. & ducite eū caute. ne forte rapiatur de manibus eorum. Adolescens autem quidam quia iste non nominatur hic. ideo dicunt aliqui fuit Iacobus frater domini. alii ꝙ fuit Iohannes euangelista qui minor erat inter Apostolos. alii autem dicunt ꝙ fuit iuuenis de domo illa in qua comederant pascha. amictus scindone id est ueste linea. super nudo scilicet corpore: quia non habebat aliam uestem. In quarta parte principali dicitur. Audiuimus eum dicentem ego dissoluam templum hoc manu factum etc. Falsum enim ípo/ fuerunt quia hoc non dixerat ut habetur Io. ii. Sed sic dixerat soluite templum hoc. & ibi predicens mortem suam in qua corpus eius quod erat templum deitatis solutum est: & si de materiali templo intelligat adhuc falsum imposuerunt: ꝙ absolute dixerit qđ tamen dixerat conditionate. & ideo bene subdit̄: & non erat cōueniens testimoniū eorum. Iesus autem dixit ei. Ego sum. Interrogatus de ueritate diuinorum. Respōdet. qui prius in aliis tacuerat: quia de diuinis non debet ita taceri ueritas si interrogetur: sicut de humanis. In quarta parte principali dicitur sic. nam & Galileus es. licet enim esset una lingua omnium hebreorum: tamen secundum uarias partes iudee uariebat̄ in aliqua proprietate: sicut lingua gallica in Picardia & Normannia: per quā ꝓcipit̄ in loquela de qua natione sit aliquis. cepit anathematizare id est maledicere sibi ipsi. Si cognouisset Iesū: unde anathematizatio signat iurationē que est per execrationē: scilicet ꝙ aliquis sibimet ipsi imprecatur malum pene si ita sit sicut imponitur ei.

ET confestim mane facto. hic cōsequenter describitur passio Christi per gentiles cōsummata: & primo describit̄ ipsius Christi crudelis occisio. secundo eius fidelis & deuota tumulatio ibi. Et cum sero esset factum. prima in duas: quia primo describitur Christi iniqua damnatio. secūdo inique sententie executio ibi. & postq̄ illuserunt ei. prima in quattuor quia primo Christus gentili iudici p̄sentat̄. secundo ab eo examinatur ibi. & interrogauit eum Pilatus. tertio eius innocentia declaratur ibi. Per diem autem festum. quarto inique condemnatur ibi. Pilatus autem uolens satisfacere populo. sententia istarum partium patet ex dictis Mat. xxvii. ubi ista ponuntur eodem ordine a principio illius capituli usq; prope medium: tñ aliqua sunt ei interposita que hic omittuntur: quia Marcus breuitati studebat ut dictum fuit a principio libri huius. Postq̄ illuserunt. hic consequenter describit̄ inique sentētie late in Christum executio ubi primo ponitur ipsius Christi iudicati crucifixio. secundo crucifixi illusio ibi. & pretereuntes blasphemabāt. tertio illusi exspiratio ibi. & facta hora sexta. sententia istarum partium patet ex dictis Mat. xxvii. d. e. & f. exceptis que sequuntur. patrem Alexandri & Rufi. dicit igitur Hieronymus ꝙ nomen istius Simonis hic exprimitur ratione filiorum suorum qui erant discipuli Christi. & dabant ei bibere uinum myrratum. dicunt aliqui ꝙ istud uinū dicitur myrratū ex ꝓprietate myrre que est ualde amara. ista tamen amaritudo causabatur ex admixtione fellis. Alii autem dicunt ꝙ non solum ibi fuit mixtio fellis sed etiam myrre. & non accepit. contrarium tamen uidetur Io. xix. ubi dicitur. cum accepisset Iesus acetum etc. Ad

.XV.

qđ dicendum ꝙ aliquid acceperit ad guſtandum modicum: propter ſpletionē ꝓphetie dicentiſ: in ſiti mea potauerunt me aceto. & ideo illud quod modicum eſt quaſi nihil reputatur: ideo hic dicitur ꝙ non accepit ſcilicet ad perfecte bibendum. erat aūt hora tertia & crucifixerunt eum. Io. xix. dicitur erat autem hora quaſi ſexta. ſecundum ueritatem erat hora media inter tertiam: & ſextam. mediū uero denominaṫ ab utroq; extremoꝝ. ideo ab euangeliſtiſ aliquando denominatur tertia aliquādo ſexta. uidenſ autem Centurio quia ſic clamanſ exſpiraſſet etc. uidebat enim ꝙ illa uox non potuit naturaliter formari ab homine ſic propinquo morti: & ideo concluſit ꝙ eſſet formata uirtute diuina. d. uere hic homo filiuſ dei erat. Et cū iā ſero eſſet factū. hic deſcribiṫ ipſiuſ Xp̄i deuota tumulatio: & patet ſententia ex dictiſ Mat. xxvii. ca. g. exceptiſ que ſecuntur. quia erat Paraſceue id eſt preparatio. quia tunc erat feria ſexta in qua preparabantur ea que debebantur comedi die ſequenti. & tunc uenit Ioſeph ad ſepe/liendum Chriſtum: anteq̄ intraret ſabbatum in quo non erat licitum facere talia. ab Arimathia. que antiquitus dicta eſt ramatha: de qua fuit Samuel: ut habetur primo Regum. decurio unuſ decurialibuſ. decurioneſ dicūṫ qui ſūt de curia alicuiuſ magni principiſ. dicuntur etiam decurioneſ qui accipiunt curam plebiſ: & audacter introiuit ad Pilatum etc. priuſ enim erat diſcipuluſ Chriſti occultuſ propter metuſ iudeoꝝ: Sed exemplo mortiſ animatuſ oſtendit ſe publice eſſe Chriſti diſcipulum: petendo eiuſ ſe/pulturam & exequendo. & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti. citra enim ſe/pulchrum erat quedam clauſura: & ad oſtium illiuſ clauſure fuit poſituſ lapiſ magnuſ: non a ſolo Ioſeph: Sed etiam ab aliiſ qui fuerunt cum eo in ſepultura Chriſti. Maria aūt Magdalene: & Maria Ioſeph. i. que erat mater Ioſeph. aſpiciebant ubi poneret̄. ad hoc ut tranſacto ſabbato uenirent ad ungendum corpuſ eiuſ. XVI.

ET cum tranſiſſet ſabbatum. Poſtq̄ deſcripta eſt reductio peccatoriſ in deū per Chriſti predicationem & ſue paſſioniſ redemptionem. hic conſequenter deſcribiṫ dicta reductio per ſuam reſurrectionem & aſcenſionem: & primo deſcribitur mani/feſtatio ſue reſurrectioniſ. ſecundo ſublimatio ſue aſcenſioniſ ibi. & dn̄ſ quidem Ieſuſ. prima in duaſ. quia primo deſcribitur manifeſtatio reſurrectioniſ per denunciatiōnem angeli. ſecundo per apparitionem ipſiuſ domini ibi. Surgenſ Ieſuſ. circa primam partē deſcribitur aduentuſ mulierum ex deuotione ad ſepulchrum. ubi audierūt ab angelo reſurrexiſſe dominum. & hoc eſt qđ dicitur. & cum tranſiſſet ſabbatum etc. q̄ diu. n. durauerat ſabbatum non erat eiſ licitum aliquid emere: Sed in ueſpere eiuſdem diei terminabatur ſollemnitaſ: & tunc emerūt aromata: uidelicet in craſtino bono Marie uenirent ad ſepulchrum: ideo ſubditur. & ualde mane una ſabbatorum id eſt prima dierum illiuſ ebdomade poſt ſabbatum ſicut dicitur Gene. primo. & factum ē ueſpere & mane dieſ unuſ id eſt primuſ. Sciendum etiā ꝙ omneſ dieſ illiuſ ebdomade uocantur ſabbata pro tāto quia erant feſtiue: eo ꝙ ſolemnitaſ paſchaliſ durabat ſeptem diebuſ prima tamen dieſ & ſeptima erant celebrioreſ intermediſ ita ꝙ in illiſ ipoterant emi aromata illa. orto iam ſole id eſt ad ortum appropinquante. ſol enim poteſt intelligi oriri dupliciter. uno modo perfecte: quando primo egrediṫ & apparet ſuper terram & ſic non accipitur hic. alio modo quando lux eiuſ incipit apparere. ſ. in aurora: et ſic accipitur hic ortuſ ſoliſ. & ideo Io. xx. dicitur ꝙ adhuc tenebre erant: qa aurora media eſt inter tenebraſ noctiſ & lucem perfectam diei. & ideo ab utroq; pōt noīari ſicut mediū ab extremiſ. qa participat naturam utriuſq; extremi. quiſ reuoluet nobiſ lapidem quaſi diceret non poſſumuſ reuoluere per noſ ipſaſ: quia erat magnuſ ualde: ut poſtq̄ ſubdiṫ. uiderunt reuolutū lapidem. per angelū qui uenerat ad manifeſtādū

Christi resurrectionem factam. & introeuntes in monumentum id est intra clausurā que erat circa monumentum. dicitur autem monumentum quasi mouens mentem. s. illius qui aspicit ut oret pro anima sepulti: & precogitet de morte propria. Viderunt iuuenem. Luc. xxiiii. dicitur. ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti id est duo angeli in specie uirorum. propter hec dicit August. q̄ ibi apparuerunt. iii. āgeli. unus extra monumentum intra tamen predictam clausuram sedens super lapidem re/uolutum. Sed intra monumentum apparuerunt duo. unus ad caput: alius ad pedes: ubi positum fuerat corpus Iesu: ut dicit̄ Io. xx. dicite discipulis eius & Petro. Specialiter nominat Petrum aliter nó fuisset ausus uenire ad presentiam domini quem negauerat. Inuaserat enim eas pauor. ex insolita apparitione angeli. & ex uisione custodum qui iacebant ibi quasi mortui. & nemini quicq̄ dixerunt. contrariū uidetur Mat. xxviii. ubi dicitur. currentes nunciare discipulis. q̄ soluit Augustinus q̄ cū dicitur hic. nemini quicq̄ dixerunt. scilicet de custodibus nec etiā angelo loquenti responderunt. Sed cu/currerunt nunciare Apostolis quod audierant & uiderant. Surgens autem Iesus. hic manifestatur resurrectio per aparitionē domini: & diuiditur in tres partes scd̄m. iii. apitóes. scda ibi. post hoc aūt duobus. tertia ibi. Nouissime aūt. Circa primū dicitur. Surgens aūt Iesus mane prima sabbati etc. Sciendum q̄ apud hebreos dies ebdomade denominātur a sabbato. quia denominatio fit a digniori: & ideo dies illa que imediate sequitur sabbatum uocatur prima sabbati: & alia secunda sabbati id est a sabbato: et sic de aliis dixerunt autē aliqui q̄ Christus resurrexit media nocte: & tunc hec dictio mane non refertur ad surgens sed ad uerbum quod sequitur. apparuit. quia illa hora primo apparuit Marie Magdalene. Alii autem dicunt q̄ resurrexerit in aurora: & tunc li mane refertur ad li surgens. ita q̄ determinat horam resurrectionis & huius opinionis est Augu. & communiter tenetur. de qua eiecerat septem demonia. ex hoc dicunt aliqui q̄ fuerūt due Marie: & quelibet fuit cognominata Magdalis. una earū fuit soror Lazari: nominata a Magdalo castro: qd̄ cessit in partē eius de hereditate paterna: & ista non legitur fuisse demoniaca. Alia que fuit nata de Magdalo non tñ domina illius castri: & ista dicitur fuisse peccatrix. & propter peccata sua possessa a demoniis. Gregorius autem dicit q̄ fuit eadem: & q̄ per septem demonia intelligūtur uicia: & usus Ecclesie in officio hoc tenet. Post hoc autem. hic describitur secunda apparitio. que fuit facta duobus discipulis Christi euntibus in Emaus q̄ aparitionem plenius describit Luc. xxiiii. & quia erant dubii in fide ut ibidem dicit̄: ideo Christus apparuit eis in alia effigie ut per hoc designaretur q̄ talis apud eos erat in mēte. dicūt aliqui q̄ hoc factum est per aliquam mutationem factam in facie Christi: sicut in transfiguratione per claritatem glorie ad horam: ut dictum fuit supra. ix. ca. Alii uero dicunt q̄ ista mutatio tantum fuit in oculis uidentiū & huic dicto concordat qd̄ dicitur de ista aparitione Luc. xxiiii. oculi autem eorū tenebātur ne eū agnoscerēt: qualitercunq; tñ factum sit: nō fuit ibi aliqua falsitas. cuius ratio est: quia sicut aliqd potest fingi uerbis: ita & factis: primum autem fit sine falsitate: ut patet in paboli nou & ueteris testamenti. quibus alqd fingitur uerbis ad ueritatem aliq̄ cōuenientius designandam. & eodem modo hic Christus facto apparuit in alia effigie: ut hic dicit̄. & finxit se longius ire ut habetur Luc. xxiiii. ut per hoc designaret̄ q̄ erat qd̄ āmodo alienus & longinquus ab eorum cordibus: quibus apparebat propter dubium in fide. & hoc est qd̄ dicit Gregorius home. xiii. quia adhuc in eorū cordibus peregrinus erat eis a fide ire se longius finxit. Nouissime autem recumbentibus etc. hic describitur tertia aparitio de qua dicunt aliqui q̄ non fuit facta die ascensionis domini sed ante.

quia hic deſcribitur. & exprobrauit incredulitatem eorum. ante enim diem aſcenſõis reſurrectio domini tot argumentis fuit declarata ꝙ iam tunc non erant increduli. Alii autem dicunt ꝙ facta fuit in die aſcenſionis & ad hoc concordat textus: cum dicitur. nouiſſime autem recumbẽtibus etc. ſimiliter quod poſtea ſubditur. & dominus quidem Ieſus poſtq̃ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum. ex quo uidetur ꝙ apparitio fuit facta immediate ante aſcenſionem ſuam. ad argumentum in oppoſitum poteſt dici: ꝙ increpauit incredulitatem non Apoſtolorum. Sed aliorum qui erant cum eis qui de reſurrectione Chriſti non credebant ad plenum Apoſtolis. Aliter autem dicitur ꝙ increpauit incredulitatem Apoſtolorum: non que tunc erat in eis: Sed que fuerat ante: Sicut patet de Thoma qui nõ credidit aliis diſcipulis Chriſti. Io. xx. ca. Et ſimiliter alii non crediderunt Marie Magdalene que eũ uiderat & aliis mulieribus. Similiter etiam conuenienter Chriſtus recedens ab Apoſtolis increpauit hanc incredulitatem. ad deſignandum ꝙ gentes ad quas Apoſtoli erant mittendi: ut patet ex ſequentibus eſſent merito increpande a deo: & condemnande ſi non crederẽt Apoſtolis de his que ipſi uiderant in Chriſto. unde ſubditur. euntes in mundũ uniuerſũ predicate euãgeliũ omni creature id eſt omni homini qui habet conuenientiam cum omni creatura. per eſſe enim conuenit cum inanimatis: per uiuere cum uegetabilibus & plantis: ꝑ ſentire cum animalibus: per intelligere cum angelis. ideo deſignatur nomine omnis creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit. non enim ſufficit fides abſq; baptiſmo per quem aliquis incorporatur Chriſto ſi aſſit facultas recipiendi baptiſmum. Si autem non aſſit facultas ſufficit baptiſmus ſanguinis. ut in martyribus qui ꝓ Chriſto fuerũt interfecti anteq̃ eſſent baptizati uel flaminis: ſicut eſt in habentibus fidem Chriſti & deſiderant baptiſmum. Sed preueniuntur morte anteq̃ hoc poſſit adimpleri. ſigna autem eos qui crediderint hec ſequentur. In primitiua enim eccleſia fides erat nutrienda & firmãda miraculis: ideo gratia miraculoꝝ non ſolum dabatur Apoſtolis & aliis maioribus: Sed etiam frequenter aliis ſimplicibus credentibus. linguis loquentur nouis. hoc factum ẽ in Apoſtolis & aliis credentibus qui erant cum eis quando per gratiam ſpiritus ſancti in die Pentecoſtes receperunt donum linguaꝝ. ſerpentes tollent. hoc patet de Paulo Act. xxviii. qui percuſſus a uipera in nullo leſus fuit. Sed uiperam pendentem ad manum eius in ignem excuſſit. Et ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit. quod patet de Iohanne Euangeliſta qui uenenum mortiferum hauſit: & nihil ei nocuit. Et dominus quidem Ieſus. hic cõſequenter deſcribitur aſcenſionis Chriſti ſublimatio: cum dicit. aſſumptus eſt in celũ. non uirtute aliena: ſed propria: tum ratione deitatis que poteſt omnia. tum ratione humanitatis glorioſe: quia corpus glorioſum obedit ad nutum anime quantum ad motum localem per dotem agilitatis que erat in corpore Chriſti glorioſo: & ideo nubes que ſuſcepit eum ab oculis Apoſtoloꝝ ut habetur Act. v. & angeli aſſiſtentes non fuerunt ibi: niſi ad oſtendendum ꝙ creatura corporalis & ſpiritualis ſubiecta eſt obſequio Chriſti. Et ſedet a dextris dei. Si referat ad Chriſtum ratione deitatis: ſic illa ſeſſio importat equalitatem cum patre. quia ſecũdum deitatem filius eſt equalis patri. Si autem referat ratione hũanitatis: hoc poteſt eſſe dupliciter. uno modo in quantum eſt unita actualiter ipſi uerbo: & ſic iſta ſeſſio importat q̃dam aſſociationem honoris quia eadem ueneratione ueneratur humanitas in quantũ unita uerbo cũ ipſa deitate: ſicut ueſtis regia cũ ipſo rege quando eſt ea actualiter indutus. Alio modo ſecũdũ ſe & ſic ſedere ad dexteram patris deſignat eſſe in potioribus boni eius ſicut dextera eſt pars nobilior & potior corporis. deſignat etiã quandã iudiciariã poteſtatem que cõmunicata eſt ipſi Chriſto homini: quia ſicut fuit iudicatus in forma

humana: sic veniet ad iudicandum mundum sicut dicitur Act. i. quemadmodū vidistis eum ascendentem in celum: scilicet in forma humana: cui competit videre oculis corporalibus & de loco ad locum moveri: ita veniet scilicet in eadem forma ad iudicādum mundum. veruntamen iudicatus fuit in forma humana passibili. Ascendit aūt in celū & veniet. ad iudicium in forma humana impassibili & gloriosa. Illi autem. s. Apostoli & Christi discipuli. profecti. secundum mandatum Christi predictum. predicaverunt ubiq;. secūdum qđ dicitur in psal. xviii. In omnem terram exivit sonus eorum. dño cooperante. eos dirigendo & protegendo. & sermonē confirmante: sequentibus signis. sicut enim veritas que subiacet facultati naturali intellectus declarat & confirmatur p reductionē ad prima principia per se nota. Sic veritas que transcendit naturale lumē intellectus. cuiusmodi est doctrina fidei catholice saltem quantum ad principales articulos fidei declaratur & firmatur per opera miraculosa soli deo possibilia: cum enim talia fiunt ad testimonium veritatis illius doctrine: declarata est eius veritas: cum deus non possit esse testis alicuius falsitatis & hoc modo declarata est veritas euāgelica corā principibus & potestatibus ac sapientibus huius mundi. ad laudē & gloriam dñi nostri Iesu Christi cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Prologus in Lucam.

Facies Bouis a sinistris ipsorum quattuor. Sicut dictum fuit in principio euangelii secundum Matthеum. Ezechieli prophete in visione animalis quattuor facies habentis designatum fuit Xp̄i euangelium fore quadrifarie describendum. videlicet a Matthеo in facie humana. a Marco in facie Leonina. a Luca in facie Bouina. & a Iohanne in facie aquilina. & ideo in verbo proposito circa euangelium Luce. iii. designantur. primum est elegantia stili cum dicitur. facies. materia libri cum subditur: Bouis. ordo huius euangelii: cum dicitur. a sinistris. prefixio numeri cum additur. ipsorum quattuor. Circa primum cō/siderandum. q̄ facies est elegantior & nobilior pars corporis: & ideo convenienter per faciem notitia: & elegantia scripture designat̄ que in euangelio Luce specialiter repit̄ ut patet intuenti. propter quod dicit beatus Hieronymus. Sermo autem Luce tam in euangelio q̄ in actibus Apostolorū cūpotior est & seculari redolet eloquētia. ꝓpter quod de hoc potest dici illud quod scribitur Apoc. i. ca. facies eius sicut sol in virtute sua lucet: qa sicut claritate solis refulget tota mūdi machina: Sic ex descriptione euā/gelii secundū Lucam tam elegāter tradita refulget & relucet tota universalis ecclesia. Circa secundum considerandum q̄ licet Lucas euangelista describat totum decursum euangelii incipiens a Christi miraculosa conceptione pertransiens per eius nativitatem: conversationem: mortem: & resurrectionem: terminans euāgelium in eius ascensione: ut sic ab eodem incipet actus Apostolorum: in quo terminaverat Christi euangeliū: tamen eius principalis intentio est circa Christi mortem & passionem describendam: propter qđ ipse Lucas designatur in facie Bouis: qui est animalis īmolatitiū secundum traditionē legis propter qđ suū euangeliū incepit a sacerdotio Zacharie ad qđ officiū spectat immolare. & ideo materia principalis huius libri designatur in facie Bouis. quia sicut dictū est Lucas principaliter scribit Iesū Christū pro nobis īmolatū. ꝓpter qđ

de hoc poteſt exponi qđ ſcribitur Prouer. xiiii. plurime ſũt ſegeteſ ibi manifeſta eſt fortitudo bouiſ. In euangelio. n. Luc. continenť ſegeteſ plurime: uidelicet dñi noſtri Ieſu Chriſti uerba que ſunt animaꝝ pabula. ibi etiam manifeſta eſt fortitudo Bouiſ. uirtuſ enim fortitudiniſ eſt circa terribilia bone mortiſ. fortiſ enim impauiduſ eſt circa bonam mortem: ut dicitur. iii. Etb. morſ autem Chriſti non ſolum fuit bona ſed etiá precioſiſſima. fuit etiam circa maxime terribilia & ideo uirtuſ Chriſti hominiſ maxime apparuit in ipſa. & quia Lucaſ pre ceteriſ deſcribit hanc mortem: & paſſionem: ut dictum eſt: ideo de huiuſ euangelii deſcriptione conuenienter dicitur: ꝙ ibi eſt manifeſta fortitudo Bouiſ. quia ibi maxime relucet fortitudo Chriſti hominiſ pro nobiſ immolati ad modum Bouiſ. Circa tertium conſiderandum ꝙ facieſ Bouiſ erat tertia in ſitu illiuſ animaliſ habituſ. quattuor facieſ. facieſ enim hominiſ erat prima: quia in recto aſpectu prophete ſita: & per conſequẽſ facieſ Leoniſ ſecunda: que erat in dextera: quia parſ dextera prior eſt ſiniſtra & facieſ Bouiſ que deſcribitur in ſiniſtra parte erat tertia prout in principio Matthei fuit plenius declaratum: & ſic inter. iii. euangelia euangelium Luce tenet tertium locum: quod notatur cum dicitur Iudicũ vii. ꝙ Gedeon habebat in dextera tubam: & in ſiniſtra lampadem. Per Gedeon uero Matthеuſ euãgeliſta poteſt intelligi: quia Gedeon interpretatur circuienſ in utero. & Matthеuſ deſcribit Chriſtum natum de utero uirginali per tubam uero in eiuſ dextera exiſtentem intelligitur euangelium Marci quod eſt quaſi quidam rugituſ Leoniſ qui aſſimulatur ſono tube terribiliſ: per lampadem in ſiniſtra exiſtentem intelligitur euangelium Luce quod procedit lucide & clare. & ideo de hac ſiniſtra poteſt itelligi quod deſcribitur Prouerbiorum tertio. In ſiniſtra illiuſ diuitie & glorie. In euangelio enim Luce. ueruntamen diuitie continentur actualiter: & gloria uirtualiter. quia per exercitium uirtutum acquiritur gloria bonorum. Circa quartum conſiderandum ꝙ licet plureſ ſcripſerunt euãgelia: tamem quattuor ſunt approbata: ut dicitur in prologo ſuper Matthеum. ex hoc propter figuram ſacramenti oſtenſi Ezechieli prophete in animali habente quattuor facieſ: & in rota quattuor facieſ habente Ezechе. primo & iſte quaternariuſ figuratuſ eſt in multiſ. quaternariuſ ut declaratum fuit diffuſiuſ in principio euangelii ſecũdum Marcum: & ultimo deſignať manifeſte Apocalipſiſ. iii. in quattuor animalibuſ oculatiſ ante & retro. quia euangeliſte reſpiciũt ad tempuſ preteritum & futurũ de quibuſ animalibuſ ibidem ſubdiť ꝙ requiẽ nõ habebãt die ac nocte dicentia Sanctuſ. ſanctuſ. ſanctuſ. dominuſ deuſ omnipotenſ: cui eſt honor. & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Prologuſ.

Vcaſ Syruſ natione. euangelio ſecundũ Lucam beatuſ Hieronymuſ ꝓlogũ premittit. in quo primo exprimit beati Luce commendationem. ſecundo ſuã excuſationem ibi. ꝙ & legentibuſ. Circa primum premittitur commendatio beati Luce quantum ad euangelium ab eo deſcriptum. ſecundo quantum ad deſcriptionem actuum Apoſtolorum ibi. an Luce nõ immerito etc. prima diuiditur in treſ parteſ: quia primo oſtenditur Luce ſcriptoriſ autoritaſ. ſecundo ſcribendi neceſſitaſ ſiue utilitaſ ibi. qui cũ iam eſſent ſcripta. tertio ſcribendi moduſ ſeu q̃litaſ ibi. Cui ideo poſt baptiſmum. Circa primum declaratur Luce autoritaſ ex patria cum dicitur. Lucaſ Syruſ natione. fuit enim antiqtuſ Syria ualde nobiliſ prouintia: & a ciuitate propria cum dicitur Antiochenſiſ: fuit enim Antiochia ualde nobiliſ ciuitaſ a Seleuco rege Aſye e dificata & nomine patriſ ſui Antiochi denominata. arte medicuſ. ut ex medicina corporali deſignareť futuruſ medicuſ ſpiritualiſ aíaꝝ diſcipuluſ Apoſtoloꝝ.

quia ab ipſis didicit euangelium ſecundum quod ipſe dicit in prologo ſui euangelii ut patebit infra. Paulū ſecutuſ. quia fuit comeſ indiuiduuſ ſue peregrinationiſ. uſq; ad conſummationem eiuſ. per martyrium in urbe Roma. ſeruiens domino. fuit quantum ad exercitium boni. ſine crimine. quantum ad euitationem mali. quia uixit ſine peccato notabili ſaltem poſt conuerſionem ſuam quod declaratur per hoc quod ſubditur. nam neq; uxorem habenſ. ex quo patet eiuſ continentia: ſeptua/ginta quattuor annorum obiit. In prologo ſuper actuſ Apoſtolorum. dicitur octoginta quattuor annoſ etatiſ agenſ etc. & dicunt aliqui q̄ iſtud accidit uicio ſcriptorū a principio. ex quo alii libri ſequenteſ in hoc ſunt deficienteſ. Alii uero dicunt q̄ in prologo ſup actuſ Apoſtolorum computantur omneſ anni etatiſ. hic uero tantum computantur anni conuerſioniſ ſue ad fidem catholicam. Sed hoc non uidetur probabiliter dictum: quia hic dicitur q̄ ante conuerſionem ſuam fuit arte medicuſ puer autem decem annorum tantum non poteſt illam artem ſcire: & multo minuſ exercere: q̄ tamen oportet dicere ſecundum iſtoſ. plenuſ ſpiritu ſancto. ex quo patet eiuſ felix conſummatio. Qui cum iam eſſent ſcripta. hic conſequenter oſtenditur ſue ſcripture utilitaſ: ac etiam neceſſitaſ que fuit duplex. una propter ueroſ euangeliſtaſ qui licet uera ſcripſiſſent: tamen aliqua de Chriſto omiſerant quorum noticia eſt ualde utiliſ immo neceſſaria: ut de conceptione et natiuitate noſtri ſaluatoriſ: & etiam ſui precurſoriſ que per Lucam fuerunt ſuppleta: ut pa/tebit infra: ut ſic quattuor euangeliſte in deſcribendo ueritatem euangelii concor/darent: & tamen ſinguli aliqua propria dicerent. ſecunda neceſſitaſ fuit propter pſeudo euāgeliſtaſ qui ſub nomine diſcipulorum Chriſti: utpote Thome & Matthie ſcripſerunt euangelia inſerenteſ hereſeſ: ut ſub nomine diſcipulo Chriſti faciliuſ ſe/ducerent ſimpliceſ quorum falſitaſ ex deſcriptione euangelii Luce deprehenditur. Sicut & per alia euangelia a Mattheo. Marco: & Iohanne deſcripta. hanc igitur ſententiam ponit hic Hieronymuſ ſatiſ inuolute premittenſ q̄ Lucaſ ſcripſit poſt Matthеum & Marcum. cum dicitur. qui cum iam eſſent ſcripta etc. in Achaie partibuſ. hoc eſt in grecia. ſignificanſ & ipſe in principio id eſt in prologo euāgelii ab eo deſcripti ut patebit infra. conſequenter ponit cauſam ſecundam quam ſcripſit: ſcilicet ad excludendum hereſeſ: cum dicitur. cui extra id eſt preter eam que ordo euangeliſte diſpoſitioniſ expoſcit id eſt preter illam cauſam ſcribendi iſtud euange/lium. que fuit ut ueritaſ euangelii in quattuor euangeliſ ordinaretur propter myſterium in ſcriptura ſacra multipliciter deſignatum. ea maxime neceſſitaſ laboriſ. ſcilicet Luce ſcribentiſ fuit ut elaboraret qualiter manifeſta eſſet humanitaſ Chriſti dei. quia eſt ueruſ homo. & ueruſ deuſ. uenturi in carnem omni prophetatione. quia omneſ Prophete de eiuſ aduentu prophetauerunt. ſecundum quod dicitur Actuum decimo huic omneſ Prophete teſtimonium perhibent. primum greciſ fi/delibuſ ſcilicet eſſet manifeſta dicta Chriſti humanitaſ. ne iudaiciſ fabuliſ attenti in ſolo lege deſyderio tenerentur. credenteſ eſſe ſalutem in legiſ obſeruatione. ne uel hereticiſ fabuliſ uel ſtultiſ ſollicitationibuſ ſeducti. pſeudo euangeliſtaſ uel alioſ hereticoſ. excecciderent a ueritate. quia primi credenteſ de grecia erant in fide teneri: & ideo indigebant per euangelium Luce: quia greca lingua ſcripſit in fide ſolidari. Conſequenter Hieronymuſ ponit cauſam primam ſcribendi hoc euangelium ſcilicet ut ea que omiſſa erant ab aliiſ complerentur: & hoc eſt quod dicitur. de hinc ut in principio euangelii Iohanniſ ſcilicet Baptiſte precurſoriſ

domini. natiuitate presumpta. id est in principio euangelii Luce. iudicaret cui euá/
gelió scriberet: scilicet Theophilo Episcopo: in hoc q euangelium suum incepit a
sacerdotio. & in quo electus scriberet id est in quo animali electus esset ad scriben/
dum euangelium scilicet in figura Bouis: quod est animal immolatitium. cóstansí
in se id est in euangelio ab eo descripto & benedicit in se & nó a se. per hoc insinuás
q scriptura sui euangelii esset deo attribuenda: sicut príncipali scriptori cópleta esse
que ab alio essent inchoata. licet enim Matthеus de natiuitate saluatoris scripserit:
non tamen ita perfecte sicut Lucas. Matthеus etiam & Marcus conceptionem et
natiuitatem precursoris tacuerant: quam Lucas expressit: & in multis alios dicta
eorum compleuit. Cui deo. hic consequenter describitur modus scribendi euan/
gelium Luce seu qualitas. in describendo enim Christi Genealogiam Matthеus
inchoauit ab Abraham usq; ad Christum descendendo. Lucas autem ordine retro/
grado inchoauit a Christo ascendendo non solum usq; ad Abraham: Sed etiam usq;
ad deum: ut patebit infra tertio capitulo cuius ratio fuit: quia sicut Matthеus
ostendebat modum qualiter deus uenit in mundum carnem assumendo a patribus
descendentem: ita Lucas ostenderet quomodo per benedictam Christi incarna/
tionem reducimur in deum per ueram fidem: que etiam fuit in patribus ueteris
testamenti: licet non ita explicita sicut est in fidelibus noui testamenti. hanc autem
sententiam ponit Hieronymus multum intricate. Sed ego accipiam uerba eius
non secundum ordinem scripture sed sententie. cui scilicet Luce potestas promissa
est id est concessa a perfectione generationis in Christo impl ete. id est scribere per/
fecte genealogiam in Christo impletam. quia ibi terminatur descendendo: et re/
petende a principio natiuitatis humane id est retrogrado modo scribere Genealogiá
predictam: in qua incepit ab humanitate Christi. Post baptismum filii dei. quia
post baptismum Christi immediate scripsit genealogiam predictam: ut habetur
infra tertio capitulo. ideo id est propter causam que statim dicetur predicto modo
scripsit Genealogiam. ut requirentibus id est scire desyderantibus. demonstraret
in quo apprehẽdens erat id est ipsum deum in quo terminat genealogiam. in cuius
apprehensione per apertam uisionem consistit beatitudo. introitu admisso genera/
tionis indesperabilis dei. id est ipsius Christi qui secundum deitatem est indispar a
patre: quia sic est ei equalis quoniam Christum ponit in introitu id est in principio
generationis id est genealogie ab eodem scripte. recurrentis in deum. quia ad
ipsum terminatur ut dictum est. per Nathan filium. Sicut enim Matthеus ponit
Salamonem filium Dauid in Genealogia Christi ab eo descripta: ita Lucas ponit
Nathan filium Dauid duplici de causa. Vna est quia Natha dicitur fuisse filius
Dauid adoptiuus: nos autem reducimur in deum per hoc q efficimur filii dei ad/
optiui: & ideo Lucas qui scribit Genealogiam ascendendo in deum descripsit eam
per Nathan filium adoptiuum: alia causa est. quia Nathan interpretatur donú:
& ideo figurabat Christum qui est dei filius naturalis: & per hoc q fuit nobis datus
a patre efficimur filii dei adoptiui: quia per eum tanq̃m per mediatorem reduci/
mur in deum patrem: ideo subditur: ut predicans. scilicet ipse Lucas. hominibus
Christum suum. quia datus est hominibus a patre pro eorum salute. opus perfecti
hominis id est conditionem nature humane in statu innocentie que fuit perfecta
uirtutibus & scientiis. recurrere in se id est redire in dignitatem pristinam a qua
ceciderat. faceret per filium id est per Nathan figuratiue ratione predicta. Sed

per Christum effectiue qui est dei filius secundū naturam diuinam. & filius Dauid secundum carnem: qui per Dauid patrem uenientibus in Christo id est descendentibus usq; ad Christum per generationes. iter prebebat per uiam & modum uenēdi usq; ad Christum. Cui Luce. posita commendatione Luce in scribendo euangeliū: hic consequenter ponitur eius commendatio scribendo actus Apostolorum: cum dicitur. Cui Luce non immerito id est non irrationabiliter. Sed ex magna ratione etiam scribendorum actuum Apostolorum potestas in ministerio datur. quia sicut supra dictum est: fuit discipulus Apostolorum & specialiter Pauli. cuius fuit comes individuus: & sic uidit facta eius de quibus liber Actuum Apostolorum pro maiori parte loquitur. que certius potuit scribere tanq̄m uisa. In principio tamen illius libri fit mentio de Christi ascensione & Matthie electione. & hoc est quod dicit ur ut deo in deum pleno. Christus autem dicitur deus in deo: quia filius semper est in patre quantum ad ipsam deitatem: quantum uero ad humanitatem fuit plene cum deo patre. quando in humanitate gloriosa assumptus est ad dexteram patris de quo fit mentio in principio libri. & filio perditionis extincto id est Iuda proditore de cuius morte ibidem agitur ante electionem Matthie. oratione ab ipsis Apostolis facta sorte domini electionis numerus compleretur. qui in electione Matthie Apostoli premissa oratione dederunt sortes & cecidit sors super Matthiam: & sic completus fuit numerus duodecim Apostolorum a Christo electorum: de quorum numero Iudas ceciderat. Sicq; Paulus consummationem Apostolicis actibus daret: quia in actibus eius ille liber terminatur. quem diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegisset. quia dum persequeretur Christum in membris suis fuit a Christo electus: ut habetur Actuum. ix. Quod & legentibus. post Luce commendationē. hic Hieronymus ponit suam excusationem de hoc q̄ ita breuiter transierat q̄ fecit ad uitandum prolixitatem & curiositatem: & hoc est quod dicit. qd̄ etsi id est q̄uis legentibus ac requirentibus deum utile fuerat a uobis expediri id est per uos enudiari per singula id est particulatim & plenius. Sciens tamen: scilicet ego Hieronymus q̄ operantem agriculam id est doctorem oporteat primum de fructibus suis edere id est de doctrina sua fructum percipere: quod fit quando auditores proficiunt. uitauimus publicam curiositatem ne non uideremur tam id est tantum demonstrare id est plane ostendere deum id est ueritatem de diuinis. q̄m id est quantum fastidientibus prodesse id est scribere ad libitum: & uoluntatem curiosorum qui attendiant̄ in auditu utilium: & magis in subtilibus: & parum utilibus delectantur. uidetur tamen aliquibus salua reuerentia beati Hieronymi: ipsam sententiam que plane & lucide dici posset: uerbis obscuris: & intricatis: obumbrasse: Prologus.

QVoniam equidem etc. hic incipit beatus Lucas scribere: & primo suo euangelio premittit prefationem. secundo subiungit euangelii narrationem ibi. fuit in diebus Herodis. In prefatione sua ponit duplicem causam. quam scripsit euangelium scilicet ad complendum aliqua que a Matthaeo & Marco fuerūt omissa: uel minus plene dicta: & ad excludendum falsa que ab hereticis sub nomine discipulorum Christi scripta fuerant: sicut plenius dictum est in prologo Hieronymi. & hoc est quod dicitur. quoniam quidem id est certe. multi conati sunt ordinare narrationes rerum id est gestorum euangelicorum. quia sicut dictum est: aliqui scripserant uere: Sed tamen aliqua omittendo. Aliqui autem falsa hereses inserendo. que in nobis complete sunt id est in euangelio a nobis scripto: qa cōpleuit

dicta eorum: qui uere scripserant & excluſit dicta eorum qui falſa ſeruerant. Sicut tradiderunt nobiſ qui ab initio ipſi uiderunt. Sicut ipſi Apoſtoli a quibuſ didicit ueritatem euangelii uiſum eſt & mihi aſſecuto. ſcilicet ueritatem euangelii modo predicto. omnia a principio diligenter ex ordine tibi ſcribere. quia incepit euange/lium ſuum a conceptione precurſoris & ſaluatoris. q̄ autem dicit. omnia. non eſt intelligendum q̄ omnia acta Chriſti ſcripſit: quia totuſ munduſ non poſſet capere tantam ſcripturam: ut habeť Iohannis. xxi. Sed accipitur hic. omnia. quia ſcripſit de omnibuſ neceſſariis: quorum noticia erat neceſſaria ad ſalutem. optime Theo/phile. ex hoc uerbo dixerunt aliqui q̄ iſte Theophiluſ fuit uir potens & princeps in Achaia. quia Pauluſ tali modo loquendi utitur ad feſtum: Actuum. xxvi. non inſanio optime feſte. Sed iſtud mortuū nullū uideť: qa taliſ moduſ loquendi ꝓpriuſ eſt ad prelatoſ qui aliоſ debent excellere in bonitate uite. Item non eſt ueriſimile q̄ tantuſ euangeliſta omiſſis Epiſcopis ad quorum officium ſpectat euangelia ſcire & de hoc aliоſ docere ſcriberet principi ſeculari euangelium: & ideo melius uidetur dicendum: q̄ fuerit Epiſcopuſ ut dictum eſt ſupra: & hoc uidetur per hoc quod ſubditur. quibuſ eruditus eſ etc. dicit igitur. optime Theophile. non q̄ pro ipſo ſolo ſcriberet: Sed quia ſcripturam et dirigebat pro ipſius & omnium fidelium ſalute. ut cognoſcaſ ſcilicet pleniuſ. ueritatem eorum uerborum. ad fidem catholicam per/tinentium. de quibuſ eruditus eſ. ꝛ̄ tamen ita perfecte ſicut poſt lectionem huiuſ ſcripture.

.I.

FVit in diebuſ. Hic incipit Lucaſ narrationem euangelii. & diuiditur in quattuor parteſ. quia primo deſcribitur ſaluatoris ingreſſuſ in mundum per ſuam incarnationem. ſecundo eiuſ progreſſuſ per ſuam predicationem. iii. capitulo. tertio eiuſ egreſſuſ de mūdo per ſuam paſſionem. xxiii. capitulo. quarto regreſſuſ ad patrem per ſuam reſurrectionem: & aſcenſionem. xxiiii. Prima in duaſ. quia primo deſcribitur precurſoris & ſaluatoris conceptuſ. ſecundo utriuſq; ortuſ circa medium huiuſ capituli ibi. exurgens autem Maria. Prima adhuc in duaſ: quia primo deſcribitur conceptuſ precurſoris. ſecundo ipſius ſaluatoris ibi. In menſe aūt ſexto. Circa primum oſtenditur precurſoris conceptuſ mirabiliſ ex tribuſ. primo ex parentum conditione. ſecundo ex angelica nunciatione ibi. factum eſt autem cum ſacerdotio. tertio ex patris incredulo punitione ibi. & dixit Zacharias. Circa primum in deſcribendo conditionem parentum beati Iohannis premittitur tempuſ regis ſub quo fuerunt: cum dicitur. fuit in diebuſ Herodis regis Iudee etc. quia Iacob Patriarcha ſpiritu prophetico dixit Gene. xlix. ſignum aduentuſ Chriſti quando regnum Iudee eſſet tranſlatum ad alienigenam ſecundum quod dicitur ibidem. non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eiuſ donec ueniat qui mittendus eſt etc. Iſte autem Herodeſ fuit alienigena: qa pater eiuſ fuit Idumeus. Sacerdoſ quidam nomine Zacharias: per expreſſionem nominis intelligitur q̄ iſte fuit famoſus in uita: & doctrina. de uice Abia. ſecundum quod habetur primo Paralypominon. xxiiii. Dauid uolens ampliare cultum dei ordinauit de .xxiiii. generationibuſ. xxiiii. ſacerdoteſ qui ſucceſſiue ſeruirent per ebdomadaſ in templo domini: & octaua ſorſ cecidit ſuper Abiam: ut ibi dicitur de quo deſcendit iſte Za/charias. & uxor illius de filiabuſ Aaron. hic exprimitur quia propter dignitatem ſacerdotalem filie de Tribu Aaron diligentius & honeſtius ſeruabantur. Et nomen eiuſ Elizabeth. quia nomen eiuſ exprimitur propter bonam famam & uitam: ſicut

dictum est de Zacharia. Vnde subditur. erant autem iusti ambo ante deum. hoc dicitur ad excludendum hypocrisis fictionem. incedentes in omnibus mandatis. quantum ad obseruantiam moralium preceptorum. & iustificationibus domini q̃tũ ad obseruantiam cerimonialium. sine querela: quantum ad obseruantiam iudicia/lium: quia pacifice ad proximos se habebant. & non erat eis filius. cuius duplex causa subditur. una specialis mulieri scilicet sterilitas. alia communis uiro & mulieri scilicet senectus. & hoc est quod dicitur. eo q̃ esset Elizabeth sterilis. & ambo pro/cessissent in diebus suis. ita q̃ transierat tempus generandi in patre: & concipiendi in matre: secundum cursum communem nature. ex quo apparet conceptio precur/soris miraculosa: quia non fuit per naturam tãtum: Sed per naturam gratia diuina adiutam. Factum est autem. hic describitur conceptio precursoris mirabilis ex denunciatione angelica. & primo describitur conditio loci. secundo denunciatio angeli ibi. apparuit autem. circa primum dicitur. Factum est autem cum sacer/dotio fungeretur etc: patri enim existenti in loco sancto: scilicet in templo: & in diuino officio occupato facta est denunciatio de prole habenda ad denotandum sanctitatẽ futuram prolis. sorte exiit. quia distributiones ebdomadarum in quibus successiue debebant uiginti quattuor sacerdotes ministrare ut predictum est fuerũt distribute per sortes ut habetur primo Paralypominon uicesimoquarto. ut incensũ poneret etc. ex hoc loco dixerunt aliqui q̃ Zacharias fuit pontifex uel summus sacerdos: quia incensum ponere semel in anno intra sanctum sanctorum scilicet in festo expiationis soli summo sacerdoti erat licitum. & hoc uidetur dicere Ambro/sius & Beda super locum istum. & tempus conceptionis precursoris uidetur concor/dare: quia festum expiationis celebrabatur decima die septembris: & post illud fuit conceptio beati Iohannis: circa finem eiusdem mensis. reuerso. Zacharia ad domũ suam post completionem sui officii: & sic ab illo tempore usq; ad natiuitatem beati Iohannis fluxerunt nouem menses: qui continent periodum a conceptu pueri usq; ad natiuitatem. Sed qualiter iste Zacharias fuerit summus sacerdos non legitur. ideo ad declarationem huius dixerunt aliqui q̃ uiginti quattuor sacerdotes predicti erant equales in ordine: & in dignitate: non tamen simul. Sed successiue. quia ille in cuius ebdomada festum expiationis cadebat erat summus sacerdos toto illo anno. et ad hoc confirmandum inducunt illud quod dicitur Iohannis undecimo q̃ Caiphas erat pontifex anni illius. Dicunt igitur q̃ Zacharias fuit summus sacerdos illo anno eo quod predictum festũ cecidit in ebdomada ipsius. Sed quia nulla scriptura autentica nec Iosephus nec alii historiographi describentes sacerdotium Iudeorum, aliquam mentionem faciunt de summo sacerdotio Zacharie: ideo saluo meliori iudicio. uidetur melius dicendum eum fuisse simplicem sacerdotem. nec ex his que inducta sunt ostenditur fuisse summus sacerdos: sed magis oppositum ut uidetur. Tamen quia hic dicitur q̃ ingressus fuit templum ad ponendum incensum tantum. hoc autem licitum erat minoribus sacerdotibus: secundum quod dicitur Hebreorum nono. In primo quidem tabernaculo quottidie intrabant sacerdotes sacrificiorum ministeria consummantes: quia parato sacrificio in altari holocaustorum: quod erat in atrio ubi ministrabãt minores sacerdotes. sacerdos uero qui ibi ministrauerat lotis prius manibus & pedibus accipiebat prunas de altari holocaustorum: & in/trans primam partem templi que uocabatur: sanctum: uel sancta. concremabat in illa super altare incensi Thimiama: & tunc erat sacrificium consummatum. In

illam uero partem templi que dicebatur ſanctum ſanctorum: ſoluſ ſummuſ ſacerdoſ intrabat cum ſanguine Hirci & Viculi immolati pro peccato populi. ut ex illo aſpergeret contra propiciatorium. Quod autem Zacharias intrauerit cum ſanguine tali non dicitur hic: Sed ſolum ad ponendum incenſum. Si enim intraſſet templum ad inferendum ſanguinem intra ſanctum ſanctorum: non eſt ueriſimile q̄ euangeliſta tacuiſſet: cum hoc ſit maximum inter omnia que ad officium ſummi ſacerdotiſ pertinebant: ut habetur Hebreorum nono & Leuitice decimoſexto. & ideo non uidetur q̄ intrauerit ſanctum ſanctorum. quod erat de officio ſummi ſacerdotiſ: Sed ſolam primam partem templi ad quam ſimpliceſ ſacerdoteſ poterant ingredi: ut dictum eſt. Item angeluſ apparuit ei ipſi occupato in ſollemniori parte ſui officii propter ſolemnitatem nuncii q̄ nunciare uenerat. hic autem dicitur. q̄ apparuit ei ſtans a dextriſ altariſ incenſi. illud autem altare non erat intra ſanctum ſanctorum. ſecūdum quod dicit Hieronymuſ & omneſ doctoreſ Hebrei & catholici Excepto Auguſtino: cuiuſ dictum non uidetur in hoc tenendum. tum quia contrariatur dictiſ omnium aliorum quorum aliqui fuerunt ualde experti in ſcriptura ueteriſ teſtamenti: tum quia textuſ ſacre ſcripture uidetur contrarium dicere. Exodi ultimo. & triceſimo ut ibidem plenius declarauit. Quod autem dicitur ſolo ſummo ſacerdoti licitum eſſe ponere incenſum intra ſanctum ſanctorum in die expiationiſ: dicendum q̄ uerum eſt. Sed illud incenſum non ponebatur ad offerendū ſed ut nebula inde conſurgens operiret oraculum: quando pontifex aſpergebat ſanguinem Viculi & Hirci contra oraculum ut habetur Leuitice decimoſexto non autem habetur ex hoc loco q̄ Zacharias poſuerit incenſum iſto mōdo ut patet ex p̄dictiſ: Sed ſolū q̄ poſuerit incenſum offerens ipſum ſuper altare incenſi ad conſūmationem ſacrificii. Quod autem dicitur q̄ expiationeſ dieſ cecidit in ebdomada ſua hoc non probatur: ut patet ex dictiſ. & dato q̄ uerum fuerit: non tamen ex hoc concluditur q̄ intrauerit ſanctum ſanctorum ad ponendum incenſum. quia preter illum ingreſſum qui pertinebat ad ſummum pontificem tantum quottidie intrabant ſacerdoteſ minoreſ ad offerendum incenſum in altari incenſi ut predictum eſt. & hoc modo ingreſſuſ eſt Zacharias in ebdomada ſui miniſterii. Quod autem ulteriuſ dicitur q̄ de uiginti quattuor ſacerdotibuſ ille erat ſummuſ ſacerdoſ uel pontifex per annum: in cuiuſ Ebdomada cadebat expiationiſ feſtum: uidetur eſſe fictitium: tum quia hoc in nulla ſcriptura autētica habetur: tum quia habetur in libriſ Regum & Paralypominon. preter ordinationem uiginti quattuor ſacerdotum. unuſ erat ſummuſ ſacerdoſ ſuper omneſ non ſolum uno anno: Sed per totam uitam ſuam. & ita communiter factum eſt uſq; ad tempuſ Machabeorum. in quo greci dominium ſuper iudeoſ optinuerunt. & tunc ex cupiditate grecorum: & ambitione iudeorum aliqui ſunt amoti de ſacerdotio ante mortem: & alii inſtituti: ſicut patet ſecundo Machabeorum quarto capitulo de Iaſone & Menelao & Liſimacho. & quatuordecī de Alchimo & eodem modo poſtq̄ factū eſt quādo Romani ceperunt iudeiſ dominari: quia tunc erat uenale ſacerdotium. unde dicit Ioſephuſ q̄ Caiphas emit ſacerdotium uniuſ anni. potuit etiam eſſe q̄ Iudei inter ſe ordinauerunt propter iſtaſ contentioneſ & ambitioneſ q̄ ſacerdotium uniuſ: tantum duraret per annum. Ad dictum uero Ambroſii & Bede dicendum: q̄ non loquuntur aſſertiue. & omnis multitudo populi erat oranſ foriſ hora incenſi. quia non erat licitum populo ingredi templum: Sed tantum atrium. Apparuit. hic

conſequenter deſcribitur angeli denunciatio & premittitur Zacharie ſtupefactio cum dicitur. & Zacharias turbatus eſt etc. ſcilicet ex uiſione angeli inſolita id eſt ex fragilitate humana iuxta angelicam poteſtatem. ſicut de Daniele legitur. Danielis. x. propter quod angelus conſolatus fuit eum dicens. ne timeas Zacharia quaſi diceret uenit ad conſolationem tuam. ideo ſubditur. quoniam exaudita eſt deprecatio tua. frequenter enim deum deprecatus fuerat de aduentu Meſſie & de habenda prole. & ideo angelus uterq; ſibi denunciat dicens. Et Elizabeth uxor tua pariet tibi filium. & dicit tibi. hoc eſt ex te: tamen cum uirtute nec fuit ibi uirtus gratie: ut predictum eſt. angelus autem loquens Ioſeph de partu Marie non dixit pariet tibi filium. Sed pariet abſolute. quia Ioſeph nihil cooperatus eſt ibi. et uocabis nomen eius Iohannem. prenominatur ab angelo: propter ſanctitatem eius futuram: & officii proprietatem. Iohannes enim interpretatur in quo gratia. quia Iohannes Chriſtum manifeſtauit per quem gratia & ueritas facta eſt: ut habetur Iohannis primo. & erit tibi gaudium. in mente interius. & exultatio exterius. dicitur enim exultatio quaſi extra ſaltatio: & hoc eſt proprium quando gaudium eſt tantum interius: quod non poteſt bene contineri quin appareat exterius. & multi in natiuitate eius gaudebunt. ſecundum quod dicitur infra q; in ortu eius congratulabantur uicini: & nunc etiam uidemus impletum: quia dies ſue natiuitatis non ſolum feſtinatur a Chriſtianis ſed etiam a Sarracenis & ab aliquibus aliis. erit enim magnus coram domino. Vnde dicit Saluator Matthei undecimo capitulo. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta & uinum & Siceram etc. id eſt quemcunq; potum inebriatiuū. non bibet. erit enim Nazareus. i. conſecratus domino per totam uitam ſuam. & ideo ab omni inebriatiuo abſtinuit. Sicut Nazarei in ueteri teſtamento tempore ſeparationis ſue. ut habetur Numeri ſexto capitulo. & ſpiritu ſancto replebitur. ad purgationem originalis peccati & ad operationem boni meritorii. & multos filios Iſrael conuertet ad dominum id eſt ad Chriſtum per ſuam predicationem. & ipſe precedet ante illum in ſpiritu & uirtute Helie. primo propter ſimilitudinem uite: quia uterq; uixit in auſteritate uictus et ueſtitus. ſecundo propter ſimilitudinem in ueritate doctrine: quia uterq; conſtanter uicia redarguit etiam perſonarum magnarum. tertio propter ſimilitudinem officii quia ſicut Helias precedet aduentum Chriſti ſecundum: Ita Iohannes primum preceſſit. ut conuertat corda patrum in filios. ſcilicet patrum ueteris teſtamenti ad diſcipulos Chriſti: quia plures de ſacerdotibus & ſenioribus Iudeorum qui dicebantur patres populi conuerſi fuerunt per Apoſtolos ad fidem Chriſti. & incredulos ſcilicet illos qui priuſ fuerunt increduli. ad prudentiam iuſtoꝝ que prudentia non conſiſtit in operibus legis ex quibus non iuſtificatur homo: ut habetur Roma. tertio. Sed in operibus fidei caritate formate: & deuotionis: parare domino plebem perfectam. per euangelii ſuſceptionem. quia neminem ad perfectum adduxerat lex: ut habetur Hebreorum ſeptimo. & ꝓpter illa lex dicitur timoris: quia imperfectorum eſt timore pene retrahi a malis. lex autem euangelica dicitur lex amoris: quia perfectorum eſt a malis retrahi amore boni. Et dixit Zacharias. hic oſtenditur conceptio precurſoris mirabilis ex punitione incredulitatis in patre & primo ponitur dicta punitio. ſecundo ſequens conſolatio ibi. Et factum eſt. Circa primum ſciendum q; Zacharias uerbis angeli non credidit: quod oſtendunt uerba eius cum dicitur. unde hoc ſciam. & cauſa incredulitatis ſubditur. ego ſum ſenex & uxor mea

processit in diebus suis. quasi diceret tempus generandi in me trāsiit & in ea tempus concipiēdi. & respondens angelus. arguendo eius incredulitatem. Ego sū Gabriel. angelus sanctus. zelans pro salute Israel. ut habetur Danielis nono. qui asto ante deum. licet enim angeli mittātur in ministerium pro salute hominum: ut habetur sexagesimoprimo tamen non recedunt a contemplatione diuina & sic dicuntur astare per iugem contemplationem: & missus sum loqui ad te: & hoc tibi annūciare. ex parte dei. cuius ueritas non potest impediri: & eris tacens propter incredulitatem tuam: tamen angelus dedit sibi signum respectu futuri implendi: & penam ratione incredulitatis preterite. tot enim signa ueritatis concurrebant q̄ Zacharias non potuit bono modo discredere absq; peccato: quia angelus apparuit ei in sacro loco & existenti in ministerio diuino: nunciabat etiam ea que pertinebant ad communē hominum salutem & ad dei gloriam: ex quibus debebat Zacharie constare q̄ erat bonus angelus: & per consequens quod erat uerum dictum eius cum mentiri non possit: & in hoc peccauit Zacharias. quia credens ipsum bonum angelum ex predictis circunstantiis quibus concurrentibus non permittit angelo Sathane ut transfiguret se in angelum lucis: & tamen non credidit uerbo eius: & in hoc peccauit: propter quod punitus fuit. & erat plebs expectans. quia non erat ei licitum intrare templum. Sed atrium tantum. & mirabant q̄ tardaret: quia oblocutio incensi non requirebat tantum tempus. & cognouerunt q̄ uisionem uidisset. tamen nesciebant qualem: ex hoc enim q̄ uidebant faciem eius mirabiliter mutatam ex collocutione cum angelo & ipsum loqui non potentem coniecturabant ipsum habuisse uisionem & ipse erat innuens illis. s. signis uisibilibus: quia audibilibus nō poterat. Et factum. hic consequenter ponitur Zacharie consolatio non quantum ad loquele restitutionem: Sed quantum ad fili sibi promissi conceptionem: cum dicitur. Et factum est ut impleti sunt dies officii eius abiit in domum suam. quia tota ebdomada qua in templo ministrabat sacerdos ad hoc deputatus: in templo manebat: & non exibat ad propria negocia intentus ad diuina: & ex hoc inoleuit consuetudo apud aliquos religiosos sancta & honesta scilicet q̄ ille qui est Ebdomadarius per totam Ebdomadam manet intra claustrum. non extens ad exteriora negocia. intētus ad diuina: quia illo tempore medius est & sequester inter conuentum & deum. concepit Elizabeth uxor eius: & occultabat se mensibus quinq;. duplici de causa. una quia licet concepta gauderet. tamen uerecundabatur aliquantulum eo q̄ iam transierat tēpus uacandi amplexibus cā prolis generande. Sicut Sarra dixit. Geneseos decimooctauo capitulo. postq̄ consenui & dominus meus ueterus est uoluptati operam dabo quasi diceret non decet. Alia causa est quia magis uoluit certificari de euentu rei anteq̄m propalaretur. In mense autem sexto. Descripto conceptu precursoris: hic consequenter describitur conceptus saluatoris. circa quod primo ponitur angelica salutatio. secundo Marie consolatio ibi. que cum audisset. tertio filii conceptio ibi. dixit autem Maria. Circa primum premittitur tempus saluationis cum dicitur. In mense autem sexto: scilicet a concepto precursoris: quia fuit conceptus in septembri circa finem mensis: saluator autem circa finem martii. Missus est angelus Gabriel etc. q̄ autem ponuntur hic tot nomina propria scilicet angeli missi: uirginis: ad quam mittebatur sponsi sui & loci: hoc fuit ad ostendendum certitudinem historie. cui nomen Nazareth. hic fuit ut adimpleretur ꝓphetia. Esa. undecimo egredietur uirga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet. ubi secundum ueritatem hebraicā

habetur. & Nazarenus de radice eius ascendet. Ad uirginem desponsatam. & hic diuina ordinatione multiplici ratione factum est: ut desponsaretur anteq̃ impregnaretur. & accipiuntur alique cause ex parte pueri: alique ex parte matris: et alique ex parte nostra. Ex parte autem pueri fuit conueniens ipsum de uirgine desponsata nasci ne ab infidelibus tanq̃m illegittime natus abiceretur. Vnde dicit Ambrosius super Lucam. quid Herodi: quid Iudeis posset ascribi si natum ex adulterio uiderentur persequi. secundo ut modo consueto scripturarum Genealogia Christi describeretur per uirum. tertio ut partus uirginis diabolo celaretur. quarto ut puer natus a Ioseph nutriretur. unde & pater eius dictus est: quia nutricius eius fuit. Ex parte uero matris accipiuntur alique cause: primo quia per desponsationem fuit immunis a pena lapidationis ne tanq̃ adultera calumniaretur a Iudeis. secundo ut per hoc ab infamia liberaret: Vnde dicit Ambrosius super Lucam. q̃ despõsata est ne temerate uirginitatis abuteret infamia cui grauis alius corruptele uideretur insigne preferre. tertio ut uirgini a Ioseph exhiberetur ministerium: ut dicit Hieronymus. Item ex parte nostra accipiuntur cause. primo quia ex testimonio Ioseph comprobatum est certius Christum ex uirgine natum. unde dicit Ambrosius scilicet super Lucam. locupletior testis pudoris. maritus adhibetur: quia posset delere iniuriam & mundificare obprobrium si non agnosceret sacramentũ. secundo quia per hec uerba uirginis uirginitatem suam asserentis magis credibilia redduntur: unde dicit Ambrosius super Lucam fides Marie uerbis magis ascribet & mendacii causa remouetur: culpam enim obumbrare uoluisse mendacio uideretur innupta pregnans. causam autem mentiendi desponsata non habuit: cum coniugii premium: & gratia nuptiarum partus fit feminarum. que quidem duo pertinent ad nostre fidei firmitatem. tertio ut tolleretur excusatio uirginibus que propter incautelam suam incurrunt infamiam. unde Ambrosius super Lucam. non decuit uirginibus oppositione uiuentibus uelamen excusationis relinqui: quia infamata quoq; mater domini uideretur. quarto quia per hoc signatur ecclesia que cum sit uirgo despõsata tamen est uni uiro ut dicit Augustinus libro de sancta uirginitate. quinto qa eo q̃ mater dñi fuit desponsata & uirgo in persona ipsius: simul uirginitas & in matrimonium honorantur contra hereticos: alteri istoq̃ detrahentes. de domo Dauid. hic exprimitur ad ostendendum q̃ Christus descendit de semine Dauid sicut fuerat per prophetas predictum: licet enim Ioseph non fuerit pater Saluatoris: tamen uirgo Maria de qua Christus carnem assumpsit fuit de eadem Tribu cum Ioseph: quod probatur per hoc q̃ mulieres in hereditate paterna succedentes non poterant contrahere matrimonium nisi cum uiris sue prolis ne fieret confusio sortium ut habetuur ex domini sententia. Numeri triceſimosexto. Beata uirgo Maria fuit unita Ioachim patri suo succedens ei in hereditate. ex quo sequitur. q̃ ipsa & Ioseph cui desponsata fuit: erant de eadem Tribu scilicet ipsius Dauid. Et ingressus angelus ad eam. Bernardus super missus est. dicit quo ingressus in secreto cubiculo ubi clauso super se ostio orabat patrem in abscondito: Si enim conceptio precursoris fuit denũciata patri occupato in sacro officio: ut predictum est. multo probabilius est ut conceptio saluatoris denũciata fuit uirgini in deuotione & oratõe actualiter existenti. Aue gratia plena. q̃ exponit Hieronymus in sermone de assumptione. & bene plena: quia ceteris per partes prestatur gratia. Marie uero totam simul infudit plenitudo gratie. Item ista gratia nõ solũ repleuit eius mentẽ:

Sed etiam uentrem in quantū singulari gratia dei factū est: ut cōcipet saluatorē. dominus tecum. non tantum per essentiam: potentiam: & presentiam: qualiter est in omnibus rebus: nec solum per gratiam: eo modo quo est in sanctis hominibus: Sed etiam per carnis assumptionem. quia corpus deitati unitum fuit formatum de beate uirginis purissimis sanguinibus: & intra uiscera uirginis latuit nouē mensibus. benedicta tu in mulieribus id est pre omnibus mulieribus id est mulieres benedicentē in te: Sicut & uiri in filio. Que cum audisset. hic consequenter ponitur uirginis consolatio de duobus. primo de conceptione filii. secundo de modo concipiendi ibi. dixit autem Maria ad angelum. Circa primum sciendum. q̄ beata uirgo solita erat uidere angelos & ideo de apparitione angeli non fuit mirata: uel turbata: sed de salutatione insolita: quia nihil mirabilius est uere humili: q̄ sua exaltatio: & ideo cum beata uirgo esset humilima: audiens salutationem tante excellentie. turbata fuit. non turbatione incredulitatis. sicut Zacharias sicut supra dictum est: Sed turbatione admirationis. ideo bene dicitur. turbata est in sermone eius scilicet angeli non autem in uisione. & cogitabat qualis esset ista salutatio. quando enim turbata fuit uirginalem uerecundiam humilem ostendit. q̄ autem cogitauit de salutatione. declarat prudentiam marie. & ideo angelus eam consolatur dicens. ne timeas Maria. de salutatione insolita. cuius causa subditur. inuenisti enim gratiam apud deum. non solum pro te: sed pro toto genere humano: ideo subditur. ecce concipies in utero. quia hec conceptio non est facta per appertionem claustri uirginalis: Sed per uirtutem spiritus sancti intra uterum uirginis corpus filii formantis. & paries filium. uirgo permanens in partu. & uocabis nomen eius Iesum. non dicit imponens quia hoc nomen fuit impositum a deo patre: secnndum q̄ fuerat predictum per Esaiam Prophetam sexagesimosecundo. uocabitur tibi nomen nouum quod os dñi nominauit. Sed istud nomen fuit diuulgatum per angelum ipsi Marie & Ioseph & per eos etiam alios: nomen impositum est secundū proprietatem futuram humani generis futura erat per Christum: & hoc est quod dixit angelus ipsi Ioseph Mat. primo uocabis nomen eius Iesum. ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Iesus enim salus interpretatur. hic erit magnus. semper enim fuit magnus deus. sed futurus erat magnus homo etiam magnus propheta. secundum quod dicitē Luce septimo capitulo. propheta magnus surrexit in populo. & filius altissimi uocabitur id est ipsius dei qui solus est altissimus. homo enim altus est inter creaturas corporales sed angelus altior: deus autem solus altissimus. Ista etiam filiatio dei accipitur hic per naturam. In omnibus aūt alius quantūq; sanctis est tantum filiatio dei per adoptionem. & dabit illi dominus deus sedem Dauid. contrarium uidetur per hoc q̄ habetur Ieremie duodecimo de Iechonia rege Iuda. scribe istum uirum sterilem nec erit de semine eius qui sedeat super thronum Dauid. beata aūt uirgo de qua natus est Iesus. descendit de Iechonia ut patet Matthei primo quia ponitur in Christo Genealogia. dicendum q̄ Ieremias loquitur de regno temporali ipsius Dauid in quo nullus post q̄ regnauit de semine Iechonie. quia Iohannes Hircanus & aliqui alii qui resumpserunt regium nomen in Iudea ante Herodem Astolonitā non fuerunt de tribu regia: sed de tribu sacerdotali. Christus etiam qui descendit secundum carnem de Iechonia. per uirginem Mariam non sedit super thronum Dauid loquendo de temporali regno imo istud negauit coram Pilato dicens. regnū meum non est de hoc mundo Iohannis decimooctauo tamen in resurrectione sua

accepit poteſtatem etiam in quantum homo ſuper omnem creaturam: ſecundum qđ ipſe dicit Mat. xxviii. data eſt mihi omnis poteſtas in celo & in terra. in quantum enim deus non accepit aliquam poteſtatem de nouo ſiue in tempore. angelus autem loquitur de regno ſpirituali & celeſti quod figuratum fuit per regnũ Dauid tempo/rale: ſicut & celeſtis Hieruſalem per temporalem: unde & ſubditur. & regnabit in domo Iacob in eternum id eſt ſuper electos. de domo enim Abraham & Iſaac aliqui fuerũt reprobati ſicut Iſmael & Eſau: Sed in domo Iacob omnes eius filii a ſanctis doctoribus inter electos ſunt computati. quia & ſi aliqui peccauerunt penitentiam egerunt: & regni eius non erit finis. Chriſtus .n. non ſolũ in q̃tũ deus ſed etiã i q̃tũ hõ regnabit in eternum non ſolum ſuper homines: ſed etiã ſuper angelos. Dixit autem Maria. hic conſequenter ponitur conſolatio Marie quãtum ad modum concipiẽdi. licet enim crederet firmiter uerbum angeli implendum de conceptione filii promiſſi quia tamen angelus ad plenum non expreſſerat modum concipiendi: ideo de hoc queſiuit beata uirgo dicens: quomodo fiet iſtud: tanq̃ enim certa de facto querit de modo fiendi. cuius cauſa ſubditur. quoniam uirum non cognoſco. i. nõ cognoſcere propono: ſecundum enim q̃ dicũt doctores catholici beata uirgo anteq̃ deſpõſaret Ioſeph habuit obſeruantiam caſtitatis uirginalis in deſyderio non tamen uouit expreſſe: Sed cum poſtea deo ordinante eſſet ei deſponſata qui erat in ſimili p̃poſito ſimul emiſerũt uotum. Et reſpondens angelus ad declarandum modum concipiendi dixit ei. ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te id eſt non concipiens humano modo ſed diuino: quia non uirtute ſeminis uirilis: Sed uirtute ſpiritus ſancti. & benedixit. ſuperueniet in te. quia prius uenerat ſpiritus ſanctus ſuper uirginem adhuc in utero matris exiſtentem eam ab originali peccato purgando: ut communius dicitur. uel ſecundum alios a peccato originali preſeruando: Sed in conceptione filii dei ſuperuenit ſpiritus ſanctus id eſt iterum uenit ad conferendum maiorem gratie plenitudinem. que non ſolum ſanctificauit mentem ſed etiam uentrem. & uirtus altiſſimi id eſt dei filius qui eſt dei patris ſapientia: & uirtus: ut dicitur prima Corinthi. primo capitulo. obumbrabit tibi. quia in beata uirgine ſub umbra carnis latuit uirtus deitatis. Ideoq; & qđ naſcetur ex te ſanctũ. dicit ſanctũ abſolute abſq; determinatõe: quia ſi dixiſſet ſanctus deus uel ſanctus homo uel ad conſimile non expreſſiſſet ſanctitatem eius complete: quia in eo eſt ſanctitas diuina & humana & quicquid ſanctitatis poteſt cogitari in quacunq; creatura eminentius eſt in Chriſto. ideo dicit ſanctum. abſq; determinatione. ſicut etiam dominus dixit Moiſi. Exo. iii. Ego ſum qui ſum: Sic dices filius Iſrael qui eſt miſit me ad uos. ut per hoc oſtenderetur q̃ plenitudo eſſendi immo infinitas eſt propria ipſius. uocabitur filius dei id eſt non adoptiuus ſicut alii. ſed naturalis. & ad maiorem aſſertionem declarat angelus dictum ſuũ per exemplum: cum ſubditur. & ecce Elizabeth cognata tua concepit filium in ſenectute ſua. ut qui ſupra naturam conceptum dederat ſterili daturum crederet et uirgini. & hic menſis eſt ſextus illi. ſ. menſi in quo ipſa cõcepit. que uocatur ſterilis. eius enim ſterilitas a tanto tempore erat nota q̃ ſic uocabatur. Veruntamen quia iſtud exemplum non eſt uſq; q̃ perfectum: quia maius eſt uirginem concipere q̃m ſterilem. ideo angelus inducit rationis efficatiam ex dei omnipotentia: cum dicitur. quia non erat impoſſibile apud deum omne uerbum id eſt factum. quia dicere dei eſt facere ſecundum illud pſal. c. xlvi. dixit & facta ſunt. quicqd enĩ contradictoriũ non implicat totum eſt deo poſſibile: cuiuſmodi eſt uirginem concipere. Dixit aũt

Maria. hic consequenter ponit filii dei conceptio quia Maria certificata de facto & de modo fiendi: assensit fide & deuotione dicens humiliter. ecce ancilla domini. super quod uerbū. dicit Bernardus. que est tam sublimis humilitas que cedere nescit honoribus. Insolescere gloria nescit. mater dei eligitur & ancillā se nominat. Fiat mihi secundum uerbum tuum. quod statim factum est. quia uirtute dei concepit filium. & discessit ab ea angelus. pacto nuncio & filio dei concepto. In diebus illis. Post q̄ descriptus est precursoris & saluatoris conceptui. hic consequenter describit utriusq; ortus: & primo precursoris. secundo saluatoris. Circa ortum precursoris premittuntur aliqua precedentia. secundo aliqua ortum concomitantia ibi. Māsit autem. tertio quedam ortum consequentia ibi. Et factum est in die octauo. circa primum tria ponuntur. primum est exultatio nascituri infantis: secundum ē inspiratio matris ibi. Et repleta est. tertio decantatio uirginis ibi. & ait Maria. mirabilis autem exultatio pueri nascituri. fuit propter presentiam domini sui in utero uirginali: & ideo premittitur aduentus Marie: cum deo. Exurgens autem Maria. a quiete orationis & deuotōis: que erat prima omnibus operibus suis. abiit in mōtana. quia locus ubi manebat Zacharias erat altior Galylea a qua recessit Maria. cum festinatione: ut ostenderet q̄ uirgo non debet morari in loco publico: nec ibi contrahere colloquia. & salutauit Elizabeth. tū quia erat humilima. tum quia iunior ideo prius eam salutauit: & quia ad eius obsequiū uenerat. & factum est ut audiuit salutationem Marie Elizabeth. exultauit infans in utero eius congaudens ad presentiā domini. hoc autem duobus modis potuit fieri: scilicet q̄ dicit Augustinus. uno modo sic q̄ Iohannes non dum natus cognosceret per spiritum sanctum dominum presentem in utero uirginis: & secūdum hoc oportet dicere q̄ in eo fuit acceleratus usus rationis. Alio modo sic: q̄ Iohannes non cognosceret presentiam saluatoris: sed mater eius que habebat usum rationis. Illa tamen motio pueri & exultatio facta est a deo ad declarationem sanctitatis uirginis & prolis in ea existentis: sicut de beato Francisco legitur q̄ aues ratione carentes predicationem eius attente audiebant ac si uerba eius intellegerent. quod factum est a deo ad probationem predicationis uiri sequitur: neutrum tum modū determinate asserit Augustinus. Sed dicit q̄ siue hoc modo siue illo facta fuerit dicta exultatio: attribuenda tamen est diuino miraculo: & hoc satis patet: quia hoc non potuit fieri per naturam. Aliqui autem alii expositores dicūt determinate: q̄ facta fuit dicta exultatio primo modo: unde dicit grecus expositor propheta pente acutius uidet: & audit: salutatq; propheratum. & subditur ibidem insinuauit gratia que nec ignota extiterant reclusus uentre miles agnouit dominum ac regem oriturum uentris regimine non obstante mistice uisioni. inspexit enim non palpebris sed spiritu. Et repleta est. hic consequenter describitur inspiratio matris que ostenditur cū subditur. & exclamauit uoce magna ista magnitudo magis est intelligenda ratione deuotionis interioris: q̄ soni exterioris benedicta tu inter mulieres id est super omnes mulieres. cuius ratio subditur. et benedictus fructus uentris tui. per hoc enim q̄ conceperat dei filium contraxerat qdāmodo infinitatem bonitatis in quantum mater est filii bonitatis infinite. Angelus autem salutans uirginem supra non dixit benedictus fructus uentris tui. quia uirgo non dum conceperat filium dei: Sed postea cum assensit tunc concepit ut supra dictū est. & unde hoc mihi. Ista ens nō poterat scire Elizabeth nisi per reuelationē spiritus sancti. exultauit in gaudio infans. Ipsa enim Elizabeth per spiritū sanctū

cognouit q̄ illa exultatio fuit propter preſentiã domini in utero uirginali. & beata que credidiſti. quia per aſſenſum fidei concepit. perficientur ea que dicta ſunt tibi a domino. per angelum nunciantem & etiam per ſpiritum ſanctum mentẽ uirginiſ illuſtrantem & eam immediate docentem. Et ait Maria. hic conſequenter deſcribit̃ decantatio uirginiſ & premittitur titulus cantici: cum dicitur. & ait Maria: hoc ent canticum ſic intitulatur quia canticum Marie nominatur: & ſubditur ipſũ canticũ. Magnificat etc. quaſi diceret Maria. o Elizabeth. tu me magnificaſ: Sed ego totũ deo attribuenſ ipſum magnifico. ubi primo ponitur moduſ cantici. ſecundo ſubditur cauſa cantandi ibi. quia reſpexit. Circa primũ declaratur lauſ uirginiſ tanq̄ magna cum dicitur. Magnificat. ſecundo deuota cũ dicitur. anima mea. non tantum labia mea. tertio ut debita cum dicitur. dominum. cui debetur lauſ & honor. quarto ut iocunda. & exultauit ſpirituſ meuſ. quinto ut recta ibi. in deo ſalutari meo. & dicit in deo. ratione creationiſ. ſalutari. ratione recreationiſ. meo. ratione aſſumpte humanitatiſ: qa ſic fuit ipſiuſ uirginiſ & non alteriuſ. Quia reſpexit. hic conſequenter deſcribitur cauſa cantandi: ſcilicet diuina beneficia collata: & primo uirgo recolit beneficia ſibi collata ſingulariter: ſecundo beneficia collata toti mundo generaliter ibi. Et miſericordia eiuſ. tertio beneficia collata populo Iudeorum ſpecialiter: ibi. Suſcepit Iſrael. Circa primum dicitur. quia reſpexit quaſi diceret uirgo beata bene debeo magnificare & laudare dominum. quia reſpexit humilitatem ancille ſue. qa licet ex omnibuſ uirtutibuſ fuerit diſpoſita ad cõceptionem filii dei: ſpecialiter tamẽ hoc fuit ex humilitate. ecce enim ex hoc beatam me dicent omneſ generationeſ id eſt Iudei & gentileſ. ex omnibuſ generationibuſ aliqui ſunt conuerſi ad fidem qui confitentur iſtam uirginem beatam. hoc etiam patet in Sarracenis. unde in Alcharono Machometi dicitur. de Maria uirgine dixerunt angeli o Maria deuſ tibi annunciat uerbum ex ſeipſo: nomen eiuſ Ieſu filiuſ Marie. & alibi in eodem libro dixerunt angeli. O maria deuſ utiq; elegit te & purificauit te: & elegit te claram ſuper mulieres ſeculorum & multa alia ibi dicuntur ad laudem uirginiſ. Quia fecit mihi magna. in ſanctificatione ſed maxima in filii dei conceptione: qui potens eſt. uirtute enim potentie dei infinite facta ſunt hec. & ſanctũ nomen eiuſ: quia quicqd ſanctitatiſ poteſt cogitari totum eminentiuſ eſt cum eo. Et miſericordia eiuſ. hic recolit beata uirgo beneficia exhibita toti mundo: cũ dicitur. Et miſericordia eiuſ. id eſt beneficium incarnationiſ. quia ex miſericordia dei factum eſt: unde petebat Dauid pſal. lxxxiii. oſtende nobiſ domine miſericordiam tuam quaſi diceret oñdiſti potentiam tuam in creatione mundi de nihilo: & ſapientiam tuam in mundi gubernatione ſic ordinata & iuſticiam tuam in peccatorum punitione: Sicut in diluuio & ſubuerſione Sodome & Gomore & ideo oſtende nobiſ domine miſericordiam in filii tui incarnatione. A progenie ſcilicet Iudeorum quia ſicut dicitur Iohannis. iiii. Saluſ ex Iudeis eſt: quia incarnatio facta eſt in uirgine iudea natione: Sed quia beneficium incarnationiſ ad totum mũdum diffunditur. ideo ſubditur in progenieſ: ſcilicet omnium gentium. Veruntamen: quia licet beneficium incarnationiſ ſe extendat ad omneſ quantum ad ſufficientiam non tamen quantum ad efficatiam. Sed tantum ad iuſtoſ: ideo ſubditur. timentibuſ eum. ſcilicet timore filiali & caſto. fecit potentiam in brachio ſuo id eſt in filio qui uocatur brachium domini Eſaie quinquageſimo tertio. brachium domini cui reuelatũ eſt. diſperſit ſuperboſ id eſt legiſperitoſ & Phariſeoſ qui fuerunt ſuperbi. mente cordiſ ſui. ſpernenteſ conſilium dei: ut dicit̃

infra ſeptimo & ipſi cum ceteris Iudeis. quadrageſimoſecundo anno a paſſione dñi fuerunt capti & captiuati per Tytum & Veſpaſianum & per orbem diſperſi. et loquitur hic uirgo de futuro per modum preteriti propter certitudinem euentus ſue prophetie. Depoſuit potentes de ſede id eſt Iudeos qui erant potentes in lege et propheris. dimittens eos ex ſuo demerito in profundo erroris: ſecundū quod dicitur Romanorum undecimo. cecitas contigit in Iſrael. & exaltauit humiles. id eſt gentiles humiliter & deuote predicationē Apoſtolorum ſuſcipientes. & ideo ſubdit. Eſurientes ſpleuit bonis. qa gētiles cum magno deſiderio: q̄ per eſuriem deſignatur: uerbū dei receperūt. et diuites dimiſit ſanes id eſt legiſperitos: diuitus ſcripturarum priuſ repletos. dimiſit inanes. per excecationem eorum: & falſū intellectū ſcripturarum. Suſcepit Iſrael. puerum. hic recolit beata uirgo beneficia exhibita populo iudeorum ſpecialiter: cum dicitur. Suſcepit Iſrael puerum ſuum. quia deus accepit carnem puerilem de populo Iſrael: q̄ fuit beneficium illi collatum: maxime quantum ad credentes de populo illo. recordatus miſericordie ſue. ad modum recordantis ſe habuit quando filium ſuum patribus antiquis p̄miſſum in carnem miſit. ideo ſubditur. Sicut locutus eſt ad patres noſtros. ſcilicet ad Patriarchas & Prophetas. Abraham & ſemini eius ſecundum quod dicitur Geneſis uicesimoſecundo. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terre. in ſecula. quia caro humana permanebit eternaliter deitati unita. Manſit autem Maria. hic conſequenter deſcribuntur concomitantia ortū precurſoris. quorum primum reſpicit uirginem: quod notatur cum dicitur. Manſit autem Maria cum illa id eſt cum Elizabeth pro cuius conſolatione & obſequio uenerat: quaſi tribus menſibus: & ſic patet q̄ manſit uſq; ad tempus partus Elizabeth. quia in fine ſexti menſis nunciauit ſibi angelus conceptionem Elizabeth. & reuerſa eſt in domum ſuam. completo tamen priuſ ortu precurſoris ut communiter dicitur: unde dicunt aliqui q̄ ipſa recepit precurſorem & tenuit. Aliqui tamen doctores ut Theophilus: & Grecus: dicunt q̄ imminente partu Elizabeth receſſit. tum quia uirgines in partu mulierum non ſolent adeſſe: tum quia alie mulieres uenerant tam ad partum Elizabeth: & ideo obſequium Marie ultra non erat neceſſarium: quia per alias mulieres poterat fieri ſecundum reſpicit matrem precurſoris quod notatur cum dicitur. Elizabeth impletum eſt tempus pariendi ſcilicet nouem menſium. et peperit filium. Sicut per angelum fuerat predictum. & audierunt uicini id eſt illi qui erant cohabitantes. & cognati. qui erant ex eius conſanguinitate. uel affinitate. quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam: cum illa id eſt magnā miſericordiā ei fecit auferendo ſterilitatis obprobrium. & dando ei tantum ac talem filium ſic nunciatum mirabiliter: & conceptum ſupernaturaliter. & congratulabantur ei ſecundum q̄ dixerat angelus Zacharie. & multi in natiuitate eius gaudebunt. Et factum eſt. hic ponuntur conſequentia ortum precurſoris. quorum primum eſt pueri nati nominatio. ſecundo populi admiratio ibi. Et mirati ſunt uniuerſi. tertio patris inſpiratio ibi. & Zachariās. Circa primum dicitur. die octauo. ſcilicet a natiuitate precurſoris. uenerunt circuncidere puerū. Sicut precipitur. Geneſis decimoſeptimo. de ratione huius precepti: & modo intelligendi dictum eſt ibi. & quia in circunciſione imponebatur tunc nomen puero ſicut modo imponitur in baptiſmo. Ideo ſubditur. & uocabant eum nomine patris ſui Zachariā. quia iſtud antiquitus fuit ſatis communiter obſeruatū & adhuc obſeruatur frequēter maxime in magnis perſonis q̄ primogenitus filius nominatur nomine patris. & reſpondens mater eius.

dixit. nequaq̃ ſcilicet uocabitur Zacharias. Sed uocabitur Iohannes. hoc enim fuit ſibi a deo reuelatū. quia a marito non didicit. cum eſſet factus mutus anteq̃ rediret ad eam de templo: ut patet ex predictis. Nemo eſt in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. non eſt intelligendum q̃ nullus iudeus uocatus fuiſſet prius Iohannes: quia alii iudei fuerunt ante ſic nominati ut patet libro Machabeorum de Iohanne fratre Iude Machabei: & de Iohanne Eupolemi. Sed cognatio hic accipitur propinquitas generis. de qua nullus fuerat ſic uocatus de cognatione Elizabeth uel mariti eius. Innuebant autem patri eius. per ſigna uiſibilia. ex quo patet q̃ non tantum erat mutus: ſed etiam ſurdus: Si enim potuiſſet intelligere uerba que melius & breuius exprimunt mentis conceptum queſiuiſſent ab eo per uerba & non per talia ſigna. Iohannes eſt nomen eius id eſt hoc nomen ei non impono: Sed impoſitum eſt a deo. Et mirati ſunt. hic conſequenter deſcribitur populi admiratio ex mirabilibus que uidebantur circa puerum natum: & parentes eius: uidelicet ex mirabili conuenientia patris & matris: in nomine pueri: & in lo/quela reddita patri. ideo ſubditur. apertum eſt illico os eius. per confeſſionem enim fidei inſcripto q̃m uerbo facere non poterat: meruit liberari. Sicut propter uerbū dubitationis demeruerat ligari. Et factus eſt timor magnus ſuper uicinos eorum etc. id eſt admiratio magna: uel timor domini: qui ſic mirabiliter punierat Zacha/riam: & liberauerat. & ſuper omnia montana iudee diuulgabantur omnia uerba hec. quia facta inſolita & mirabilia libentius narrantur. & poſuerunt omnes qui audierunt in corde ſuo. quia talia magis memorie commendantur. dicentes. quis/putas iſte erit quaſi diceret ualde magnus erit. cuius cauſa ſubditur. & enim manus domini erat cum illo id eſt uirtus dei operatiua miraculorum in eius annunciatione conceptione & natiuitate oſtenſorum ex quibus rationabiliter concludebatur mag/nitudo pueri futura coram deo: Sicut fuerat predictum Zacharie. erit enim magnus coram domino. Et Zacharias. hic conſequenter ponitur patris inſpiratio cum dicitur. Et Zacharias pater eius impletus ſpiritu ſancto. & ſubditur eius pro/phetia per modum cantici: ſeu diuine laudis expreſſa cum dicitur: benedictus etc. in quo cantico premittit pertinentia ad redemptorem. ſecundo pertinentia ad ipſum precurſorem ibi. Et tu puer. Circa primum dicitur. benedictus dominus. omnium per generalem gubernationem. deus. per creationem. Iſrael. per ſpecialem cultum & deuotionem & beneficiorum ſpecialium populo Iſrael exhibitionem. quia uiſitauit id eſt uiſitabit̃. loquitur enim de futuro per modum preteriti propter prophetie certitudinem. hec autem uiſitatio facta fuit in Chriſti natiuitate: que erat adhuc futura: & conuerſatione. quia uiſitauit nos ſicut medicus infirmum ſecundum quod dicitur Luce ſexto uirtus de illo exibat & ſanabat omnes. & fecit redemptionem. in ſua benedicta paſſione per quam redempti ſumus. Et erexit nobis cornu ſalutis id eſt uirtutem conſequendi ſalutem eternam: & hoc fecit in ſua reſurrectione qua reſurrexit ad uitā immortalem educens patres ſanctos de Lymbo inferni detentos. & ſua aſcenſione qua illos ad celeſtia introduxit. in domo Dauid pueri ſui. quia iſta adimpleuit Chriſtus in carne ſumpta de domo Dauid. Sicut locutus eſt per os ſanctorum & propherarum: qui ſunt a ſeculo. hoc eſt a mundi principio qui iſta predixerunt ſecundum quod dicitur Actuū decimo. huic omnes teſtimonium per/hibent etc. & ſicut promiſerat per prophetas ita fideliter adimpleuit. Salutem ex inimicis noſtris. ſupple conſecuti ſumus per Chriſtum: uidelicet de mundo: carne:

diabolo: ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. quia mysterium incar/
nationis impleuit non propter nostram iusticiam sed propter suam misericordiam.
splendā quā patribus promisit. & memorari testamēti sui sancti. i. pacti firmissimi
quod habuit cū patribus ueteris testamenti de Christo uenturo: de quo testamento
ad modum memoratis seu recordantis se habuit quando pactum impleuit. Iusiu/
randum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum. de quo dicitur Genesis. xxii.
per memetipsum iuraui etc. quod iuramentum impleuit deus pater mittendo filium
daturum se nobis. quia deus pater dedit etiam se nobis in filio: qui est eiusdem sub/
stantie cum patre. ut sine timore etc. quia per hoc euacuatur timor seruilis qui
non est in caritate. Et tu puer. hic consequenter exprimit in cantico que pertinēt
ad precursorem dirigens ad ipsum sermonem. Si autem queratur q̄m ad ipsum
sermonem dirigeret cum puer adhuc non intelligeret: dicunt aliqui q̄ uirtute su/
pernaturali intelligebat patrem loquentem sicut intellexit Christum in utero
matris existentem ut predictum est. Alii autem dicunt q̄ sic loquebatur puero
non propter eius intellectionem sed propter aliorum instructionem de mysterio
incarnationis qui habebant usum rationis. propheta altissimi uocaberis. contra hoc
uidetur illud Iohannis primo capitulo. q̄ Iohannes Baptista negauit se esse pro/
phetam: ad quod dicendum q̄ uerum respondit secūdum intentionem querentium.
quia querebant si esset unus de antiquis prophetis ut Helias. uel Heliseus uel hu/
iusmodi: ut patet ibidem: & secundum ueritatem non erat unus de illis. Aliter etiam
dicitur q̄ negauit se esse prophetam tantum: quia fuit propheta & plus q̄ propheta
secundum testimonium saluatoris: Matthei undecimo. preibis ante faciem domini
id est ante filium qui est similitudo uel facies dei patris. per faciem enim designatur
noticia secundum Gregorium super Ezechielem. ea autem que ad noticiam per/
tinent in diuinis filio appropriantur. parare uias eius. per predicationem Christum
annunciando: & per baptismum: assuefaciēdo enim homines ad baptismū Iohannis
disponebantur ad facilius recipiendum baptismum Christi. Ad dandam scientiam
salutis plebi eius id est ad predicandum salutem fiendam per Christum per uiscera
misericordie dei nostri id est per intimam & occultam misericordiam facta sunt hec.
oriens. ex alto id est ex sinu patris immundo. illuminare his qui in tenbris sedent.
id est patribus in lymbo existentibus quos Christus illuminauit quando post passi/
onem suam ad ipsos descendit. & umbra mortis id est uiuentibus adhuc in hoc mūdo
qui est quedam umbra mortis quos illuminauit Christus per se ipsum predicando:
& Apostolos per orbem ad predicandum mittendo: ut habetur Marci ultimo.
Puer autem. hic consequenter describitur precursoris nati profectus & conuersatio:
cum dicitur. puer autem crescebat. quantum ad augmentum corporis. & confor/
tabatur spiritu. quantum ad augmentum gratie & uirtutis. & erat in desertis quantū
ad perfectionem conuersationis. ibi enim habitauit usq; ad tempus sue predicatōis
ut ibi contemplationi Tiberius uacaret: diuinam sapientiam hauriendo q̄m postea
effudit predicando: & ut uiuens in desertis uitam austeram duceret & ne excoba/
bitatione cum peccatoribus in tumultu populi maculam aliquam in fama uel in uita
contraheret. usq; in diem ostensionis sue ad Israel. qđ factum est anno qntodecimo
imperii Tiberii Cesaris. tunc enim exiit de desertis ad predicandū populis: ut habet
infra. iii. capitulo .II.

Factum est autem. Descripto ortu precursoris: hic consequenter describitur

ortuſ ſaluatoriſ. & primo deſcribitur ſaluatoriſ ortuſ. ſecundo debituſ rituſ ibi. Et poſtq̃ conſummati ſunt. tertio pueri profectuſ ibi. puer autem creſcebat. circa ortum ſaluatoriſ. primo deſcribitur tempuſ. ſecúdo locuſ ibi: & ibant omneſ. tertio uirginiſ partuſ ibi. Factum eſt autem. quarto angelorum cantuſ ibi. Et paſtoreſ erant. Circa primum dicitur. Exiit edictum a Ceſare Auguſto. hic oſtenditur tempuſ natiuitatiſ Chriſti qui natuſ eſt anno quadrageſimoſecúdo Auguſti Ceſariſ qui nominatuſ fuit Auguſtuſ ab augendo: quia notabiliter auxit imperium Romanum: & propter hoc in diebuſ ſuiſ aliiſ gentibuſ imperio Romano ſubiectiſ. fuit in orbe pax uniuerſaliſ. ideo mandauit ut deſcriberetur uniuerſuſ orbiſ ut per hoc ſciretur qualiter terre diuerſe eſſent populate: & quanta tributa ſingule poſſent reddere: ut ſic tributiſ indebitiſ non grauarentur: & ſciretur per quem modum ſingule terre ſub imperio Romano meliuſ regerent. & ex hoc etiá patet q̃ Chriſtuſ fuit natuſ tempore maxime pacíſ. Sicut fuerat prenunciatum a prophetiſ Pſalm. ſeptuageſimoprimo orietur in diebuſ eiuſ iuſticia & habundantia pacíſ. Item Eſaie ſecundo non leuabit genſ contra gentem gladium &. ix. Vocabitur nomen eiuſ admirabiliſ conſiliariuſ deuſ. fortiſ pater futuri ſeculi princepſ pacíſ. hec deſcriptio. prima. dicitur autem prima quantum ad generaleſ deſcriptioneſ orbiſ quia ante iſtam bene fuerunt alie deſcriptioneſ partialeſ ſicut patet ſecundo Regum uiceſimoquarto. & primo Paralypominon uiceſimoprimo de numeratione populi. & deſcriptione quam fecit Ioab de mandato Dauid. dicitur etiam prima ſecundum aliоſ: quantum ad aliaſ parteſ eiuſdem deſcriptioniſ. quia Syria eſt in medio terre habitabiliſ: & ideo ibi fuit incohata iſta deſcriptio ut inde denunciaretur fieri in aliiſ prouinciiſ circulariter. a preſide Syrie Cirmo. hunc enim Cirmum Ceſar Auguſtuſ prefecerat Syrie ad ipſam regendam. Et ibant ſinguli. hic deſcribitur natiuitaſ ſaluatoriſ quantum ad locú: quia iſta deſcriptio precepta erat fieri in principalibuſ ciuitatibuſ: & ibi conueniebant qui ibi habuerant originem: ut ſic deſcriptio fieret non ſolum ſecundum numerum perſonarum. Sed etiam ſecundum determinationẽ Genealogiarum: ut ſciretur numeruſ determinatuſ nobilium. & hoc eſt qđ dicitur. & ibant omneſ ut profiterentur ſinguli in ciuitatem ſuam. Profitebantur autem dupliciter ſe eſſe ſubiectoſ Romano Imperio ſcilicet ſcripto. quia eorum nomina ſcribebantur de mandato Imperatoriſ: & etiam facto: quia ſoluebant cenſum Imperatori. propter quod in nummiſmate cenſuſ erat imago Imperatoriſ: ut habeẽ Matthei uiceſimoſecundo capittulo. aſcendit autem & Ioſeph. a galylea in qua manebat. in iudeam ciuitatem Dauid: iudeam hic accipitur adiectiuú: quia Bethleẽ eſt quedam ciuitaſ in regno iudee & uocatur ciuitaſ Dauid: quia inde oriundуſ fuit ut habetur primo Regum decimoſexto. eo q̃ eſſet de domo & familia Dauid: ut patet per Genelogiam deſcriptam capittulo ſequenti. & Matthei primo ut profiteretur cum Maria ſibi deſponſata uxore pregnante. Ipſa enim erat de eadem tribu cum Ioſeph & ſucceſſerat in hereditate paterna. Ideo iuit ad profitendum cum eo licet eſſet partui propinqua. hoc etiam diuina diſpenſatione factum eſt: ut ſic Chriſtuſ naſceretur in Bethleem ſicut erat predictum Michee quinto. et tu Bethleem Effrata paruuluſ es in milibuſ Iuda. ex te enim exiet dux qui regat populum Iſrael & egreſſuſ eiuſ ab initio a diebuſ eternitatiſ. Factum eſt autem. hic conſequenter deſcribitur uirginiſ partuſ cum dicitur. & peperit filium ſuum primogenitum. & dicitur primogenituſ: non quia poſt illum Maria aliоſ filioſ

habuit: ut dicit Helidius hereticus: Sed quia ante illum alium non habuit. unde & in lege filius unigenitus offerebatur domino: & redimatur tanq̃ primogenitus: quia ab uno mense redimebatur ut habetur Numeri tertio capitulo & tunc primo/genitus dicebatur. dato q̃ nullus alius sequeretur. & pannis eum inuoluit. per se ipsam ex quo patet falsitas que scribitur libro de infantia saluatoris: scilicet ipsam obstetrices habuisse in partu: qa non requiruntur nisi propter afflictionem matris in partu que non habuit locum in uirgine: quia peperit sine dolore immo cum maximo gaudio: & delectatione: & ideo per seipsam puerum natũ recepit inuoluit & reclinauit ut hic dicitur. & reclinauit eum in presepio. Ioseph enim in illo itinere adduxerat secum asinum ad portãdum uxorem pregnantẽ: & Bouem ad uendendũ in Bethleem ubi erat congregatio populi magna: ut de precio solueret expensas in uia: & illis duobus animalibus fecit presepium iuxta se: in quo beata uirgo re/clinauit filium natum secundum q̃ fuerat predictum: Abacuc tertio capitulo scd̃m translationem septuagesimo. q̃m sequitur officium ecclesiasticum. Domine audiui auditum tuum & timui. consideraui opera tua & expaui in medio duorum anima/lium. fuit enim prophete admirationis pauor q̃ in loco tam humili reclinaretur saluator: unde subditur. quia non erat ei locus in diuersorio. est enim diuersorium hospitalaria ad q̃m diuertunt uenientes ab extra ad hospitandum. ciuitas autem Bethleem tunc erat plena populo qui uenerat ad predictam professionem: & illi qui erant potentiores occupauerunt loca maiora: & ideo Ioseph qui licet esset de nobili genere ut predictum est: non tamen erat de ditioribus: & ideo ita paruum locum habuit: q̃ saluator natus in presepio reclinatus fuit ad impletionẽ prophetie predicte: & ad dandum exemplum humilitatis perfecte. a qua saluator incepit a natiuitate: & eam continuauit usq; ad mortem in qua humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem: mortem autem crucis secundum quod dicitur Paralypo/minon secundo capitulo. Et pastores. hic consequenter describitur angelorum cantus exultantium in natiuitate saluatoris: ubi primo describitur natiuitatis huius denunciatio. secundo angelorum exultatio ibi. Et facta est cum angelo. tertio pastorum deuotio ibi. Et factum est. circa primum premittitur quibus facta est dicta annunciatio cum dicitur. Et pastores erant in regione eadem uigilantes. erant enim simplices & absq; cautelis malicie & occupati in officio sanctorum patri/archarum: qui dicuntur fuisse pastores. Genesis quadragesimoseptimo talibus autẽ solent fieri diuine illuminationes & consolationes & non hominibus in sapientia huius mundi: que stultitia est apud deum occupatis: secũdum quod dicitur Mat. xi. Confitebor tibi domine pater celi & terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudẽtibus & reuelasti ea paruulis. ideo subditur. & ecce ãgelus domini stetit iuxta eos. paratus ad reuelandum eis diuina. & claritas dei circunfulsit illos: non tantum exterius: sed etiam interius in mente. & timuerunt. ex insolita uisione. Sed angelus eos consolatur dicens: Nolite timere. cuius causa subditur: cum dicitur. ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo. non solum Iudeorum. Sed etiam gentilium. quia natus est hodie nobis saluator. & dicit hodie. quia quanuis esset nox: erat tamen pars diei naturalis: uel aliter & melius ut uidetur: quia nox illa ex claritate diuina predicta fuit ita illuminata ac si esset dies cla/rissima. secũdum q̃ fuerat predictum Psalmiste centesimo uicesimoseptimo. et nox sicut dies illuminabitur. qui est Christus dominus. Christus grece idem est quod

unctus latine. antiquitus autem in ueteri lege ungebãtur tantũ reges: & põtifices: Christus autem est rex & pontifex & ideo bene dicitur Christus id est unctus non unctione humana sed diuina: quia in humanitate pro nobis assumpta fuit: unctus a deo patre immo a tota trinitate plenitudine gratie. secundum quod dicitur Psal. unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. propter quod dicitur Iob. tertio capitulo. q̃ datus est ei spiritus non ad mensuram scilicet aliorum hominum: sed secundũ omnẽ plenitudinem non solũ sufficientie: Sed etiam redũdantie in oẽs alios quantum ad sufficientiam secundum quod dicitur Iohannis primo. & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et hoc uobis signum: inuenietis infantem pãnis inuolutum. Per hoc enim q̃ angelus dedit eis signum magne humilitatis & paupertatis significatum fuit pastoribus q̃ non uenerat ad regnandum temporaliter ut scribe iudeorum credebant Christum uenturum. potest autem aliter dici illud fuit proprium signum saluatoris nati. Ad cuius intellectum consyderandum q̃ illa que fuerunt in ueteri testamento fuerunt figure noui: ut dicitur prima Corinthiorum decimo. In ueteri autem testamento duo saluatores iudeorum imperfecti tamen precesserant: tanq̃ figure saluatoris perfecti Iesu Christi. primus fuit Moises qui liberauit eos de captiuitate Babylonica: ut habetur prima Esdre primo capittulo. & uterq; de nouo natus fuit inuentus in magna paupertate: Sicut patet de Moise. Exodi secundo quem inuenit filia Pharaonis positum in flumine in fiscella iuncea. Similiter de Cyro dicitur in scholastica historia super Danielem q̃ Astiages rex Medorum & Persarum uidit in somnis uitem nascentem de utero filie sue totam Asiam occupantem: & a coniectoribus fuit sibi responsum q̃ uisio significabat ex ea puerum nasciturum: qui occuparet regnum Medorum & Persarum. propter quod timens ne ipse uel filius suus per hoc regno priuaretur dedit filiam suam militi pauperi: cum hoc etiam cum filia sua facta fuisset pregnans fecit tempus partus sui explorari & puerum natũ apportari sibi quem tradidit cuidam militi ut secreto interficeretur: qui compatiens puero ipsum non interfecit: Sed in quodam nemore fortune dimisit. ad quem quedam canicula pastoris regis qui erat iuxta nemus frequenter ueniebat & ipsum lactabat & pastor predictus uolens scire ubi canicula declinabat inuenit puerum ita pauperem iacentem quem accepit & tradidit uxori sue nutriendum. & postea factus est rex Persarum: atq; Medorum: ad liberationem iudeorum. Cum igitur figura & figuratũ debeant habere correspondentiã: & predicti duo qui fuerunt figure Christi in maxima paupertate inuenti fuerint in sua natiuitate signum conueniens & correspondens figure dedit angelus pastoribus de Christi nati inuentione dicens. Inuenietis infantem panni inuolutum et positum in presepio. & credendum est q̃ pastores hoc intellexerunt illuminati a deo. Et facta est. hic consequenter ponitur angelorum exultatio: cum dicitur. & facta est cũ angelo. qui tanq̃ principalis inter alios nunciauerat Christi natiuitatẽ. multitudo militie celestis: id est ãgelorum qui nomine militie designantur quia pro salute hominum cum demonibus preliantur scd̃m quod dicitur Apocalipsis. duodecimo. Michael & angeli eius preliabantur cum dracone etc. laudantium deum. de Christi natiuitate eo q̃ per ipsum sciebant homines deduci ad salutem quod desyderant & ruinam angelorum per hoc reparandam. & dicentium gloria in excelsis deo. quia licet eius gloria ubiq; reluceat maxime tamen in celo Empyreo ubi est angelorum & beatorum habitatio. & in terra pax hominibus bone uoluntatis id est

hominibuſ bonis. per bonitatem enim uoluntatis dicitur homo ſimpliciter bonus magis q̃ per bonitatem aliaꝝ potentiarū aíe. qa uoluntas mouet alias potentias ad actus ſuos: & ideo bonitas eius uel malicia in omnes alias potentias redundat. Sicut influentia cauſe mouentis in motis ab ipſa. malis autem hominibus non eſt pax ſecundum quod dicitur Eſaie. quadrageſimooctauo. non eſt pax impiis dicit dñs. Ex hoc etiam uerbo angeli patet ꝙ illa pax que principaliter per prophetas predicta fuit futura in aduentu Chriſti erat pax interior bone uoluntatis. quia ſecundum quod dicitur. Prouerbiorum duodecimo. non cõtriſtabit iuſtum quicquid ei accidit pax autem temporalis que fuit in aduentu Chriſti pacatis omnibus gentibus ſub imperio Romano: fuit figura huius pacis principaliter intente. Et factum eſt. hic conſequẽter deſcribitur paſtorum deuotio. quia ſtatim poſt uiſionem iſtam dimiſſo grege. Inerunt ad uidendum puerum natum dicentes. tranſeamus uſq; Bethleem & iudea hoc uerbum id eſt puerum natum per uerba angeli nobis ſignificatum. quod fecit dominus. hoc non eſt de textu. greci enim & antiqui non habent fecit. Sed tantum quod dominus oſtendit nobis. & uenerunt feſtinantes. ex deſyderio uidendi Chriſtũ principaliter & ſecundario ut citius redirent ad gregem quem ſine cuſtodia dimiſerunt. & inuenerunt etc. Sicut angelus eis dixerat. Videntes autem cognouerunt de uerbo. quia non ſolum fuerunt illuminati exterius: Sed etiam interius de cognitione uerbi incarnati: ut predictum eſt. & omnes qui audierunt mirati ſunt. & infra admirationis ſubdiuiditur: & cum dicitur. & de his. & accipitur hic &. pro id eſt. i. de his que dicta erant a paſtoribus ad ipſos: Sicut ſuperius eſt expreſſum. Maria autem conſeruabat omnia uerba hec: conferens in corde ſuo. qa prudenter attendebat quomodo prophetie implebantur in puero nato & iſta collatio erat ei ualde delectabilis & toti eccleſie ualde utilis. quia ſecũdum quod dicit Hieronymus in ſermone de aſſumptione beate uirginis. Ipſa poſt aſcenſionem filii ſui remanſit ad tempus in terris cum Apoſtolis ut eos plenius inſtrueret de uerbo incarnato de quo erat plenius edocta per ſpiritum ſanctũ: & omnia familiarius uiderat & tractauerat. propter quod melius exprimere poterat ſecundum quod dicit Hieronymus ꝙ melius nouimus melius & proferimus. & reuerſi paſtores. redeundo ad gregem ſuum: glorificantes & laudantes deum. de beneficio toti mundo collato generaliter & eis oſtenſo ſpecialiter. ideo ſubditur in omnibus que audierant & uiderant. Et poſtq̃. hic ponitur debitus ritus circa puerum natum: quia ſecundum ritum ueteris legis debebat circuncidi: & in templo offerri: & ideo primo agitur de eius circunciſione: ſcdo de oblatõe ibi. Et poſt q̃ impleti ſunt. circa primũ dicit. & poſtq̃ conſũmati ſunt dies octo. hoc erat tempus determinatum circunciſioni pro ut habetur Geneſis decimoſeptimo. Voluit autem Chriſtus circuncidi q̃uis non eſſet legi ſubiectus primo ut oſtenderet in ſeueritatem carnis humane: contra Manicheum qui dixit eum habuiſſe corpus fantaſticum: & contra Valentinum dicentem Chriſtum corpus de celo attuliſſe. ſecundo ut approbaret circunciſionẽ q̃ deus olim inſtituerat tertio ut oſtenderet ſe eſſe de genere Abrahe: qui circunciſionis mandatum accepit Geneſis decimoſeptimo. & cui facta eſt repromiſſio de Chriſto. quarto ut iudeis excuſationem tolleret eum non recipiendo ſi eſſet incircunciſus. quinto ut obedientie uirtutem nobis ſuo commendaret exemplo: preceptum legis obſeruans: cui tamen non erat ſubiectus. ſexto ut qui in ſimilitudinem carnis peccati uenerat: remedium quo caro peccati conſueuerat mundari non renueret. ſeptimo ut legis onus in ſe

ſuſtinenſ alioſ a lege onere liberaret: ſecundum illud Gal. iii. miſit deuſ filium ſuum factum ſub lege ut eoſ qui ſub lege erũt redimeret. Vocatũ eſt nomen eiuſ Ieſuſ. non impoſitum: quia a deo fuit impoſitum hoc nomen. Sed per angelum denũciatũ Marie & Ioſeph & per ipſoſ aliſ diuulgatũ. & quia aliquiſ infideliſ potiſſime iudeuſ cui hoc nomen non fuiſſet conuenienter impoſitum poſſet arguere: tum quia Eſa. ſexageſimoſecundo dicitur. Vocabitur tibi nomen nouum: quod oſ domini nominauit. hoc autem nomen Ieſuſ non erat tunc nouum: quia ante alii fuerunt nominati hoc noĩe: ut patet de Ieſu filio Ioſedech. & de Ieſu Vane & in Genealogia Chriſti que deſcribitur capittulo ſequenti idem habetur. Item quia Eſa. vii. dicitur uocabitur nomen eiuſ Emanuel. &. viii. uoca nomen eiuſ accelera ſpolia detrabere etc. &. ix. uocabitur nomen eiuſ admirabiliſ. conſiliariuſ: deuſ fortiſ etc. que nomina ſũt alia a nomine Ieſu: & ſimilia poſſent induci: de aliſ locis ſcripture: Ideo dicendũ q̃ hoc nomen fuit proprie impoſitum. nomina enim ſi bene imponantur a proprietatibuſ rerum imponi debent: & hoc patet de nominibuſ generum & ſpecierum: de quibuſ dicitur quarto Methaphiſice ratio quã ſignificat notum. eſt diffinitio que deſignat propriam rei naturam. nomina autem ſingulorum hominum ſi bene impo/nantur imponuntur ab aliqua ꝓprietate eiuſ: cui imponit̃: nomen imponi deberet: quia ſic aliquando a tempore: Sicut nomina aliquorum ſanctorum imponuntur pueriſ natiſ in feſtiſ eoꝝ: uel a cognatione. Sicut cum filio imponitur nomen patriſ uel alicuiuſ de cognatõe eiuſ aliquando ab euentu ſicut Moiſeſ uocauit filioſ ſuoſ ſicut habet̃. Exo. ii. aliquãdo autem ex aliqua qualitate eiuſ cui nomen imponit̃: Sicut Geneſiſ. xxv. primogenituſ Iſaac uocatuſ eſt Eſau q̃ interpretatur rubeuſ uel ruffuſ: quia de utero matriſ exiuit ruffuſ: & totuſ in morem pelliſ hiſpiduſ. aliquando ex aliquo dono dei gratuito: ſicut Matthei. xvi. dictum eſt Petro. tu es Petruſ & ſuper hanc petram etc. & Ioh. i. tu uocaberiſ Cephaſ. igitur quia homini Chriſto hoc munuſ gratie collatũ erat ut per ipſum omneſ ſaluarentur: ideo uocatũ eſt conuenienter nomen eiuſ Ieſuſ id eſt ſaluator: uel ſaluſ: & hanc rationem aſſignauit angeluſ Ioſeph Matthei primo dicenſ. uocabiſ nomen eiuſ Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatiſ eorum. Ad primum dicendum q̃ hoc nomẽ fuit nouum in Chriſto in q̃tum fuit impoſitum ab hac proprietate: quia eſt omniũ ſaluator: que non fuit in aliquo precedenti licet fecerint ſalutem in aliquo facto particulari: ſicut Ieſuſ Naue ſaluauit populũ Iſrael hoſteſ eiuſ debellãdo: ut habet̃ in libro Ioſue & ita poteſt dici de aliſ. Ratio autem huiuſ nominiſ Emanuel: quod interpretatur nobiſcum deuſ includitur in nomine Ieſu. per hoc enim q̃ fuit nobiſcũ per ſuam incarnationem fecit nobiſ ſalutem. & eodem modo poteſt dici de alio quia ſaluauit noſ infernum ſpoliando: & ſic de ceteriſ: & de cõſimilibuſ. Et poſtq̃ ipleti ſunt. hic conſequenter deſcribitur huiuſ oblationiſ preſentatio. ſecundo preſentati receptio ibi. Et ecce homo. tertio recepti commendatio ibi. Et erat Anna. Circa primum ſciendum q̃ in lege ueteri circa pueroſ natoſ duo fiebant in templo. unum erat generale omnibuſ: quia pro filio nato uel filia completiſ diebuſ purificationiſ matriſ offerebatur ſacrificium. ut habetur Leuitice. xii. Aliud erat ſpeciale circa primogenitoſ: quia erant conſecrati dño eo q̃ percuſſit primogenitoſ Egyptiorum filioſ Iſrael ſaluanſ. & ideo offerebantur in templo & redimebantur ut habet̃ Exo. xiii. Chriſtuſ autem fuit primogenituſ ut dictũ eſt ſupra: & ideo utrunq; fuit factũ circa eum: ut hic dicitur. & primo quantum ad id qđ erat ſpeciale primogenituſ cũ dicitur. tulerunt illum in Hieruſalem ut ſiſterent eum. i: offerrent dño cuiuſ cauſa

ſubditur. quia omne maſculinum adapperiens uuluam. i. primo naſcens: cuiuſmodi erant primogeniti. ſecundo quantum ad illud quod erat generale qđ notatur cum dicitur: & ut darent hoſtiam etc. par turturum aut duos pullos columbarum. Iſta erat oblatio pauperum: ſecundum qđ habetur Leuiti. xii. ex quo patet qđ ſupra dictum eſt de paupertate Marie & Ioſeph. Sciendum aũt circa hoc ꝙ beata uirgo non tenebatur ad iſta que dicta ſunt de purgatione: quia Leuitice. xii. ſcribitur: mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum etc. & ideo lex illa ligabat tantum mulieres de uirili ſemine concipientes: ꝙ non habuit locum in uirgine: hoc etiam patet per hoc qđ hic dicitur: & accipitur de Exo. & Leuit. omne maſculinuũ adappiens uuluam etc. ex quo patet ꝙ loquitur de maſculo concepto & nato per apertionem clauſtri uirginalis: quod non habuit locum in beata uirgine que uirgo permanſit in conceptu & partu. Veruntñ ſicut eius filius circuncidi uoluit & legalia obſeruare ex ſua humilitate quanuis non tenetur: Sic beata uirgo que fuit humilima uoluit obſeruare. Et ecce homo. hic deſcribitur Chriſti preſentati receptio. ubi primo deſcribitur recipientis condicio cum dicitur. Et ecce homo erat in Hieruſalem. in loco ſolemni & ſacro. tum quia ibi erat diuinus cultus. tum quia ibi erat ſtudium legis et prophetarum. cui nomen Symeon. ex quo patet eius fama quia inter ſacerdotes erat famoſus: & nominatus. patet enim eius ſancta uita cum dicitur & homo iſte iuſtus. recte ſe habendo ad proximum. & timoratus. quo ad deum. expectans conſolationẽ Iſrael q̃tum ad fidei rectitudinem: & ſpiritus ſanctus erat in eo. quantũ ad gratie plenitudinem: quia non ſolum habuit gratiam iuſtificantem: prout habetur communiter a iuſtis: Sed etiam quantum ad illuminationes & conſolationes diuinas ſpeciales. ideo ſubdit. & reſponſũ acceperat a ſpiritu ſancto. in orationibus ſuis deuotis ad deum. tunc enim erat opinio apud oẽs intelligentes ꝙ imminebat aduentus Chriſti ſecundum ſigna a patriarchis & prophetis data: & ideo Symeon de hoc feruentius orabat deum & in oratione reſponſum acceperat ꝙ Chriſtum natum uideret: anteq̃ uitam preſentem finiret. & uenit in ſpiritu in templum. i. per reuelationem ſpiritus ſancti ut uideret Chriſtum: Sicut erat ei promiſſum. & cum inducerent puerꝙ Ieſũ ad faciendum predicta ſecũdum legem: & ipſe accepit eum in ulnas ſuas. cũ maximo cordis gaudio ſecundum qđ dicitur Prouer. xiii. deſyderium ſi compleatur delectat animam. ſecundo ponitur gratiarum actio cum dicitur. & benedixit deum gratias agendo pro tanto beneficio: & dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum domine in pace id eſt de cetero dimittes me de hac uita tranſire in cordis quiete. quia uiderũt oculi mei ſalutare tuum. letanter enim uolebat deſcendere ad Lymbum patrum: ex quo ſciebat ſaluatorem natum. qđ paraſti ante faciem omnium populorum id eſt coram omnibus populis quibus myſterium incarnationis & redemptionis predicatũ eſt per Apoſtolos ſecundum qđ dicitur pſal. xviii. In omnem terram exiuit ſonus eorum. lumen ad reuelationem gentium. que prius errorum tenebris tenebantur. & gloriã plebis tue Iſrael. magna eſt enim gloria iudeis: ad Chriſti fidẽ cõuerſis. ꝙ Chriſtus ſecundum carnem natus eſt de ipſis. tertio ponitur parentum benedictio. cũ dicitur. & pater eius. i. Ioſeph: qui meruit uocari pater Chriſti. eo qđ nutricius fuit eius: & mater ſcilicet Maria que fuit mater eius uera. mirantes ſuper his que dicebantur de illo. tunc a Symeone & prius a magis & paſtoribus & Zacharia & Elizabeth. & benedixit illis Symeon. quanuis enim Maria & Ioſeph eſſent maiores Symeone in ſanctitate: ille tamen erat maior quantum ad ſacerdotis officium: ad quẽ ſpectat benedicere populum: & non ſolum benedixit: Sed etiã futura predixit. ecce poſitus

est in ruinā & in resurrectionē multoꝝ in Israel. qa in passione Xp̄i que futura erat multi iudei fuerūt excecati a ueritate cadentes: & multi fuerunt illuminati. qui prius erant simplices & ignorantes: ut patet de Apostolis qbus post passionem Xp̄i data est intelligētia scripturaꝝ scd̄m qd̄ dicit Luc. ult. & tūc aperiūt illis sensū ut intelligerēt scp̄turas. & in signū. s. federis inter hoīes & deū, cui cōtra dicet a sacerdotibus & legis pitis & multis alis. & tuā ipsius aiam ptransibit gladius. i. dolor passiōis eius ptransibit animā tuā per cōpassionē. ex hoc dicit Hiero. in sermone de assūptōe beate uirginis q qa in pte ipassibili passa est. plusq̄ martyr fuit. ut reuelentur ex multis cordibus cogitatōes. li ut non tenet hic causaliter: Sed cōsecutiue seu communicatiue: licet. n: beata uirgo ex passiōe filii maxīe afflicta fuerit: tn̄ in fide imobilis & firmiter stetit. Alii aūt discipuli q̄tūq; solidi. dicunt dubitasse. & circa hoc mutatōes diuersaꝝ cogita/tionū habuisse quousq; uiderūt ipsū a mortuis resurrexisse. ¶aliter exponit Origenes de reuelatōe occultoꝝ peccatoꝝ i cōfessiōe que p effectū passiōis in sacrām̄to penitētie opantis sanant. Et erat Anna. hic cōsequenter describit Xp̄i recepti cōfessio seu cō/mendatio: ubi primo describit p̄sona cōfitens ex noīe cū dicit. & erat Anna. scd̄o ex mentis eleuatōe cū dicit. pphetissa. & ex cognatōe cū dicit. filia Phānuel & de tribu Asser. & exp̄mūt pater & tribus ad declarandū certitudinē historie & forte ad distic/tionē huius Anne ab alis: que uocabāt hoc noīe. describit etiā ab etatis maturitate: cum dicit. hec pcesserat in diebus multis & a castitate in matrimonio & añ & post. & uixerat cū uiro etc. cōmendat etiā ab oratōis sedulitate: cū dicit. que nō discedebat de tēplo. nō q̄ ibi semp esset sed frequenter sicut de hoīe bene frequentāte ecclesiā. dicit cōmuni modo loquēdi talis semp ē in ecclesia. ieiunis. qbus incētiuū carnis rep̄mit. & obsecratōibus. i. sacris oratōibus qbus mēs in deū eleuat. seruiens nocte ac die. i. ualde frequēter: uel qa nō erat ibi interruptio p peccatū mortale auferēs meritū p̄dictoꝝ. & hoc ipsa hora supueniens. nō a casu uel ex hūana dispositione Sed spūs sancti re/uelatione sicut dictū est de Symeone cōfitebatur dño. gratias agens. de tanto bñficio adimpleto. & loquebat de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem. annūcians eis natum esse redemptorem. & ut pficerūt omnia secundum legem dñi. s. Maria & Ioseph nihil omittētes quāuis non tenerentur. reuersi sunt in Galyleam in ciuitatē suam. Nazareth hic accipitur Galylea adiectiue qa Nazareth est in terra Galylee sicut supra dictū est de Bethleē que uocat ciuitas iudea. Puer aūt crescebat. hic consequenter describit pueri oblati p̄fectus q̄tū ad corpus cū dicit crescebat. et q̄ntū ad animā cū dicit. & confortabat. Aduertendū tn̄ q̄ in corpore Xp̄i fuit aug/mentū reale q̄ntitatis: sed in aia eius non fuit augmentū reale gratie & uirtutis: quia totā plenitudinē gratie habuit ab instāti sue cōceptōis: sed q̄ntū ad oñsionē in effectu magis appebat scd̄m q̄ ille crescebat & scd̄m q̄ uolebat. & ibant pentes eius tanq̄ de/uoti & religiosi. in die sollemni pasce. ter in anno debebant omnes masculi comparere in Hierusalē corā dño. scd̄m q̄ habet Exo. xxiii. s. in pascate. Penthecostes & in festo tabernaculoꝝ. Sed tn̄ illis qui erant lōge a Hierusalē cuiusmodi erant Galylei dispē/sabat de duobus ultimis festis. remānsit puer Iesus in Hierusalē. nō a casu uel obliuio/ne: Sed sua uoluntate & ordinatōe ut a pueritia oñderet zelū suū circa spiritualia. & non cognouerūt eū pentes eius. existimantes illū esse in comitatu. ad sollemnitatem ent pasce uiri ibant seorsū a mulieribus in uno comitatu: & mulieres in alio. & similiter reuertebantur ut magis religiose sollemnizarent festū ab uxoribus continentes. sicut et in datione legis preceptum fuit q̄ continerent per tres dies ab uxoribus suis pro ut habetur Exo. xix. pueri autem indifferenter poterant ire in comitatu uirorum aut

mulierum: & ideo quando Ioseph non uiderat puerum Iesum in comitatu uirorum existimauit eum esse cum Maria in comitatu mulierum & eodem mō Maria credidit eum esse in comitatu uirorum. uenerunt iter diei. & cum die sequenti quereret in ista comitiua & in illa non inuenerunt eum. ideo tertia die redierunt in Hierusalem a qua recesserant per unam dietam. & sic quarto die inuenerunt eum. & hoc est qđ subdit. post triduum inuenerunt eum in templo. non in theatro aut foro aut ludo sicut solēt pueri inueniri: Sed in loco orationi & doctrine sacre deputato. in medio doctorum. ut melius posset omnes audire & melius cum eis conferre. Stupebant. i. ualde mirabāt super prudentia & responsis eius. quia alias inauditum fuerat q̄ puer talis etatis tam sapienter loqueretur. Et dixit mater eius ad illum fili quid feciſti nobis sic. Ioseph autem licet pater eius diceretur. tamen non fuit ausus illum arguere cum firmiter crederet ipsum esse dei filium. Sed mater ex maxima dilectione q̄ habebat ad illum hoc fecit: quia amor excellens: dominum nescit. dolētes querebamus te id est dolentes de absentia tua. cuius presentia est nobis dulcissima. per hoc moraliter designatur q̄ Christus in dolore contritionis querendus est: & sic inuenitur si per peccatum a nobis absentetur. & ait ad illos quid est q̄ me querebatis. scilicet inter consanguineos quasi diceret magis querendus sum in occupatione circa spiritualia: ideo subdit. nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse: magis enim afficiebatur ad patrem naturalem & eternum q̄m ad matrem naturalem & patrem putatiuum. & ipsi non intellexerunt uerbum. quia adhuc non erant assueti talia audiri ab eo. & descendit cum eis. ad eorum consolationem. & erat subditus illis ad nostram instructionem & superbie nostre confusionem. & mater eius conseruabat omnia uerba hec. exponatur sicut supra. & Iesus proficiebat etate. & iste profectus erat realis inquantum erat a parte corporis ut predictum est. & sapientia. in Christo duplex ponitur sapientia. una diuina & hec non potuit augeri: uel diminui cum necessario sit infinita. Alia humana & hec ponitur duplex in Christo: una habitualis & ista in Christo non fuit augmentata: quia ab instanti conceptionis habuit plenitudinem sapientie quanta potest conferri nature humane. Alia experimentalis que accipitur per operationem sensuum: & secundum hoc dicunt aliqui q̄ in Christo fuit sapientia uel scientia acqsita: quia intellectus agens in Christo fuit eiusdem nature cum aliis hominibus & ideo cum non sit ponendus otiosus: in eo habuit operationem abstrahendi species intelligibiles a fantasmatibus & iste species predicte recipiebantur in intellectu possibili ipsius & sic profecit in tali sapientia seu scientia accepta a sensibilibus. Alii uero dicunt q̄ non p/fecit in tali scīētia q̄tū ad habitum: quia duo habitus eiusdē rationis non possunt esse simul in eodē intellectu. talis autem scientia acquisita non uidetur esse alterius rationis q̄m infuse circa idem obiectum: sicut oculus miraculose datus est eiusdem rationis omnino cum oculo dato uel generato per naturam nec tamen propter hoc intel/lectus agens in Christo fuit otiosus: quia non solum in abstractione specierum intel/ligibilium necessaria est operatio intellectus agentis: Sed etiam in consyderatione secundum habitum scientie iam prius acquisite: in qua consyderatione non abstrahit de nouo species. Si autem consyderetur sapientia Christi quantum ad ostensionem in effectu: sic fuit ibi profectus quodammodo inquantum sapientiam suam non tantum humanam: Sed etiam diuinam magis ostendebat secundum suum beneplacitum: & prout nostre saluti expediebat: Sicut dictum est supra de profectu ipsius in gratia & uirtute.

HAnno quintodecimo. Postq̃ descriptus est saluatoris .III.
ortus per suam incarnationem. hic consequenter describitur eius progressus per suam predicationem & circa hoc primo describitur predicatio p̃cursoris. secũdo ipsius saluatoris. iiii. ca. Circa primum premittitur predicationis Iohannis tempus. secundo subditur p̃dicationis actus ibi. & uenit in omnem regionẽ. tertio predicatiõis fructus ibi. & interrogabat eum. Circa primum consyderandum q̃ tempus p̃dicatiõis Iohãnis describitur per nomina & tempus Imperatoris tunc regnantis: & Presidis Iudee. & Tetrarcharum & sacerdotum ad ostendendum certitudinem hystorie & autoritatem predicationis Iohannis Baptiste sicut in scriptis autenticis solet fieri cum dicit̃: Anno quintodecimo imperii Tyberii Cesaris. Iste Tyberius successit Augusto sub quo natus est X̃pus scilicet. xlii. anno imperii eius & similiter Iohãnes Baptista p̃ dimidiũ annum ante. Augustus aũt imperauit. lvii. annis. exquo patet q̃ anno qntodecimo Tyberii Iohannes fuit. xxx. annorum: & hoc est tempus debitum predicatiõi: quia tunc uiget etas uirilis. unde & Ioseph. xxx. annorum erat quãdo stetit coram Pharaone Gñ. xli. Et Ezechiel quando incepit prophetare. Ezech. i. procurante Põtio Pilato iudeam. Iste non fuit iudeus: sed gentilis de territorio Lugdunensi oriundus secundum Iosephum: & a Romano Imperatore fuit missus ad regendam iudeam tunc Romanis subiectam. Tetrarcha autem Galilee Herode etc. Romani uolentes fugere iudeorum superbiam: & aufferre eis rebellandi occasionem: abstulerunt ab eis nomẽ regium: diuidentes regnum in plures partes que Tetbrarchie dicebantur. & Lisana Abiline Tetbrarcha. glosa Bede dicit q̃ isti tres hic nominati. s. Herodes Philippus Lisanias fuerunt filii Herodis sub quo natus est Christus & ipso mortuo Archelaus eius filius & frater predictorum successit ei in regno decem annis. quo accusato apud Cesarem & misso in exilium apud Viennam Imperator regnum tribus fratribus predictis misit per Tetbrarchias. Sed q̃ iste Lizanias fuerit filius Herodis ex hystoriis autenticis non habetur. quia nec Iosephus nec scholastica hystoria ponunt eum inter filios Herodis: sed magis dicunt ipsum fuisse filium Ptholemei Mãnei q̃ sub Lybano habitabant & Alexandre filie Aristoboli qui de Machabeis descenderat. sub Principibus sacerdotum Anna & Caypha. secũdum q̃ dicit Iosephus & scholastica hystoria sacerdotium tunc non procedebat secundum genealogiam & dignitatem generis put in lege fuerat statutum: sed passim a Romanis uendebatur. ita q̃ non solum singulis annis mutabatur summus sacerdos: sed etiam aliquando in eodem anno: & ideo a qntodecimo anno Tyberii quo incepit predicatio Iohannis usq; ad decimumoctauum annum Tyberii in quo passus est Christus Iesus. plures fuerũt summi sacerdotes q̃ isti duo. Sed quia Annas erat summus sacerdos qñ Iohannes incepit p̃dicare & Caypbas qñ passus fuit Christus. ideo Lucas de istis duobus tantum mentionem fecit. Factũ est uerbum domini super Iohannem: per reuelationem diuinam per quã habuit mãdatum de predicatione exequenda. Et uenit. Hic consequenter ponitur predicatiõis actus. & primo quantum ad exhortationem boni. secundo quantum ad argutionem mali ibi. dicebat ergo. Circa primum dicitur: & uenit in omnem regionem Iordanis. quia exiuit de deserto ubi pauci habitabãt & uenit ad loca magis habitata ut plures possent uenire ad eius predicationem: & baptizari ab eo in Iordane. predicans baptismum penitentie. hoc expositum est Mar. i. ca. usq; ibi. omnis uallis implebitur. hec autoritas que habetur Esa. xl. exponitur a iudeis de reditu captiuitatis Babylonice de qua predixit Esa. uias tunc complanari per hoc q̃ ualles eleuarentur ad eq̃litatẽ planicie: & colles deprimerent̃ ut sic iudei de Babylonia reuertentes in iudeã possent

defacili transire per uiam. Sed quia in scriptura sacra: nec aliqua hystoria autentica inuenitur esse adimpletum. Ideo illa scriptura reducenda est ad alium intellectum in aduentu Xp̃i adimpletum per quem humiles qui per ualles intelliguntur: repleti sunt bonis spiritualibus: & superbi qui per colles intelliguntur humiliati sunt. sicut supra expositum est ca. 1. in cantico beate uirginis. Aliter etiam exponitur hic quia sicut uia corporalis redditur difficilis ad ambulandum propter profunditatem uallium: & eleuationem collium: ita uia spiritualis qua deus graditur super corda fidelium: impe/ditur per depressionem terrene cupiditatis: & per eleuationem mundane cupiditatis: seu uanitatis & utrunq; impedimentum fuit amotum per aduentũ Xp̃i in multis. p̃mũ patuit in Zacheo: qui dixit domino: ecce dimidium bonorum meorum do paupibus. etc. ut habetur infra. xix. & in Matheo qui dimisso thelonio secutus est Christũ: ut habetur Matt. ix. Patet secundum in mundi principibus quorum colla sũt subiecta Christo. & erunt indirecta. i. corda diuorta per iniusticiam per equitatem iusticie re/ctificabuntur. & aspersa in uias planas. id est corda contra Xp̃m mollificabũt. Sicut patet de Paulo qui Xp̃m persequẽs a Xp̃o illustratus statim ad mansuetudinẽ obe/dientie fuit conuersus dicens. domine quid me uis facere. Act. ix. & uidebit oẽis caro salutare dei. i. Xp̃m. & accipitur hic omnis caro. i. omnis homo: quia aliqui de oĩbus hominibus uiderunt eum inter homines cõuersantem. diuidebat enim tunc cõmunitas hominum in duas partes. scilicet in iudeos & gentiles: & multi de istis & de illis uidẽrũt eum in mundo cõuersantem. potest etiam hoc uerbum intelligi de uisu spirituali quo uident eum conuersi ad fidem catholicam ex omnibus gentibus totius mũdi. uidebunt etiam eum generaliter omnes in forma humana in die iudicii. Dicebat ergo. Hic có/sequenter describitur actus predicationis quantum ad reprehensionem mali & patet sententia ex dictis Matt. iii. dicens. exceptis que secuntur. Dicebat autẽ ad turbas. Hic accipitur totũ pro parte quia illud quod sequitur non dixit nisi Pharisei & Sa/ducei qui cũ alii ueniebant ad Iohannẽ non ex deuotione: sed magis ex malignitate unde subditur. genimina uiparum. genimine est neutri generis. & dicitur a gigno. nis. & ideo filii nati ab aliquo dicuntur eius genimina: unde Matth. iii. dicitur progenies uiparum. Et interrogabant. Hic consequenter ponitur predicationis Iobis fructus erat enim predicatio Iohannis ordinata ad hoc ꝙ populus adsuscep[tionem Xp̃i pre/paretur: & ut Xp̃us manifestaretur. primo ergo ponitur fructus predicationis eius quantum ad primum. secundo quantum ad secundum ibi. Existimante autem populo Circa primum sciendum: ꝙ populus preparabatur ad Christi susceptionem per uerã penitentiam: que apparet qñ homo paratus est corrigere uitam suam. & hoc oñditur hic esse factum ad predicationem Iohannis. primo in uulgaribus hominibus cũ dicit: & interrogabãt eum dicentes: quid ergo faciemus. q. d. uitam nostram corrigere pati sumus. Respondens autem dicebat illis. qui habet duas tunicas. i. uestimentũ supfluũ: det non habenti. Illa enim terra in qua erat Iohannes calida est & de communi cursu sufficit una tunica uel unum uestimentum: & ita intelligendum est de aliis rebus quibuscunq; que superfluũt consyderata conuenienti necessitate status p̃sone. secũdo hoc ostenditur in pedagiorum & tributorum collectorum: cum dicitur. uenerunt & publi. tales enim dicuntur publicani: quia intromittunt se de negocus pertinentibus ad publicum. & ille dixit ad eos nihil ampliꝰ q̃ ꝙ constitutum uobis faciatis. hoc aũt dixit quia collectores talium solent esse pron ad plus colligendum q̃ sit eis mandatũ. ut ꝙ est ampliꝰ eis remaneat. Tertio ostendit̃ in militibus: cum dicit̃. Interrogabãt eum & milites: pati consilio eius uti. & ait illis. neminem concutiatis. scilicet opp̃mendo

pauperes & eos despiciendo. neq; calumniam faciatis. i. non imponatis falsum crimen diuitibus & potentibus: ut occasionem extorquendi bona eorum habeatis: quia p aliā uiam a talibus rapere non possunt. contenti estote stipendiis uestris. que dabantur eis ab imperatoribus pro labore militum quem habent sustinere in defensione patrie redditus autem quos habent multi milites super hostes sibi subditos. habent locū stipēdiorū & ideo debent esse contenti eis. Ad tria autem dicta inducebat beatus Iohēs milites qa solent esse pronti ad uitia contraria. Estimante autem. Hic describitur fructus predicationis Iohannis quantum ad Xp̄i manifestationem. & primo manifestatur Iohānis testimonio. secundo dei patris signo: ibi. factum est autem. tertio euangeliste scripto ibi. Et ipse Iesus erat incipiens. Circa primum ostenditur in Iohanne doctrine ueritas in Christi manifestatione. secundo mentis stabilitas in Herodis reprehensione: ibi. Herodes autem Thetbrarcha. sententia prime partis patet ex dictis Matt. iii. dicēs. exceptis que sequuntur. Existimante autem populo. quia aliqui eorum uiderant: & alii fama publica audierant mirabilem eius conceptum. Ortum & uite sancte meritū: que superius sunt declarata: & ex his opinabātur ipsum esse Christum. & cogitātibus omnibus etc. non solum cogitauerunt sed etiam de Hierusalem que erat Metropolis miserunt iudei nuncios sollemnes ad Iohannem: ut quererēt ab eo si ip̄e esset Christus ut habetur Iohis. i. multa quidem & alia. exquo patet q̄ non omnia facta & dicta Iohannis scripta sunt: sed pauca respectiue. sicut & de Christo dicitur Iohannis ult. Herodes autem. Hic describitur stabilitas mentis in Iohanne qui non timuit facinus Herodis Thetbrarche arguere: & sententia huius patet ex dictis Matth. xiii. a: & Mar. vi. b. ubi factum istud plenius continetur. Factum est autem. Hic describitur manifestatio Xp̄i per signum datum de celo: datum a deo patre cum baptizaretur a Iohāne: & patet sm̄a ex dictis Mat. iii. g. & Mar. i. b. excepto hoc q̄ hic addit. & orante. in quo dedit Xp̄us exēplū q̄ in receptióe sacramentoꝝ debet mens hois eleuari in deū. Et ipse Iesus. hic cōsequēter describit māifestatio xp̄i euāgeliste scḋto q hic describit eius genealogiā ut sicut natiuitas eius eterna fuerat māifestata uerbo patris d. tu es filius meus. s. naturalis ita natiuitas eius tpalis māifestaret p descḋtionē genealogie in qua descriptione consyderandum q̄ sicut supradictum est in prologo Mat. ostendit qualiter Xp̄us uenit ad nos: ideo describit genealogiam descendendo. Lucas uero qualiter per Christum reducantur in deū: ideo eam describit ascendendo. ppter quod eam terminat in ipso de deo. dicit igitur. & ipse quasi incipiens annoꝝ triginta secundum Aug. & Crisos. Christus tunc habebat triginta annos completos & incepat xxxi. & secundū hoc sic ē intelligenda hec littera etc. Iesus annorū triginta incipiēs. s. xxxi. & secundū hoc Christus p̄dicauit duobus annis cum dimidio. Secundum alios uero doctores quorum opinio communis tenetur. Iesus habebat. xxix. annos cōpletos & inceperat triceſimum. & secundum hoc sic est intelligenda hec littera. erat Iesus incipiens annorum. xxx. i. triceſimum annum de quo habebat. xiii. dies & secundum hoc Christus predicauit tribus annis & dimidio. usq; ad passionem suam. xviii. anno Tyberii. ut putabatur filius Ioseph. qa erat sponsus Marie. cuius cause supra exp̄ssē sunt ca. i. Qui fuit Hely. In Matheo dicitur q̄ Ioseph fuit filius Iacob: & ibi ista controuersia soluta est. Qui fuit Neri Matt. i. dicitur: iste Salatiel fuit filius Ieconie ad quod dicendum q̄ uerum est q̄ Salatiel fuit filius naturalis Ieconie: sed fuit filius Neri adoptiuus quia mortuo Ieconia Neri adoptauit eum in filiū: & ideo Matheus qui describit genealogiam Christi carnalem posuit Iecōniā. Lucas qui magis describit genealogiam Christi spiritualem ponit istū Neri. Qui fuit Nathan. Qui fuit Dauid

de isto dicunt aliqui ꝙ fuit filius Dauid naturalis de Bersabee ut uidetur dici. 1. Paral. iii. sed hoc uidetur esse contra illud ꝙ dicit Salomon Prouerb. iiii. Ego fui unigenitus & tenellus coram matre mea. Ille enim filius quem habuit Bersabee de Dauid añ Salomonem non hic computatur quia fuit mortuus incircumcisus: per hoc. n. ꝙ Salomó dicit se unigenitum matris sue. & Dauid uidet ꝙ Nathan non fuit natus de Bersabee & dicendum ꝙ ideo dicunt aliqui ꝙ iste Nathan fuit Nathan Propheta quẽ ppter eminentiam sanctitatis Dauid adoptauit in filiũ mortuo eius patre naturali: & secũdũ hoc põt dici ꝙ fuit filius adoptiuus Bersabee uxoris Dauid. & secundũ hoc cõnumeratur inter filios Bersabee. 1. Paral. iii. de aliis autem tribus ibidem nominatis dicendũ. ꝙ fuerunt filii Vrie naturales: & adoptiui filii Dauid: quando accepit matrem eorũ: & sic Salomon fuit unigenitus matri sue respectu Dauid ut dicitur Prouerbioꝝ. iiii. causa autem quare Lucas describit Xp̃m descendisse a Dauid per Nathan una fuit: quia licet omnes sapientes hebreorum concorditer tenerent Xp̃m debere descendere de Dauid. aliqui tamen eorum opinabãtur ipsum descendere ab eo per Nathã ppter excellentiam sue sanctitatis & prophetie. alii uero per Salomonem propter dignitatẽ regiam & excellentiam sapientie. secundum ueritatem autem descendit per utranq;. aliter tamen: quia per Salomonem descendit secundum lineam naturalis generatiõis: per Nathan uero secundũ lineam legalis generationis. quia Nathã fuit filius Dauid adoptiuus: ut predictum est. & Ioseph qui ponitur immediate post Xp̃m ascendendo fuit filius Heli adoptiuus seu legalis prout plenius fuit declaratum Mat. ii. alia causa est ꝙ Lucas describit Xp̃i genealogiam prout in deum reducimur ut predictum est: reducimur autem in deum per Christum inquantũ efficimur filii dei adoptiui. Qui fuit Booz. tres fuerunt immediate se habentes huius nominis. s. filius pater & auus ut declaratum fuit plenius Matt. i. Qui fuit Cainan. secundum Hieronymũ & secundum translationem qua utimur non ponit aliquis medius inter Sale & Arphaxat. ut patet Gñ. x. Septuaginta autem interpretes ponunt istum Cainan medium & ad cõcordiã huius potest dici ꝙ iste Cainan fuit pater Sale legalis uel adoptiuus. Arphaxat uero fuit pater naturalis ipsius: & uterq; pater hic ponitur: & maxime quia Lucas in scribendo sequitur translationẽ. lxx. que suo tempore erat ualde autentica. Qui fuit dei non per generationem sicut alii: sed per formationem de limo terre & infusionem aĩe. ut habetur Gene. primo.

.IIII.

IEsus autem. Descripta predicatione precursoris: Hic consequenter describitur predicatio saluatoris: & primo describitur eius predicatio per modum amoris miracula faciendo: & beneficia conferendo. secundo per uiam timoris terrorem futuri iudicii incutiẽdo. ca. xxi. Adhuc circa primũ describit̃ p̃mo predicatio saluatoris per seipsum tantum. secundo cum hoc permissionem discipulorum. ix. cap. Circa primum premittitur Xp̃i predicatio. secundo ex hoc sequens aliquorum conuersio ca. vi. p̃ma adhuc in duas. quia primo describitur idoneitas predicatoris. secundo executio predicationis ibi. & regressus est Iesus. Idonea uero dispositio predicatoris est maceratio carnis per ieiunium: per quod carnis incentiuum reprimitur. sed ꝙ dicit Paulus p̃ma Cori. ix. castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo: ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. & feruor orationis in loco solitudinis: ubi diuina sapiẽtia hauritur que postea per predicationem effunditur. unde Paulus anteq̃ mitteret̃ ad p̃dicandum in oratione fuit illustratus secundum quod habetur Act. ix. ecce enim orat. & postea subditur. uas electionis est mihi iste ut portet nomen meum etc. tertium est uictoria temptationis. non enim ad predicandum est idoneus qui succumbit temptationibus.

Ista autem tria ostenduntur de Xpo per hoc ꝙ añ predicationem intrauit desertum orationi solitarie aptum: & ꝙ ibi ieiunauit & triplicem demonis temptationem deiecit non quia istis indigeret pro se: sed pro nobis & ad dandum exemplum ꝓdicatoribus aliis: & patet sententia predictorum ex dictis Matt. iii. a. ubi ista sunt exposita. excepti sunt que secuntur. & nihil manducauit in illis diebus. hic accipiũt dies naturales quia nihil manducauit de die nec de nocte. dic lapidi huic ut panis fiat. hic accipitur singulare pro plurali: eo modo loquendi quo dicitur: Exo. viii. uenit musca grauissima. i. multitudo muscarum. unde Matt. iiii. dicitur: dic ut lapides isti panes fiant. & duxit illum diabolus & ostendit illi oĩa regna. Ista temptatio que ponit hic secũda Mat. iii. ponitur. tertia. que istarum fuerit secunda aut tertia certum nobis non est ut dicit Aug. nec refert ad ueritatem: quia non oportet ꝙ facta eodem semp ordine referantur quo facta sunt: ut frequenter dictum est. Sed ꝙ duo Euangeliste uarie narrant ordinem pót ratio assignari: quia una temptatio est de cupiditate p̃cipaliter alia de elatione: & frequenter contingit ꝙ unum uitium ex alio nascitur: & ecóuerso Ideo Matt. unam preponit. Luc. uero aliam. quia mihi tradita sunt & cui uolo do ea mentitur hic diabolus nec mirum quia mendax est & pater mendacii. ut habetur Io. viii. non enim habet potestatem super creaturas ad libitum suum: sed solum quantũ deus permittit. secundum occultum iudicium suum ad exercitium patiẽtie electorum sicut data est ei potestas affligendi Iob in uastatione bonorum suorum: & morte pliis & infirmitate corporis sui: ut habetur Iob. i. & consũmata omni temptatione diabolus recessit ab illo: tanꝙ uictus. usq; ad tempus: quia appropinquante tempore passionis suscitauit ei persecutionem per principes sacerdotum. Et regressus est Iesus. Descpta idoneitate predicatoris: hic consequenter describitur executio predicationis: & p̃mo quantum ad eius doctrinam. secundo quantum ad doctrine confirmationem ibi. & in synagoga erat homo habens demonium. prima in duas: quia primo describit docuisse in Galylea generaliter. secundo in ciuitate sua Nazareth specialiter ibi. & uenit in Nazareth. Circa primum dicitur. & regressus est Iesus. s. a deserto qđ ĩtrauerat post baptismũ ut doceret populum. ĩ uirtute spiritus. i. in uirtute signa & miracula faciẽdi de quo spiritu dicitur. iiii. Reg. ii. ca. spiritus Helie requieuit super Heliseũ: quãdo diuisit aquas miraculose. ueruntamen uirtus faciendi miracula nó erat in Heliseo: sed in deo qui faciebat miracula ad preces Heliset. Sed ista uirtus erat ſ Xpo cũ sit deus & homo. In Galyleam. ibi enim primo predicauit ut impleretur prophetia Esai. ix. primo tempore alleuiata est terra Zabulon: & terra Neptalim etc. ut habet Matt. iiii. d. & magnificabatur ab omnibus propter excellentiam doctrine & miraculi. Et uenit Nazareth. hic consequenter describitur eius doctrina in Nazareth ciuitate sua. circa quod eius doctrina primo premittitur. secundo contra eum emulatio oritur ibi. & dicebat nónne hic est. Circa primũ dicitur. & uenit Nazareth ubi erat nutritus. hoc autem dicitur ad designandum ꝙ alibi fuerat natus: scilicet in Bethleem ut supra dictum est. ii. ca. & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam que erat locus orationis & doctrine legis quibus iudei secundũ preceptum legis uacare debebant in die sabbati. Christus autem legem obseruare uoluit ut dictum est supra ca. ii. & surrexit legere: non ut predicaret seipsum uerbo suo tantum: sed testimonio sacre scripture. & uenit in locum ubi scriptum erat. non a casu: sed a proposito. quia sciebat passus scripture loquentes de eo. spiritus domini super me etc. hoc scribit Esa. lxi. Sed in translatione nostra mutantur aliqualiter uerba: licet sit eadem sententia. Lucas autem hic allegat scripturam prout habetur in translatione. lxx. Circa quod

ſciendum ꝙ iudei expectant illa que promittuntur eis Eſa. ca. predicto impleri per Meſſiam quem expectant futurum & dñaturum toti mundo tpraliter: & educturú iudeos de captiuitate & poſiturum eos in maxima gloria & honore ſup oñes gentes Sed quia tempus aduentus Xp̃i iam tranſiit. ideo Xp̃us hunc locum conuenienter de ſeipſo expoſuit. d. ſpiritus domini ſuper me. i. me deducens. quia humanitas Xpriſti organum eſt ipſius diuinitatis coniunctum: & ideo in omnibus mouebatur ſecundum diuinitatis inſtinctum. propter quod unxit me. ab inſtanti conceptionis. plenitudine gratie. ex hoc enim ꝙ humanitas Xp̃i deitati coniungitur plenitudine gratie repletꝫ ſecundum ꝙ dicitur Iohannis. vi. uidimus eum quaſi unigenitum a patre plenú gratie & ueritatis. Euangelizare pauperibus miſit me. i. humilibus qbus ſua doctrina pficit & non ſuperbis. ſanare contritos corde. contritis per penitentiam datur gratia ſanans uulnera peccatorum. & predicare captiuis remiſſionem. i. detentis in Lymbo ad quos deſcendit & eos inde eripuit. & uiſum cecis. i. gentilibus excecatis per errorem. ueram dei cognitionem. ſecundum quod dixit Symeon ca. iii. de Chriſto. lumen ad reuela/tionem gentium etc. dimittere confractos a pondere legis relaxando. de quo dicitur Act. xv. cur temptatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorꝫ? ꝙ nos nec patres noſtri portare potuimus? predicare annum deo acceptum? iſte eſt annus paſſiõis xp̃i in quo deus placatus eſt humano generi ſoluta emenda primi peccati: & diem retribu/tionis. i. diem iudicii. in quo unicuiq; retribuetur ſecundum opera ſua. & cum plicuiſſet librum. hoc ad oſtendendum ꝙ libri ſacre ſcripture ſunt reuerenter tractandi. unde & iudei hanc reuerentiã faciũt libris ueteris teſtam̃ti: ꝙ nullo mó ſederẽt iuxta illos ſedendo ita alte ſicut illi ſunt poſiti. exquo patet ꝙ illi Chriſtiani ſunt ualde repre/hendendi: quando non ſolum libros ueteris teſtamenti: ſed etiã noui. & ſacra euãgelia ita irreuerenter tractant & irreuerentius q̃ libros gentilium damnatorum. Aliq etiã theologi dicta eorum cum maiori pondere & certiori quotatione allegant in ſcholis q̃ dicta Chriſti & Apoſtolorú. & ſedit. ut exponeret mature ꝙ ſtando legerat reue/renter & deuote. & omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. qa in facie eius quidam fulgor diuine gratie relucebat qui animos intuentium attrahebat. cepit autem dicere ad illos quia hodie impleta eſt hec ſcriptura in auribus ueſtris. ſ. in ipſo ut patet ex predictis. & omnes teſtimonium illi dabant. uidelicet ꝙ illa ſcriptura in eo eſſet impleta. & mirabant in uerbis gratie. id eſt gratioſis. Et dicebant. hic cõſequẽter deſcribitur emulatio cõtra eum. licet enim illi de Nazareth primo recepiſſent uerba eius reuerenter & gratioſe ut dictum eſt: tamen poſtea moti ſunt contra eũ ex iuidia deſpicientes eum propter paupertatem parentum: quia licet eſſent nobiles ut ſupra dictum eſt ca. ii. tamen erant pauperes. unde dicebant deſpectiue: nonne hic eſt filius Ioſeph? ut patet Matt. xiii. g. & Mar. vi. a. propter quod pauca miracula fecit ibi: quia erant indigni ut ibi dicitur. unde & eorum inuidia intantũ proceſſit ꝙ miracula eius dicebant eſſe falſa: & hoc eſt quod ſubditur. utiq; dicetis mihi banc ſimilitudinem. i. obiectionem a ſimilitudine ſumptam. medice cura teipſum. Sicut enim medicus ueruscitius & libentius ſeipſum curat & alios ad ſe pertinentes q̃ extraneos: ita dicebant. ei ſi tu faceres uera miracula citius faceres ea inter propíquos tuos & í ciuitate tua q̃ íter extraneos. Sed ipſe conſequenter reſpõdit: ꝙ nõ dimittebat facere inter eos miracula ex impotentia uel falſitate aliqua: ſed ex eoꝝ malicia. & ad hoc inducit ſacre ſcripture exempla cum ſubdit. In ueritate dico uobis multe uidue erant í diebus Helie in Iſrael quando clauſum eſt celum. orationibus Helie ut habetur. iii. Reg. xvii. ubi iſta by/ſtoria diffuſe tractatur que hic breuiter ponitur. & ad nullam illaꝝ miſſus eſt Helias

etc. quia non erant ita deuote ſicut illa mulier gentilis Samaritana: & quia Heliaſ p/ ſecutiõem patiebatur in terra Iſrael que ſibi debuiſſet eſſe grata: & multi leproſi erãt in Iſrael & nemo eorum mundatus eſt propter eorum ingratitudinem erga deum: qa regnum Iſrael declinauerat ad idolatriam colendo uitulos aureos quos fecerat Iero/ boam niſi Naam Syrus: cuius hyſtoria ponitur. iii. Reg. v. ubi deſcribitur bonitas eius ante curationem: cum dicitur. per illum enim deus dedit ſalutem Syrie & poſt cu/ rationem fuit adhuc melior & ualde gratus deo & Heliſeo: ut habetur ibidẽ. & repleti ſunt omnes in ſynagoga ira. quia preponebat eis gentiles quos abhominabant ſicut canes. & eiecerunt illum extra ciuitatem. tanq̃ dignum morte ut illum interficerent: ut patet in littera. ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat. uirtute diuinitatis qua poterat ſe ſeruare ſic illeſum quando uolebat. Dicit autem Beda q̃ cum dominus de manibus eorũ elapſus de uertice montis deſcenderet & ſub rupe latere uellet ſubito ad tactum dominice ueſtis ſaxum illud ſubterfugit & inſtar cere ſolutum quendam ſinum effecit. i. concauitatem in quo dominicũ corpus reciperetur: in quo loco oĩa liniamenta & ruge ueſtis & ueſtigia pedum in rupe apparent adhuc. ſicut teſtantur qui uiderunt. & deſcendit in Capharnaum. ut impenderet aliis doctrinam ſacrã qua illi de Nazareth erant indigni. & ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. ſ. miracula faciendi ut patet ex ſequentibus. Et in ſynagoga etc. Hic conſequenter deſcribitur doctrine X̃pi cõfirmatio per miracula. Sicut. n. illa quoꝝ cognitio ſubeſt naturali facultati intellectus confirmantur eſſe una per reductionẽ ad prima principia: ſic ueritas illorum que tranſcendunt naturalem facultatem intel/ lectus de quibus erat doctrina X̃pi confirmatur per operationem miraculorũ: que a ſolo deo poſſunt fieri. & ideo cum inducuntur ad cõfirmationem alicuius doctrine oſtenditur eſſe uera cum deus teſtis non poſſit eſſe alicuius falſitatis. Ideo ad hoc in/ ducuntur hic duo miracula in ſpeciali. primum eſt de demoniaco curato. ſecundũ eſt de ſocru Petri a febribus curata ibi. ſurgens autem Ieſus de ſynagoga. tertio ponũt multa miracula in generali ibi. cum enim ſol occubuiſſet: omnes qui habebãt infirmos etc. & patet ſententia iſtarum partium uſq; ad finem capituli ex dictis Mar. i. D. & E. ubi iſta poſita ſunt eodem ordine quo hic eſt expoſita. .V.

FActum eſt autem. Deſcripta predicatione X̃pi & eius confirmatione: hic con/ ſequenter deſcribitur conuerſio aliquorum ad ipſum. & primo deſcribitur eorum uocatio ad diſciplinatum X̃pi. ſecundo eorum promotio ad apoſtolatum .vi. ca. B. factum eſt autem in diebus illis. Prima in duas. quia primo deſcribitur uocatio Petri cum aliis adiunctis ſibi. ſecundo uocatio Matthei ibi. & poſt hoc exiuit & uidit Ieſus publicanum. Circa primum p̃mo deſcribitur diſcipulorũ uocatio ſeu conuerſio. ſecũdo conuerſorum confirmatio ibi. & Factum eſt cum eſſet in una ciuitatum. Circa primũ dicitur ſic: factũ eſt autem cum turbe irruerent in eum. pre nimia deuotione audiẽdi ipſum. & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth. lacus magnus eſt per quem tranſit Iordanis fluuius. & quia ibi extenduntur aque in latitudine magna. aliquãdo uocat ſtagnum aliquando lacus & aliquando mare ſecundum modum loquendi Hebraicũ: quo omnis congregatio magna aquarum uocatur mare. ſecundum illud Gñ. i. con/ gregationeſq; aquarum appellauit maria. piſcatores autem deſcenderant & lauabant retia ſua. amouentes immundiciam ut retia plicarent. quia nullos piſces ceperant: ut patet ex ſequentibus. aſcendens autem in unam nauim: ut populi plauſum declinaret & de naui populum ſedentem in littore conuenientius doceret. Duc in altum. hoc eſt ad locum aque magis profundum: qui eſt cõuenientior ad piſcãdum. preceptor p totã

noctem laborantes nihil cepimus. q̃uis diligentiam magnam adhibuerimus. in uerbo autem tuo laxabo rete. i. confidens in uirtute uerbi tui. rumpebatur autem rete eor. exquo patet duplex miraculum quia non solum ceperant magnam multitudinẽ pisciũ supra modum solitum & possibilẽ per uiam humanam: sed etiam illa multitudo tenebatur in reti rupto. Ideo subditur. q̃ cum uideret Symon Petrus procidit ad genua Iesu. propter predicta miracula facta. d. exi a me domine quia homo peccator sum. reputabat enim se indignum presentia tam sancte persone. stupor enim circundederat eum. i. admiratio magna propter facta X̃pi insolita. & ait ad Symonem Iesus. ipsũ consolãdo. noli timere ex hoc. i. decetero. iam eris homines capiens. per sanã doctrinã trahendo ad uitam beatam. uerbum enim dei hamo piscatoris comparatur: quia sicut hamus non capit piscem nisi ab ipso capiatur: sic nec uerbum dei capit hominẽ ad uitã eternam nisi ipsum uerbum mẽte ipsius capiatur. Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eũ. s. Symõ Petrus & alii qui erant cum eo. & licet Andreas hic non nominetur: tamen intelligitur ibi fuisse secundum q̃ dicit Aug. & habetẽ ex uerbis Matt. iiii. & Mar. i. Dicunt tamen alii q̃ isti non secuti fuerunt X̃pm tunc ei totaliter inherendo: sed causa reuerentie aliquantulum secuti eum associando ad propria tamen reuersuri: Sed postea uocati sunt non reuersuri amplius ad propria. de qua uocatione loquitẽ Mattheus & Marcus. alii uero dicunt q̃ ista uocatio de q̃ hic loquitur Lucas est eadẽ cum illa de qua loquitur Mattheus & Marcus: q̃ uocati sunt simpliciter ad societatem X̃pi & hoc uidetur uerius: quia hic dicitẽ: relictis oĩbus secuti sunt eum. qui modus loquendi proprie non conuenit nisi adherentibus Christo totaliter. Item quia hic dicitur Petro. ex hoc iam eris homines capiens. i. decetero uacabis predicationi. & tali modo loquendi utuntur Mattheus & Marcus qui secundũ alios describunt uocationem eorum simpliciter adherendo Christo absq; reuersiõe ad propria. Et factum est. Hic consequenter describitur confirmatio uocatorum p opa miraculorum: & describuntur hic duo miracula. primũ est de leproso mundato. secũdũ de paralitico curato ibi. & factum est in una dierum. sententia prime partis patet ex dictis Matt. viii. a. & Mar. i. g. excepto quod sequitur. ipse aũt secedebat in desertũ locum. ad ostendendum q̃ predicator uerbi diuini debet fugere populi applausum & aliquando retrahere se a multitudine ut uacet orationi. Et factũ est. Hic describitur de paralitico curato miraculum quod factum fuit in Capharnaum: ut habetur Mar. ii. & patet sententia huius partis quantum ad curationem paralitici ex dictis Mat. ix. a. & quantum ad putationem dicti paralitici Mar. ii. a. que obmittitur in Mattheo a Marco autem suppletur. Et post hoc exiuit. Hic consequenter describitẽ uocatio Matthei. & primo describitur ista uocatio. secundo describitẽ murmurantiũ cõfutatio ibi. & murmurabant. sententia prime partis patet ex dictis Matthei. nono. B. Et murmurabant. hic consequenter describitẽ malignantiũ confutatio: & hoc in tribus casibus. secundus ponitur ibi. at illi dixerunt. tertius in principio. vi. ca. Primus casus est quia Pharisei murmurabant de communicatione Christi cum peccatoribus ĩ cibo & in potu quam murmurationem Christus ostendit irrationabilem & patet ex dictis Matt. ix. B. secundus casus est q̃ arguebant discipulos Christi eo q̃ non ieiunabant sicut Pharisei & Iohannis discipuli: sed Christus eos excusat rationabiliter. & patet sententia ex dictis Matt. ix. ca. C. hoc excepto. nemo commissuram a uestimẽto nouo etc. commissura idem est q̃ cõtextura & dicitur a com quod est simul & mitto. tis. quasi simul mittere. illa enim que coniunguntẽ simul mittuntur. & nemo bibens uetus. scilicet consuetudinarie: statim uult nouum. i. repente. dicit enim: uetus melius est: qa magis

ſapit ſibi propter conſuetudinem bibendi: eo ꝙ conſuetudo eſt quedam natura: ſed paulatiue aſuefaciendo ad bibendum nouum tandem efficitur ſibi ſapidum: & eo mō hominibuſ conuerſiſ de nouo ad uitam perfectioniſ: opera incōſueta ſunt eiſ difficilia ſed paulatiue aſuefaciendo efficiuntur eiſ facilia & delectabilia. .VI.

FActum eſt autem. Hic ponitur tertiuſ caſuſ: quia ſcribe & phariſei arguebant Xp̄m & diſcipuloſ eiuſ de uiolatione ſabbati: & hoc in duplici caſu. ſecūduſ po/nitur ibi. factum eſt autem in alio ſabbato. ſententia autem iſtarum duarum partiū patet ex dictiſ Matt. xii. a. & b. ubi iſti duo caſuſ ponuntur eodem ordine quo hic exponuntur. excepto quod ſequitur. & ait homini qui habebat manum aridā: ſurge & ſta in medium. hoc autem fecit Xp̄uſ ut miraculum eſſet euidentiuſ & ut manife/ſtiuſ argueretur cecitaſ malignantium. ipſi autem repleti ſunt inſipiētia. i. irrōnabili iracundia: cum magiſ deberent eſſe grati de beneficio diuino. & colloquebāt adinuicē quid nam facerent de Ieſu? iam enim tractabant de morte ipſiuſ. Sed Chriſtuſ mori noluit ante tempuſ prefinitum a patre ut implerentur ſcripture prophetarum de ig/nominioſa eiuſ morte. Factum eſt autem in diebuſ illiſ. Poſtq̄m deſcripta eſt uocatio plurium ad Chriſti diſciplinatum: hic conſequenter deſcribitur promotio aliquorum ex illiſ ad apoſtolatum. & primo deſcribitur dicta promotio. ſecundo promotorum inſtructio ibi. & deſcendenſ Ieſuſ de monte. Circa primum dicitur. factum eſt autem in diebuſ illiſ exiit in montem orare. per hoc dicit Xp̄uſ ꝙ promotionem aliquorum ad ſtatum dignitatiſ in eccleſia dei debent orationeſ deuote premitti. ideo ſubditur. & elegit. xii. ex ipſiſ quoſ & Apoſtoloſ nominauit. quibuſ ſuccedunt epiſcopi in eccleſia dei. Symonem quem cognominauit Petrum. ante cōuerſionem eiuſ uocatuſ ē Symō ſed poſtea mutatum eſt nomen eiuſ. ex hoc inoleuit conſuetudo ꝙ quādo quiſ creat in papam mutatur nomen eiuſ. Iacobum Alphei. id eſt filium Alphei & iſte uocatuſ eſt Iacobuſ iuſtuſ: & frater domini quia erat ei ualde ſimiliſ in facie: & in lineamētiſ corporiſ. Iudam Iacobi. i. fratrem Iacobi. Et deſcendenſ. Hic conſequenter poſt ele/ctionem Apoſtolorum ponitur inſtructio de operibuſ perfectioniſ: quia promoti ad gradum maiorem debēt habere maiorem cognitionem: licet autem ſermo xp̄i ſequēſ factuſ fuerit magne multitudini. tamen Chriſtuſ ſermonem ſuum ad Apoſtoloſ prin/cipaliter dirigebat. Dubitatur tamen hic: utrum iſte ſermo fuerit idem cum illo qui a Matthęo deſcribitur. v. capi. & dicunt aliqui ꝙ ſic. tum quia hic & ibi eodem modo incipit̄: cum dicitur. beati pauperes etc. & eodem modo terminatur cum dicitur. oīſ qui audit ſermoneſ meoſ & facit. uerſuſ finem huiuſ ca. & Matt. vii. in fine. Itē illa que ponuntur hic fere ibi ponuntur. Aliſ uidetur oppoſitum. tum quia hic dicitur. & deſcendenſ Ieſuſ de monte Matt. v. dicitur: uidenſ Ieſuſ turbaſ aſcendit in montē. Item hic dicitur: ſtetit in loco campeſtri etc. ibi aūt dicitur. & cum ſediſſet acceſſerūt ad eum diſcipuli eiuſ. & aperienſ oſ ſuum docebat eoſ etc. & ideo iſte ſermo & ille uidēt differre quantum ad locum. quia iſte uidetur factuſ in terra plana & campeſtri aliuſ autem in monte: Item quantum ad faciendi modum quia iſte uidetur eē factuſ a Chriſto ſtando aliuſ autem ſedendo. Item quia multa in illo ponunt̄ que hic omit/tuntur: ut patet intuenti. qui uult tenere primam oppinionem poteſt dicere ad iſta que uidentur contrariari. dicendo ꝙ xp̄ſ primo aſcendit cacumen montiſ ad eligēdum Apoſtoloſ: & ibi docuit eoſ de aliq̄buſ ſedēdo ſecundū ꝙ dicit Mat. ſed poſtea deſcēdit ad aliquam partem montiſ planiorem que hic dicitur campeſtriſ ut ibi conuenientiuſ doceret multitudinem & hoc ſtando: ſecundum quod hic dicitur: ꝙ aut habetur ꝙ multa hic omittuntur que in alio ponuntur: non obſtat quia euangeliſte non ſemper

uniformiter referunt idem factum Xp̄i uel dictum: & q̄ unus omittit alius supplet ut sic conueniant. & cū hoc specialia & singularia dicant. Qui aūt uult tenere secūdā oppinionem potest dicere ad primum alterius opinionis non esse inconuenies q̄ duo sermones a Xp̄o facti diuersis temporibus eodem modo incipiant & terminentur: & eandem materiam saltem pro magna parte. his premissis procedēdū ad diuisionem. qa primo describitur instructio Xp̄i directa principaliter Apostolis. secundo cōmuniter facta turbis ca. viii. Adhuc primo ponitur dicta instructio. secundo eius confirmatio ca. vii. prima in tres. quia in sermone premittit̄ quasi quedā prefatio. secundo subdit̄ ipsa instructio ibi. & ipse eleuatis. tertio infertur intenta conclusio ibi. Omnis q̄ uenit ad me. Circa primum describitur locus cum dicitur. & descendens Iesus de mōte. & faciendi modus cum dicitur. stetit in loco. & expositio patet secundū duplicem oppinionē & assistens populus cum dicitur. & turba discipulorum etc. & cause aduentus cū dicit̄ ut audirent eum & sanarentur. quantum ad illos qui erant infirmi. quia uirtus de illo exibat & sanabat omnes. non est intelligendum q̄ aliqua uirtus existens in Xpristo transiret ad alios eodem numero. sed iste exitus intelligitur inquantum effectus a cā quia uirtus diuina existens in Xp̄o faciebat sanitates in infirmis. qualiter aūt humanitas Xp̄i ad hoc operabatur dictum fuit Mar. v. cap. Et ipse eleuatis oculis. Hic consequenter describitur ipsa instructio. & primo de actibus beatitudinum. secundo de actibus uirtutum ibi. sed uobis dico. Prima in duas: quia primo inducit ad actus beatitudinum. secundo retrahit ab actibus uitiorum contrariorum ibi. ueruntā ue uobis. secundum opinionem illam que dicit eūdem sermonem hic descriptum & Mat. v. tres prime beatitudines hic posite exponantur sicut exposite sunt ibidem. hoc addito: q̄ secunda beatitudo hic posita intelligenda est de esurie iusticie. sicut ibi ponitur beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam etce. Quarta autem beatitudo hic posita que ibi ponitur. viii. non est proprie beatitudo dicenda: sed confirmatio precedēciū ut ibi dictum fuit. secundum oppinionem aliam que dicit istum sermonem alium ab illo. dicendū q̄ saluator hic inducit ad quattuor que uidentur opposita terrene seu mālane beatitudini. quam Bobetius. iii. libro de consol. uocat falsam uel mendacem felicitatē. per quas quidem uirtutes deuenitur ad ueram beatitudinem. beatitudo enim terrena primo consistit in habundātia terrenorum seu bonorum temporalium: que frequēter est occasio multorum malorum. & ideo saluator inducit ad oppositum cum dicit beati paupares: & accipitur hic paupertas uoluntaria per quam aliquis contemnit & abicit a se bona temporalia quantum potest fieri bono modo: ut homo liberius uacet optibus uite contemplatiue. quoniam uestrum est regnum dei. s. in spe. & postea in re. secūdo consistit in hoc q̄ bene sit homini quantum ad corpus uidelicet in cibis & potibus: & huius carnis delectabilibus. & ideo saluator inducit ad oppositum dicens. beati qui esuritis. abstinentes a predictis delectabilibus quantum bono modo potest fieri: ut caro redigatur in seruitutem anime ut sic percipiant̄ consolatiōes diuine: ideo subdit̄ quia saturabimini. inchoatiue in presenti uita percipiendo predictas consolationes: sed perfecte in patria. secūdum q̄ dicitur in psalmo. xvi. satiabor cum appuerit gloria tua. tertio consistit in temporali iocunditate inepta. Ad cuius oppositum inducit: beati qui nunc fletis. cōsyderando q̄ tempus presentis uite non est nisi luctus & tristicie: tū ratione culpe sine cuius commissione uita presens non potest transiri saltem quantum ad culpam uenialem. tum ratione dilationis glorie: secundum quod dicitur Canti. ii. nunciate dilecto quia amore langueo. quarto consistit in fauore hominum & laude ex quibus frequenter hoies supbiunt & in alios uitus cadunt. ideo inducit ad cōtrariū

dicenſ. beati eritiſ cum uoſ oderint hominеſ etc. non ꝙ aliquiſ debeat odium hominum querere & affectare. ſed ꝙa timore huiuſ odii nō debet ueritatē uite iuſticie & doc/trine dimittere: ſecūdū. n. hoc faciebāt ꝓphetiſ. ſ. ueriſ ut patet de Hier. quē ꝓpter ueritatem ab eo dictam reputauerunt proditorem & eum incarcerauerunt & tandem lapidauerunt ut dicunt aliqui: & de Eſa. quem cum ſerra ſecauerunt & de multiſ aliiſ Veruntñ. hic conſequenter retrahit ab actibuſ uitioꝝ contrariorꝝ. d. ue uobiſ diuiti/buſ diuitiſ abutentibuſ. ueruntñ quia multi bene utuntur diuitiſ ſecundum ꝙ dicitur Eccl. xxxi. beatuſ uir diueſ qui inuentuſ eſt ſine macula etc. & beatuſ Ambro. dicit. ſicut diuitie impedimenta ſunt reprobiſ ita probiſ ſunt adiumēta uirtutiſ. ideo ſubdit. qui habetiſ hic conſolationem ueſtram. abutētеſ diuitiſ ad uite uoluptatem. ue uobiſ qui ſaturati eſtiſ. excedētеſ uirtutiſ meritum per gule uitium. ue uobiſ qui ridetiſ nūc per ineptam leticiam. ad peccatum mortale declinantem. ſecundū ꝙ dicit Prouerb. ii. qui letantur cum malefecerint & exultant in rebuſ peſſimiſ. ue cum bñdixerint uobiſ hominеſ per applauſum talem inuitētеſ uoſ in maliſ. ſecundū ꝙ dicit Pſal. ix. laudat peccator in deſyderiiſ anime ſue: & iniquuſ benedicitur. ſecuudū hoc faciebant pro/phetiſ. ſ. falſiſ: qui ad habendum populi applauſum prophetabant falſum ſicut patet iii. Reg. xxii. de Sedechia qui fecit ſibi cornua ferrea ad prophetandum falſa non ſolū uerbiſ: ſed etiam factiſ. ſicut & ꝓphete ueri uerbiſ & factiſ aliqñ uera ꝓphetabāt. Sed uobiſ dico. hic conſequenter inducit ad actuſ uirtutū & primo q̄tum ad uirtuteſ que perficiunt appetitum. ſecundo q̄tum ad illaſ que perficiūt intellectū ibi. dicebat aūt illiſ. iſta tñ diſtinctio non eſt preciſa: ſed a principaliori parte. quia in q̄libet po/nuntur aliqua pertinentia ad perfectionem intellectuſ & uoluntatiſ. Circa p̄mū dicit diligite inimicoſ ueſtroſ. Phariſei & legiſpiti: circa hoc errabāt dicētеſ: ꝙ ſicut amicuſ eſt diligenduſ ita inimicuſ odienduſ: quem errorem remouet ſaluator. dic. diligite etc. quia licet uitium eorum ſit odiendum natura tñ eſt diligenda. Sciendū tñ ꝙ diligere ē uelle alicui bonum. triplex aūt eſt genuſ bonoꝝ: quia quedam ſunt ſpūalia que ſunt bona gratie & glorie & quantum ad hoc omneſ tenentur inimicoſ diligere optādo eiſ bona gratie: quibuſ homo nó poteſt male uti. & ideo tenemur ea uelle etiā inimiciſ: quia oñiſ homo ex caritate eſt diligenduſ. alia ſunt bona nature ut fortitudo corpiſ ſanitaſ ſubtilitaſ ingenii & cóſimilia. Alia aūt ſūt bona fortune. ſ. diuitie honoreſ & ſi/milia & iſtiſ duplicibuſ bonis pñt hoīeſ bene uti & male. ꝓpter ꝙ talia non tenemur inimiciſ uelle niſi in q̄tum faciunt ad eoꝝ ſalutē. bñfacite hiſ qui oderunt uoſ. bñficiētia eſt effectuſ dilectioniſ: & ideo proportionatur ei ſicut effectuſ ſue cauſe: & ideo te/nemur bñfacere inimiciſ in hiſ que ſpectant ad eoꝝ ſalutem pro loco & tpre & aliiſ circumſtantiiſ debitiſ concurrentibuſ. non aūt tenemur in aliiſ & quia ē qd̄dā bñficiū quod a quolibet q̄tumcūq; paupe pōt exhiberi & ptinet ad ſalutem. ſ. orare ꝓ ſalute animaꝝ: ideo iſtud bñficiū pro loco & tpre & aliiſ circūſtātiiſ tenemur exhibere etiā inimiciſ. ideo ſubdit. bñdicite maledicētibuſ uobiſ. imꝑcando eiſ bona gratie & glorie & orate pro ꝑſequentibuſ uoſ. optando eiſ dicta bona. & qui ꝑcuſſerit te in maxillam ꝑbe ei & alterā. Iſtud non eſt ſemꝑ intelligendū q̄tum ad effectū exteriorē: unde & Chriſtuſ in maxilla ꝑcuſſuſ ut habetur Io. xviii. nō obtulit aliam: ſed magiſ ꝑcutientē ſe caritatiue correxit dicenſ. Si male locutuſ ſum teſtimoniū ꝓbibe de malo: ſi aūt bene cur me cediſ. ſed eſt intelligendū ſecundū prepationē animi ſecundū ꝙ dicit Aug. li. de ſermone dñi in monte. quia homo debet habere aīm prepatū ad ſuſtinendū ꝑcuſ/ſionem in alia maxilla anteq̄ ſuſcitaret ſcandalū uel aliquid aliud cōtra caritatē. qui aufert tibi ueſtimentū etiā tunicā noli ꝓhibere. & eodem mō intelligendū eſt ſecūdū

prepationem animi in casu cõsimili. non aũt in casu in quo ex tali ꝓmissiõe nutriret rapiens in malicia sua. immo in tali casu non esset bonum sustinere nisi ꝓpter scãdalũ uel aliquid aliud maius malũ euitandũ. omni petenti te tribue. s. donũ uel uerbũ se/cundum quod dicit Aug. quia si irrationabiliter petat tribuendũ est ei uerbũ oñdẽdo ꝙ irrõnabiliter petat & tunc sicut dicit Aug. melius ei aliquid dabis cũ iniuste petẽtẽ correxeris. Si aũt rõnabiliter petat tribuendũ est ei donũ qđ petit & si sit innecessitate extrema positus talis datio cadit sub p̃cepto. unde dicit beatus Ambr. pasce fame morientem si non pauisti occidisti. aliaś est superogatiõis & qui aufert que tua sunt. ne repetaś. s. in iudicio & hoc intelligendũ est secundũ prepationẽ animi sicut dictum ẽ de auferẽte uestimẽtũ. & prout uultis ut faciãt uobis hoies. hoc ꝛtelligit̃ de uelle rõ/nabili & ordinato tm̃. & uos facite illi similiter. istud facere ꝛ casu necessitatis ẽ p̃cepti in aliś superogationis. & si diligitis illos qui uos diligunt. tm̃mó. que uobis est gratia: i. mercem a deo reddenda in eterna uita. q. d. nulla: quia talis dilectio non ꝓcedit ex caritate que se extendit ad cómunes hoies & ideo nó ẽ meritoria etc. & si bñfacitis etc. eodẽ mó exponendũ est quia bñficientia ẽ effectus dilectiõis ut predictũ est. & si mu/tuũ dederitis. eodem mó exponendũ est. nã & peccatores peccatoribus fenerantur. i. dant mutuũ. qđ patet ex eo qđ subdit̃. ut recipiant eq̃lia nó ultra sortẽ. sed mutuũ equale si uoluerint petere. ueruntñ diligite inimicos uestros. hoc est tã expositũ supra & mutuũ date nihil inde sperantes. i. nihil extra sortem nec seruitiũ nec aliud. sed ex caritate que est principiũ & ratio merendi apud deũ: ideo subdit̃: & erit merces uestra multa & eritis filii altissimi. quia sola caritas diuidit ꝛter filios regni & ꝓditiõis. Estote misericordes sicut pater uester. deus. n. releuat miserias uestras: non expectãdo aliqd a uobis: sed propter suã bonitatẽ. sic homo debet moueri ad releuandũ miseriã ꝓximi propter amorẽ bonitatis diuine. nolite iudicare. qualiter aũt iudiciũ sit peccatũ dictũ fuit Mat. vii. ca. date & dabitur uobis. s. bonũ nature fortune glorie & gratie. dum tñ datio fiat ex caritate. & ideo subdit̃. mensurã bonam: q̃tum ad bona fortune: que aliqñ conferunt̃ ꝓpter opa pietatis. & confertã. q̃tum ab bona nature. sicut sanitas & huiói que etiã aliqñ conferunt̃ ꝓpter opa pietatis. & coagitatã. q̃tum ad bona gratie & supeffluentem. q̃tum ad bona glorie. & ideo dicit Apostolus. i. ad Thim. iiii. pietas ad omnia ualet ꝓmissionẽ uite que nunc est hñs & future. eadẽ quippe mensura etc. quia secundũ ꝙ opa pietatis sunt maiora: sic & retributio diuina. ista tñ maioritas nó est attendenda semp secundũ magnitudinẽ opis exterioris: sed magis secundũ magni/tudinem interioris affectus. unde & Mar. xii. uidua que misit duo numismata in ga/zophilatiũ secundũ testimoniũ saluatoris dicit̃ plus misisse q̃ multi diites qui magna dona miserant. Dicebat autem illis. Hic consequenter inducit Saluator ad uirtutes ꝓficiẽtes intellectũ que sunt sapía de diuinis: & scientia de humanis: inq̃tũ ordinatur in deũ: & iste uirtutes potissime requirunt̃ in ꝓlatis & in rectoribus aliorũ cuiusmodi futuri erant Apostoli & alii Xp̃i discipuli & eoꝝ successores. s. episcopi & sacerdotes curati: & hoc est quod dicit̃. nunqd pót cecus. i. carens sapía & scientia: cecũ ducere. i. ignorantẽ dirigere. q. d. non: ideo subdit̃. nonne ambo in foueã cadunt. i. in trans/gressionẽ & peccatũ: q. d. sic. unde dicit Greg. in past. Cũ pastor ꝓ abrupta gradit̃ consequens est ut grex ad p̃cipitiũ seq̃tur: ideo sequit̃. non est discipulus supra ma/gistrũ. & ideo non ẽ mirũ si ipsũ seq̃tur. unde sequit̃. ꝓfectus aũt omnis erit si sit sicut magister eius. quia si assimilet̃ bono magistro erit ꝓfectus secundũ ueritatẽ. Si autem malo erit ꝓfectus secũdũ q̃ndã transsumptionẽ eo mó loquẽdi quo dicit̃. v. Metap. Sic aũt transferentes & ad mala dicimus calúniatorẽ ꝓfectũ: & latronem ꝓfectũ qm̃

& bonos dicimus ipsos: & latronem bonú: & calúniatorem bonum. & quia prelatus & rector malus non habet frontem corrigendi. ideo subdit. Quid aút uides festucá in oculo fratris tui etc. hoc expositú est Matt. ca. VII. a. bonus homo de bono thesauro cordis sui. qui thesaurus est scientia & uirtus. ꝑfert bonú: ꝑ doctrinã sanam & uitam exemplarẽ. ex habúdãtia enĩ cordis os loquit. quia secundú ꝙ dicit. i. Periar. uoces sunt note. i. signa earú passionú que sunt in anima. i. quia mali rectores dicunt se uicarios Christi: ideo subdit. quid aút uocatis me dñe dñe & non facitis: que dico. q. d. talis autoritas non cedet uobis ad utilitatem: sed magis ad damnationem. Omnis qui uenit ad me. postq̃ saluator p̃m fit suá instructionẽ: hic consequenter inducit ad eius conseruationem: & patet littera ex dictis Matt. VII. ca. f. .VII.

QVm aút impleuisset. Postq̃ descꝑta est Christi instructio: hic cõsequenter ponit eiusdẽ instructionis confirmatio: & primo signo sensibili. secundo facto insensibili ibi. rogabat aút illú. prima in duas: qa primo describunt quedã miracula facta corã turbis. secundo coram discipulis Iohannis ibi. & nunciauerút Iohanni. Circa primum ponunt duo miracula. primũ est de seruo Centurionis sanato. secundú de filio uidue resuscitato ibi. & factú est deincepsentencia prime ptis patet ex dictis Mat. VIII. a. exceptis que secunt. erat morituus ex illa infirmitate nisi ꝑ Christú fuisset sanatus. qui erat illi ꝑciosus. i. carus & dilectus. & ꝓpter hoc uocat eius filius. Io. IIII. c. secúdú Crisost. Alii tñ dicunt ꝙ fuit aliud miraculú ab isto & alia ꝑsona curata hic & ibi: ut ibidẽ plenius dicet. misit ad eos seniores iudeoꝝ Matt. VIII. dicit ꝙ ipsemet accessit ad Iesú. sed hoc non est intelligendú in ꝑsona ꝓpria: sed quia accessit ꝑ amicos & núcios. quod. n. per amicos facimus: facimus quodãmó per nosipsos. ut ueniret & sanaret: centurio non rogabat ut ueniret ad sanandú: ut patet ex littera sequenti. Sed seniores iudeoꝝ missi hoc petierút ꝓter centurionis intentionem: credens ꝙ solo uerbo posset curare eú absq; pñtia corpali. diligit. n. gentem nostrã. i. Iudeos. exquo patet ꝙ erat gentilis positus ibi ad custodiã terre a ꝓncipibus Romanis. & synagogã ipse edificauit licet. n. haberent unú locũ tm̃ ad offerendú sacrificia & oblationes. s. templú qđ erat in Hierusalem: tñ in singulis ciuitatibus & castris habebãt loca in quibus cõueniebãt causa orationis & audiẽdi uerbú dei: que synagoge uocabant. Inuenerunt seruú qui langueret sanatú. uerbo Christo abñtis: ut habet Matt. VIII. Et factú est. hic consequenter describit miraculú de filio uidue resuscitato in ciuitate que uocat Naim. ciuitas ꝓua est in Galylea ꝓpe montem Thabor. & ibant cũ eo discipuli eius & turba copiosa. hoc factú est ut euidentius esset miraculú corã multis factú. ecce defunctus efferebat. ad sepeliendum. antiquitus. n. loca sepulture erant extra ciuitates: ne ex cadaueribus inficeretur habitatio ciuitatis. misericordia motus: sup eã: tú quia esset uidua. tú quia non habebat aliú filiú a quo posset in senectute sustentari. noli flere q. d. cito cõsolata eris: & accessit: & tetigit loculú. i. feretrú. Ad hoc. n. tetigit ut oñderet ꝙ corpus suú deitati unitú esset instrumtú deitatis etiã in miraculis faciendis. de mó aút coopandi ad hoc. dictú fuit Mar. V. & cepit loqui. ut manifeste apperet ꝙ esset uere resuscitatus: & non apparenter tm̃: unde & de Symone mago legit ꝙ apparenter suscitauit quendã mortuú: qui tñ loqui non poterat: ꝑ quod apparuit illã resuscitationẽ fuisse tm̃ appenter: qa ꝓpheta magnus surrexit in nobis. i. ille magnus propheta de quo dicit Deut. XVIII. prophetã suscitabo eis de medio fratrum suorú similem. & intelligit de Christo in lege & prophetis ꝓmissio. ideo subdit. & quia deus uisitauit plebem suã: mittendo eis saluatorẽ. Et nunciauerút Iohãni. hic cõsequẽter ad confirmationem doctrine Christi ponunt miracula coram discipulis Iohãnis facta

cum dicit. in ipsa aut hora curauit multos etc. p hoc rndet questioni Iohannis ondens q ipse esset uere Xpus p miracula soli diuine uirtuti possibilia. ideo subdit. & rndens dixit illis etc. & consequenter ponit Iohannis cómendatio cú dicit. & cum discessissent magis. n. uoluit cómendare Iohannē in abntia discipulos eius: q in pntia. ut eius có/ mendatio non ex fauore humano: sed amore ueritatis procedere uideret. cetera aut patent ex dictis Matt. xi. a. & . b. usq; ibi: & omnis populus. ubi post Iohis cómēda/ tionem ponit euangelista Phariseos & Legispitos cófutationē: & pmo uerbis populi secundo uerbis Xpi ibi. Cui ergo. Circa primú dicitur: & omnis populus. i. simplices & uulgares. & publicani. i. mundanis & publicis negociationibus occupati. iustificauerút deú. baptizati baptismo Iohannis. ex hoc enim q audierunt Christú tam excellēter cómendantē Iohannē ceperút laudare & glorificare deú. tanq iustú & gloriosú: de hoc q erant baptizati a táto & tali & ad penitentiá uocati. & p hoc patet cófutatio Phariseos qui de sua scientia supbientes spuerunt baptismú Iohannis a deo institutú & hoc est qd dicit. Pharisei aut & Legisperiti consiliú dei spreuerunt etc. Cui ergo simles dicā etc. hic consequēter ponit confutatio Phariseos & Legispitos ex uerbis Christi & patet sententia ex dictis Mat. xi. d. Rogabant aut illú. descripta confir/ matione doctrine Christi signo uisibili: hic consequenter describit eiusdē confirmatio facto inuisibili uidelicet p remissionē peccatos mulieris peccatricis: ubi pmo describit locus cú dicit. & ingressus domú Pharisei discubuit. Legit aut Christus manducasse cum peccatoribus ut eos ad penitentiá puocaret. ut habet Matt. ix. Itē cum amicis familiaribus ut eos deuotionē nutriret ut dicit Ioh. xii. de Martha & Maria. Item cum cognatis paupibus ut eos inopiá suppleret: ut habet Io. ii. de nuptis. ubi defi/ ciente uino Christus aquá uertit in uinú. Itē cú Pharisei supbientibus ut eos supbiá confutaret prout hic habet: ut uidebit psequendo. & ecce mulier etc. de peccatis suis plene contrita & pfecte. & stans retro. quia pre uerecundia sui peccati non audebat se anteponere. lachrymis cepit rigare pedes eius. exquo patet magnitudo contritiois exquo tm fleuit q potuerunt lauari pedes uirtus hois nudis pedibus incedentis. & ca/ pillis capitis sui tergebat. qbus ante ad cópositionē uultus abusa fuerat. & osculabat pedes eius. ut totú deo seruiret in penitentia: quicqd ex se deú contēpserat in culpa. secúdú q dicit Greg. & ungento ungebat. ad refrigerium caloris: & mitigationē doloris ex labore itineris. Videns aut. Hic consequenter ponitur Pharisei indignatio. unde subdit. ait intra se dicens: hic si esset propheta. uerus scies occulta. sciret utiq; que & qualis est mulier. & per consequens non pmitteret tangi se ab ea. & rndens Iesus. ad confutationē illius. p hoc. n. q rndit ad eius cogitatióem que soli deo nota est. ondit se plusq propheta. duo debitores etc. pabola est ut cóuenientius concludatur contra Phariseú de sua rnsione que subdit cú dicit. rndens Symon dixit estimo q is cui plus donauit. quia amor in humanis plerúq; causat ex pcedentibus donis: & p consequens ē maior amor ex maioribus donis. Cólequēter eú Xps redarguit ex triplici defectu in gratia hospitalitatis & primo ex defectu pietatis: cú dicit. intrani domú tuā aquā pedibus meis non dedisti. qui tm erant fessi & dolentes ex labore itineris. & lutosi: seu puluerizati eo q sine calciamentis incedebat. secundo ex defectu caritatis: cú dicitur osculú mihi non dedisti. qa est amicicie signú. tertio ex defectu hilaritatis cú dicit. oleo caput meú non unxisti. nā hilaritas seu leticia nois olei designat: ut dicit Psal. xliii. propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie etc. Tria aut dicta requirunt in hospitalitate gratiosa. & econuerso. laudat mulierē de triplici pfectione opposita. ut patet in littera. & ideo concludit. remittunt ei peccata multa. quia dilexit multum.

Videtur aũt q deberet dici contrariũ: quia ꝑmo dixerat donũ esse causã amoris: hic aũt ecõtrario infert amorẽ esse causã doni. dicendũ ad hoc q ꝑmo in ꝑabola loquebat humano mõ: ubi amor ex dono causat. sed in applicatiõe ꝑabole ad ꝓpositũ cõuertit se ad loquendũ de amore dei erga nos q non ꝓcedit ex bonis meritis nostris. sed magis causat bonũ in nobis. & ideo conuenienter concluſit dicto mõ. uel aliter pót dici q in peccato sunt duo remittẽda. s. culpa & pena. culpa aũt ex dei liberalitate remittit cum nullũ bonũ meritoriũ possit esse in nobis sine gratia. quã non habemus añ culpe remissionẽ: sed habita gratia & culpa dimissa: adhuc remanet pena dimittẽda. ad cuius remissionẽ facit bonũ opus nostrũ caritate informatũ: & de hac remissione loq dñs. unde sequit. cui aũt minus dimittit minus diligit. remissio aũt culpe aut nulla est: aut totalis simul: sed remissio pene fit ꝑ ꝓtes & non tota simul de cõmuni cursu licet aliqñ fiat tota simul ꝓpter feruorẽ penitentis: & ex liberalitate dei: hoc fuit in ꝓposito in hac muliere. ideo sequit. remittunt tibi peccata tua. non solũ q̃tum ad culpã: sed etiã q̃tum ad penã ex uehemẽti amore dei & horrore peccati ꝓteriti. quis est hic q peccata dimittit. hoc dicebant quia uidebant tm̃ humanitatẽ exterius appentẽ: sed ignorabãt deitatẽ interius latentem que pót peccata dimittere. fides tua te saluã fecit. quia ista fides fuit formata caritate: & ideo facit habentẽ dignũ uita eterna. De ista muliere peccatrice dubitant doctores utrũ fuerit Maria soror Lazari uel alia de qua dictũ est quid sentiant doctores Io. xi. ibi enim hoc posui qa ꝑmo scꝑsi sup Io. q̃ sup Lu.

ET factũ est deincepſ. Descripta instructione Xꝑi facta .VIII.
Apostolis ꝓncipaliter: hic consequenter ponit eiusdẽ instructio facta Apostolis & turbis cõmuniter. & ꝑmo ꝑmittit q̃si quedã ꝓfatio. secũdo subdit dicta instructio. ibi. cum aũt plurima turba. Circa primũ dicit. ipse iter faciebat ꝑ ciuitates etc. ĩ quo appet Xꝑi diligentia in ope ꝓdicationis. & duodecim cũ illo. i. xii. Apostoli de quoꝝ electione dictũ est supra. vii. non tñ ibant cum illo ad ꝓdicandũ: sed magis ad audiendũ ut possent cõuenientius predicare: ad qđ missi sunt postea. ut patebit ca. ix. & mulieres alique que erant curate etc. ideo sequebant eũ ex deuotiõe. Maria que uocat Magd. sic nota a Magdalo castro: & ista est de qua sermo factus est. c. vii. rõ tñ sui cognitionis diuersimode assignat a doctoribus diuersis. illi. n. qui dicunt q ista fuit soror Lazari dicunt q notata est Magdalene. eo q Magdalũ castrũ cecidit in ꝑtem suã de hereditate paterna. fuit. n. pater eius magnus homo & nobilis bñs dñium in pluribus locis: inter que erat dictũ castrũ. alii uero qui dicunt q ista non fuit soror Lazari: sed alia eiusdẽ nominis dicunt q notata est Magdalene a Magdalo castro: eo q erat inde oriũda. que mĩstrabãt ei de suis facultatibus. apud iudeos esset cõsuetũ q matrone sancte deuote ministrabant doctoribus necessaria ex deuotione: & ideo quia Xꝑus docebat & ꝓdicabat inter iudeos: hoc modo accipiebat necessaria ab eis. Paulus aũt ꝓdicabat gentilibus inter quos non erat talis consuetudo nõ habebat mulieres sequentes ipsũ & ei ministrantes: ut habet infra Cor. ix. ne forte ex hoc gẽtiles scandalizent. Cũ aũt plurima turba. hic consequenter describit ipsius Xꝑi doctrina seu instructio. & primo describit dicta instructio. secundo instructionis cõfirmatio ibi. factũ est aũt. prima in duas: quia primo describit ꝑabola sue ꝓdicatiõis. secundo feruor ꝓdicantis ibi. uenerunt aũt ad illũ. prima adhuc in duas: quia primo parabola proponit. secundo exponit ibi. interrogabant aũt. sententia aũt istarũ duarũ ptiũ patet ex dictis Mat. xiii. a. & b. & c. excepto quod sequit. in ꝑte secũda. nemo aũt lucernã accendens opit eã uase. ꝑ lucernã saluator hic intelligit doctrinã euãgelicã: que nõ est occultanda nec in latebris tm̃ docenda sicut doctrine suspecte & male: sed

in palā coram oīmibus. non est.n. occultū qđ non manifestetur. qa licet Xp̄us aliqñ docuerit discipulos secreto: uoluit tñ ꝙ per eos talia publice docerentur. unde dixit Mat.x. ꝙ in aure auditis predicate super tecta. ideo subditur. uidete quomodo au/ditis. q̄si. d. ad hoc a me auditis ut constanter per orbem predicetis. Qui enim habet dabitur illi. hoc subditur ad ostendendum premium predicationis Apostolorum. qui enim predicant ex fide formata caritate merentur ut sibi detur augmentū gratie in pñti & premiū glorie in futuro. & quiq; non habet. uidelicet fidem caritate formatā & quod habet auferetur ab eo. quia gratie gratis date non ualebunt ei ad salutē: sed magis cedent ad damnatiō is sue augmentationem inquantum abusus fuerit eis. aliter exponitur de Legisperitis & sacerdotibus iudeorum: qui fidem Xp̄i non habuerunt & ideo noticia legis & prophetaꝝ non ualuit ad salutem: sed magis nocuit eis ad aug/mentum sue damnationis. secundum ꝙ dicitur infra. xii. ca. seruus qui sciuit uoluntatē domini sui: & non fecit uapulabit multis. Et uenerunt. hic consequenter describitur seruor Xp̄i predicantis: ex hoc ꝙ propter aduentum matris sue & expectantis foras non interrupit predicationem: licet eam summe diligeret & honoraret. sed respondēs nunciāti sibi aduentum dixit. mater mea & fratres mei hi sunt qui uerbum dei audiūt & faciunt. q.d. ille est mihi propinquus qui spiritualibus operibus est magis intētus. in hac etiam responsione Xp̄us cōfutauit illum qui ei nunciauit aduentum matris: qa secundum doctores nostros maliciose hoc fecit. ut si ex hoc predicationem dimitteret argueret ipsum esse hominem purum carnali affectione motum. Aduertendum tamē ꝙ fratres Xp̄i hic dicuntur cognati sui germani eo modo loquēdi quo apud hebreos fratres dicuntur illi qui sunt de eadem cognatione & hoc modo uocauit Abrahā Loth nepotem fratrem suum ut habetur Gñ. xiii. ca. Factum est autem. hic consequēter describitur doctrine Xp̄i confirmatio que proprie fit per miracula secundū qđ dicit Mar. ult. sermonem confirmante sequentibus signis. & primo describitur miraculum factum in mari. secūdo factum in terra ibi. & cum egressus esset a terra. sentētia p̄me partis patet ex dictis Matt. viii. hoc excepto. transfretemus trans stagnum. Matt. xiii. uocatur mare modo loquendi hebraico quo omnis congregatio aq̄rū in notabili quantitate uocatur mare secundum illud Geñ. i. congregationesq; aquarum uocauit maria: secundum ueritatem aque iordanis fluuii extenduntur ibi in magna latitudine ideo frequenter uocatur mare & aliqñ lacus & aliqñ stagnū sicut hic. & cum egressus esset. hic autem describitur miraculū factum in terra. & primo de curatiōe demoniaci secundo de suscitatiōe filie archisynagogi ibi. factum est autem cum rediisset. sentētia autem p̄me partis patet ex dictis Matt. viii. g. & Mar. v. a. hoc excepto qđ sequit & uestimento non induebatur. amentes enim & demoniaci multa possunt sustinere & pati: que non possunt alias sustinere sicut patet de Nabuch. Dañ. iii. qui per septem annos habitauit cum feris fenum quasi bos comedens. Ipse autem ascendens nauim. reuersus est & rogabat illum uir a quo demonia exierant ut cum eo esset. dimisit aūt ipsum Iesus. i. noluit ꝙ ipsum sequeretur. cuius ratio est: quia discipulis sequentibus Xp̄m data est potestas faciendi miracula ut patebit ca. ix. & x. Si aūt iste q fuerat denomiatus talia faceret: posset a simplicibus & etiam a malicioſis hominibus imputari ꝙ talia faceret uirtute demonis. quod Xp̄us excludere intēdebat. & ex hoc cōsuetū est in ecclesia ꝙ demoniaci & furiosi si curentur non tñ promouentur ad ecclīastica officia. Factum est autem. hic consequēter describitur miraculum de suscitatiōe filie archisynagogi. Circa quod primo ponitur dicti miraculi incohatio. secundo interpo/nitur mulieris patientis fluxum sanguinis curatio ibi. & tetigit dum iret. tertio dicte

ſuſcitationiſ conſúmatio ibi: adhuc illo loquente. ſententia autem iſtarú partiú patet ex dictiſ Matt. ix. d. & Mar. v. c. excepto quod ſequitur. In prima parte excepit ipſum turba. licet enim ſacerdoteſ & legiſperiti ex odio ipſum deſpicerent: & doctrinā eiuſ: tñ cómuniſ populuſ deuote audiebat uerbum eiuſ. & ecce uir cui nomen Iairuſ iſtud nomen non exprimitur Matt. ix. & Mar. v. & ideo hic ſuppletur. Sciendum tamen q̄ iſte uocabatur Iair in ideomate hebreo: ſed nomina propria hebraica quādo tranſferuntur in latinum: frequenter accipiunt hanc ſillabam uſ in fine: ſicut Iacob in hebreo: Iacobuſ in latino. & Saul Sauluſ. & eodem mō Iair Iairuſ. .IX.

QOnuocatiſ autem. Deſcripta predicatione Xp̄i per ſeipſum: hic conſequenter deſcribitur predicatio facta per miſſionem diſcipulorum: & quia p̄dicator uerbi diuini poſt deſcenſum per predicationem ad proximum debet per orationem aſcēdere in deum. ſicut & in ſcala Iacob angeli deſcendebant & aſcendebant ut habetur Geñ. xxviii. Ideo ſaluator primo mittit diſcipuloſ predicare. ſecundo docet eoſ orare. xi. ca. Adhuc circa primum premittitur miſſio Apoſtolorum. ſecúdo ſubdit̄ miſſio. lxxii. diſcipulorum c. x. prima in duaſ: quia primo ſcribitur Apoſtolor̄ miſſio. ſecúdo eorú reuerſio ibi. & reuerſi Apoſtoli. Prima adhuc in duaſ: in partem principalē & incidē/ talem que incipit ibi. audiuit autem Herodeſ. Circa primam partem datur autoritaſ Apoſtoliſ predicandi: & poteſtaſ miracula faciendi: ad confirmationem ſue doctrine. & ſic mittuntur predicare. & patet ſententia huiuſ partiſ ex dictiſ Matth. x. a. & b. Audiuit autem Herodeſ. hec eſt parſ incidentaliſ: quia per predicationē Apoſtolorú facta Xp̄i predicantium. Herodeſ audiuit famā de miraculiſ Chriſti & deſyderabat uidere ipſum magiſ ductuſ curioſitate uidendi miracula: q̄ deuotione. propter quod Chriſtuſ noluit in p̄ſntia eiuſ aliquod miraculum facere: ut habet̄ infra. xxiii. ratiōeſ uero quare aliqui credebant Chriſtum eſſe Iobānem de quibuſ fuit iſte Herodeſ. alii Heliā. alii Ieremiam. alii unú propbetam ex antiquiſ tacte fuerunt breuiter Mat. xvi. d. Et reuerſi Apoſtoli. Hic deſcribitur reuerſio Apoſtolorum de predicatione Circa quod oſtenditur benignitaſ Chriſti. primo eoſ benigne recipiendo. ſecundo eoſ ad maiora incitādo ibi: & factū eſt cum ſoluſ eſſet. Prima in duaſ: quia p̄mo deſcribit̄ benignitaſ Chriſti ad Apoſtoloſ. ſecundo ad populoſ ibi. q̄ cum cognouiſſent turbe. Circa primum dicitur. reuerſi Apoſtoli narrauerunt ei quecunq; fecerunt. licet enim non indigeret tali narratione cum omnia ſciret per ſeipſum. & hoc etiam Apoſtoliſ eſſet notum: tamen retulerunt ei per modum amicabiliſ collatiōiſ diſcipulor̄ cum ma/ giſtro. & aſſumptiſ illiſ ſeceſſit ſeorſum. ut requieſcerēt ſegregati a tumultu populor̄ & ut ſe recolligerent in oratione ſicut fuerant diſperſi in predicatione. Quod cū cog/ nouiſſent turbe. hic conſequenter deſcribitur benignitaſ Chriſti erga populoſ primo recipiendo eoſ curialiter: quod notatur cum dicitur. & excepit illoſ. ſecundo qa pauit eoſ ſpiritualiter. ideo ſubditur. & loquebatur eiſ de regno dei. tertio qa curauit lāg/ uidoſ generaliter. ideo ſubdit̄. & eoſ qui cura indigebāt ſanabat. q̄rto quia corpaliter pauit famelicoſ ut patet in littera ſequenti. cuiuſ expoſitio patet ex dictiſ Mat. xiiii. & factum eſt cum ſoluſ eſſet etc. Hic conſequenter oſtenditur benuolentia Chriſti ad diſcipuloſ incitando eoſ ad meliora: uidelicet ad martyrium. quod eſt p̄cipuuſ actuſ caritatiſ. ſecundum quod dicit ſaluator Io. xv. maiorem dilectionem nemo habet q̄ ut animam ſuam ponat quiſ pro amiciſ ſuiſ. p̄mo igit̄ inuitat eoſ ad martyriū uerbo. ſecundo facto ibi. factum eſt autem dum complerentur. Prima in duaſ. quia primo incitat eoſ uerbo ad martyrium. ſecundo oſtendit martyrii premium ibi. dico autem uobiſ. Circa primum premittitur Chriſti duplex interrogatio & duplex diſcipulorū

resonsio: uidet quid uulgares de Xpo dicerent: & quid Apostoli de hoc sentirent: & patet sententia ex dictis Matt. xiii. ca. Sciendum tamen q interrogatio Christi nó procedebat ex ignorantia: sed ut ex responsione discipulorum qui credebant ipsum esse ueraciter Xpm dei filiú efficatius incitaret eos ad martyriú exẽplo eiusdẽ aíati: qui cum esset tante dignitatis uoluit pro nobis mortem pati. ideo subditur. hoc dicens q oportet filium hominis multa pati etc. patet sententia ex dictis Matt. xvi. f. &. g. excepto q subditur. qui me erubuerit. & sermones meos non audens confiteri Xpm: & ueritatem euangelii. hunc filius hominis erubescet. non reputans eum de suis. ratio autem huius est. quia non solum credere est necessarium ad salutem: sed etiã cófiteri ore: secundum quod dicitur Ro. x. corde enim creditur ad iusticiam: ore aũt cófessio fit ad salutem. hec tamen confessio pertinet ad preceptum affirmatiuum: quia licet obliget semper non tamen ad semper: sed pro loco & tempore: occurrente casu í quo ex omissione confessionis fidei subtrahetur honor debitus deo. ut siquis interrogatus de fide taceret quãdo ex sua taciturnitate crederetur ab aliis ipsum fidem nó habere uel ipsam fidem falsam esse: uel ob eius taciturnitatem alios auerti a fide & sic peccaret mortaliter: & per consequens inter dei filios non esset computandus. Dico aũt uobis. hic consequenter ostendit martyrii premium: ut magnitudo premii auferat terrorem supplicii. & primo describitur illa ostensio. secundo emulationis discipulorum repssio ibi. factum est autem in sequenti die. Circa primum sciendum q in hoc oñdit pmium martyrii inq̃tum ostendit se tribus discipulis suis in forma gloriosa qñ transfiguratus fuit coram eis. quia ad similem gloriam resurgent corpora martyrum: secundú quod dicit Aplús Phil. iii. ca. saluatorem expectamus Iesum Xpm qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratú corpori claritatis sue. & patet sententia huius partis ex dictis Matt. xvii. a. exceptis que secũtur. & facta dum oraret. species uultus eius altera. non est intelligendum q quantitas uel figura faciei Xpi fuerit mutata: sed a gloria anime tunc redundauit in corpus ipsius claritas: que est ꝓprietas corporis glo/riosi. & uestitus eius albus & refulgens. ut claritas uestis corrñderet claritati corporis. erant autem Moyses & Helias uisi in maiestate. scilicet ipsius Xpi qui tunc apparuit in claritate gloriosa ut dictum est. & dicebant excessum eius. i. passionem eius futurã quam sustinuit ex maxima caritate que dicitur hic excessiua nó quia excessit modú uirtutis: sed excellentissimum eius gradum attingebat. Petrus uero & qui cũ illo erãt grauati somno. nam in presentia maiestatis opprimitur fragilitas humana. & nemini dixerunt etc. in illis diebus quicq̃ ex illis que uiderant. & hoc ex precepto domini: ut patet Matt. xvii. ubi precepit eis dicens. nemini dixeritis uisionem hanc donec filius hominis a mortuis resurgat. Factum est autem. hic consequẽter reprimit discipulorꝫ emulatio. & primo facto. secundo uerbo ibi. intrauit autem cogitatio. Circa primum sciendum q eo q Xpus duxit Petrú Iacobú & Iohannem seorsum ab aliis ad uidẽdú gloriam sue maiestatis ut predictum est. alii discipuli qui non dum erant in bono có/firmati: ad humanum passi: moti fuerunt quodam zelo inuidie: contra tres predictos & ideo potestas eiciendi demones fuit eis subtracta: & ideo non potuerunt curare de/moniacum eis oblatum: ut patet in littera. ut hoc auertẽtes resilirent a tali emulatiõe & in fine dicitur eis. ponite uos in cordibus uestris sermões istos. f. filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. ad sui humiliationem. secũdú illud Phil. ii. humiliauit semetipsum. factus obediens usq; ad mortem etc. quasi. d. nó debetis per ambitionem inuicem emulari: sed magis in uobis humiliari. cetera que in hac parte exponenda sunt patent ex dictis Matt. xvii. Intrauit autẽ cogitatio etc. & nó solú

cogitatio interior: sed etiam intentio exterior. secundum q̄ habetur Marc. ix. e. ubi dicitur: si quidem inter se in uia disputauerat quis eorum maior esset: quod reprimit saluator uerbo & exēplo pueri positi in medio. patet sententia ex dictis Mat. xviii. a. & Mar. ix. e. Respondit autem Io. hic ex incidenti respondet sibi facte questiōi. & patet sententia ex dictis Mar. ix. e. Factum est aūt. Superius saluator excitauit discipulos ad martyrium uerbo: Hic autem idem facit facto & diuiditur in duas. quia primo facit quod dictum est. secundo remouet aliqua a suis sequacibus ibi. factum est autem. Circa primum dicitur. factum est cum complerentur dies assumptionis eius. i. passionis per quam transiturus erat & assumpturus erat ad gloriam patris secundū q̄d habetur infra. xxiiii. oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suā. & ipse firmauit faciem suam. i. firmiter disposuit. ut iret in Hierusalem. constanter & prompte ad sustinendum mortem: ut suo exemplo discipulos aſaret. & misit nūcios añ cōspectū suum. ut aduentus eius non lateret. ut prepararent illi. i. hospitium. & non receperūt illum. quia facies eius & euntis in Hierusalem. ex modo incedendi apparebat ut iter eius esset in Hierusalem ad festum paschale in quo & Christus passus est: samaritanis aūt displicebat q̄ aliqui irent in sollemnitatibus Hierusalem orationis causa qa dicebāt q̄ locus orationis esset apud eos in monte Garizim ut habetur Io. iiii. Item quia ex uestimentis Christi & discipulorum eius cognouerunt Samaritani q̄ erant iudei: quia iudei erant distincti ab aliis gentilibus in uestibus: ut habetur Num. xi. Iudei autem erant Samaritanis odiosi eo q̄ contempnebant eos nolentes comedere & bibere cum eis. secundum quod dicitur Io. iiii. nō enim cotuntur iudei Samaritanis. domine uis dicimus ut ignis descendat de celo & confringat illos propter maliciam suam. secundū Amb. hoc bono zelo dixerunt licet indiscreto: unde & allegauerunt simile de Helia unde sequitur. sicut Helias fecit ut habetur. iiii. Re. i. Beda uero dixit q̄ hoc dixerūt impatientes sicut adhuc carnales uolentes uindicari: & ideo reprehenduntur a Christo cum diffusione secundum Ambro. de impatientia. secundum Bedam cum subditur. nescitis cuius spiritus estis. quia in nouo testamento quod est amoris non timoris. sicut ue. te. & ideo procedēdum est suauiter & benigne. unde subditur. filius enim hominis non uenit animas perdere. statim inferendo penam mortis sicut uultis & in hoc datur exemplum prelatis ut non statim cum impetu peccata puniant: sed magis tempus & locum expectent. Factum est autem. Postq̄ Christus incitauit discipulos ad sequēdū ipsum etiam usq; ad martyrium: hic consequenter remouet aliqua a uolentibus sequi Christum. primum est cupiditas terrenorum: cum dicitur. uulpes foueas habent etc. secundum est carnalitas propinquorum cum dicitur. sine ut mortui sepeliāt mortuos suos. & patet sententia istorum duorum ex dictis Mat. d. tertium est inutilis dilatio: que notatur cum dicitur. & alter sequar te domine: sed primum permitte mihi renūciare his qui domi sunt. Sic faciunt qui inutiliter ingressum religionis uel executionē melioris uite diffiniunt: & hoc remouet exemplo conuenienti cū dicitur. nemo mittēs manum suam ad aratrum & aspiciens retro etc. arator enim retro aspiciens facit sulcū tortuosum aut inutilem. sic aspiciens melioris uite statum & habens affectū redeundi ad pristinum statum & predicator uerbi diuini retardans opus predicationis p̄ amicis carnalibus uel terrenis negotiis ineptus ē regno dei adipiscēdo & p̄dicādo. .X.

POst hoc autem designauit. Postq̄ descripta est publicatio doctrine Christi per predicationem Apostolorum: hic consequenter describitur eiusdem publicatio per predicatiōem septuaginta discipulorum. Circa quod primo describit̄ eorū electio secundo ad predicandum missio ibi. ite. tertio eorum reuersio ibi. reuersi sunt autē.

Circa primum dicitur. post hoc autem. i. post missionem Apostolorum ad predicandū designauit dominus Iesus. i. signanter elegit. uel dicit. designauit. quia quos ab eterno predestinauit ad hoc opus: tpraliter ad hoc instituit & applicauit. septuaginta duos. in signū ꝙ post Xp̄i resurrectionē & ascēsionem in celum predicaturi erāt fidē Xp̄i gentibus. lxxii. linguaꝝ. Et illos binos misit. tū ꝓpter mutuā consolationē & ꝓpter mutuā cōseruatiōem ut unus eēt custos castitatis: alterius: & aliorꝝ bonorꝝ. tū ꝓpter confirmationem ueritatis predicande ab ipsis ut in ore duorum testium staret uerbū. tum in signum caritatis que debet esse in predicatore. sed ꝙ exponit beatus Greg. d. binos ergo discipulos in predicationem mittit ut per hoc nobis tacitus innuat ꝙ qui erga alterum caritatem non habet predicationis officium nullatenus suscipere debet ante faciem suam. ut aduentus Xp̄i non lateret. in omnem ciuitatem & locum. quia indifferenter Xp̄us & Apostoli p̄dicabant in ciuitatibus & locis magnis & puis. messis quidem multa. quia multitudo gentium ad suscipiendum uerbum Xp̄i per p̄dicationē Apostolorum erant parati: ut dicit Paulus ad Ro. xi. & patet per effectū in actibus Apostolorum. operarii autem pauci. quia Apostoli & Xp̄i discipuli erant pauci respectu tante multitudinis conuertende: & adhuc est ita: sed ꝙ exponit Gregor. quia licet in ecclesia sint multi curati: & ecclesie ministri: tamen pauci inueniuntur apti ad predicandum ratione uite sancte & sane doctrine ut dicit Greg. super locum istum. ecce mundus sacerdotibus plenus est: & tamen in messe dei rarus ualde inuenit opatius quia officium quidem sacerdotale suscepimus: sed opus officii non implemus. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. qa nullus fit aptus ad predicationem uerbi diuini nisi per gratiam dei & nisi ab eo missus mediate uel imediate. Ecce ego mitto uos. hic consequenter describitur discipulorum missio ad predicandū & patet littera ex dictis Mat. x. ca. ubi que ponuntur hic posita sunt: licet nō eodē ordine: exceptis que sequuntur. neminem per uiam salutaueritis. i. saluum dixeritis in hac uita: in qua quilibet est incertus de salute nisi super hoc certificatus fuerit reuelatione diuina. Sed quia hec expositio licet communis sit: tamen uidetur spiritualis. ideo aliter potest exponi magis ad litteram dicendo. & hoc ostendit quanta diligētia & festinatione predicator uerbi diuini debeat officium sibi iniunctum exercere. qa per hoc intelligit ꝙ non debeat ab officio sibi iniuncto retardari ꝓpter familiaritatē cum aliquo: & tali modo loquendi usus est Heliseus mittens festinanter famulū suum ad suscitationem pueri defuncti. ut habetur. iii. Reg. iiii. ca. dicens. Accinge lumbos tuos etc. & subditur. Si occurrerit tibi homo nō salutes eum & si salutauerit te qspiā non respondeas et: per hoc enim intendebat excludere uerba cum alius retardantia eū ab itinere. edentes & bibentes que apud illos sunt. nihil interrogātes ꝓpter cōscientiā sicut & Paulus Apostolus postea docuit. i. Cor. x. & curate infirmos. qa simplicibus hominibus & illiteratis qualis erant discipuli & promittentibus regnū dei nō crederēt nisi haberent potestatem miracula faciendi ad confirmationem sue doctrine. ue tibi Corrozaim. sententia huius ptis patet ex dictis Matt. xi. d. Qui uos audit me audit. hoc addit saluator in fine ad ostēdendum ꝙ doctrina discipulorum est deuote & reuerenter audienda: saltem ꝓpter reuerentiam ipsius dei. cuius p̄ncipaliter ē doctrina hec. Reuersi sunt autem. hic consequenter describitur. lxxii. discipulorum reuersio: & diuiditur in partem principalem & incidentalem que incipit ibi. & ecce quidā legis/peritus. Circa primam partem ostenditur benignitas Christi erga discipulos reuersos in duobus: uidelicet eos benigne corripiendo: secundo de illorum illuminatione deo patri gratias agendo ibi. in ipsa hora. Circa primum dicitur. reuersi sunt autē. lxxii.

miniſterio ſue legationiſ. completo autem gaudio. tum de ſua predicatione. per quā populum edificauerant: tum de miraculoꝝ operatione: quia demoneſ eiecerant. unde ſubditur dicenteſ. domine etiam demonia ſubiiciuntur. ueruntamē quia ex hoc nimiſ gloriabantur tanꝙ adhuc infirmi & imperfecti: ideo hic gloria reprimit̄ cum ſubdit̄. & ait illiſ. uidebam Sathanā ſicut fulgur de celo cadentē. fulgur enim cadit celeriter manifeſte & cum fetore & inflammatione: ſicut demoneſ de celo empyreo ceciderunt in inſtanti & uidentibuſ ſanctiſ angeliſ: & cum fetore peccati proprii ad inflāmandū homineſ per temptationē parati. & cauſa huiuſ ruine fuit elatio ſiue ſuperbia: de ſua excellentia. q. d. ſaluator diſcipuliſ. cauere diligenter debetiſ ne ex elatione & prāte uobiſ conceſſa ſicut demoneſ nimiſ eleuamini & ſic corruatiſ. ecce dedi uobiſ prātem calcandi ſuper ſerpenteſ & ſcorpiōeſ etc. & ſic in aduentu Xp̄i uidetur impletū illud Eſa. xi. quod dicitur de ſerpentibuſ: non nocebunt & non occident in uniuerſo mōte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia domini. uidelicet p p̄dicationem Chriſti & diſcipulorum eiuſ. ueruntn̄ in hoc nolite gaudere. quia ſigna facere in hoc aliquādo in hoc conceſſum eſt: etiam maliſ hominibuſ: ut habetur Matt. vii. non ꝓpter ip̄oſ ſed ad confirmationem fidei Chriſti p̄dicate per ipſoſ. gaudete aūt quia noīa ueſtra ſcripta ſunt in celiſ. i. in libro uite in quo aliquorum nomina dicuntur inſcribi. dicit̄ uno modo ſecundū preſentem iuſticiam: alio modo ſecundum eternam p̄deſtinationē & utroq; mō nomina eorum erant ſcripta in celiſ: quia erant predeſtinati: excepto Iuda proditore: & cum hoc habebāt gratiam dei. quia illa glorificatio quā habuerūt de eiectione demonum ut predictum eſt nō fuit mortale peccatum: ut patet ſentētia ex dictiſ Matt. xi. g. uſq; ibi. beati oculi etc. & patet ſententia huiuſ partiſ ex dictiſ Matt. xiii. b. Ecce quidam legiſperituſ. hec eſt parſ incidentaliſ in q̄ ponitur duplex incidens. primum eſt Chriſti rñſio ad legiſ doctorem. ſecundum eſt excuſatio Marie erga ſororem ibi. factum eſt autem. prime partiſ ſentētia patet ex dictiſ Mat. xxii. g. & Mar. xii. e. uſq; ibi. ille autē uolens iuſtificare ſeipſum. quod exponit̄ dupliciter uno modo q̄ uellet ſe iuſtificare ſecundum apparentiā. alio modo ſecundum ueritatē querens a Chriſto intellectum precepti huiuſ ut opere adimpleret: & cauſa huiuſ du/plicis expoſitioniſ eſt: quia ſicut dictum fuit Matt. xxii. Iſte uidetur primo ueniſſe ad Chriſtum mala intentione: & ſecundum hoc procedit prima expoſitio. Sed poſtea Chriſti uerbiſ compunctuſ fuit: & ideo dixit ei Chriſtuſ non longe eſ a regno dei: ut habetur Mar. xii. & ſecundum hoc procedit ſecunda expoſitio. quia non appet clare ex textu utrum queſtionē de ꝓximo fecerit ante compunctionem uel poſt. homo qdā deſcendebat de Hieruſalem in Hiericho. ſecundum aliquoſ eſt hic parabola. ſecundū aliоſ eſt reſ geſta: quia inter Hieruſalem & Hiericho erat quedam ſolitudo ubi fre/quenter homineſ tranſeunteſ ſpoliabantur a latronibuſ & occidebātur. in q̄ ſolitudīe captuſ fuit Sedechiaſ fugiens ab exercitu Nabuch. ut habet̄ Iere. ult. Moraliter tñ exponitur de peccatore deſcendente a ſtatu iuſticie in peccatum mortale: q ſpoliat̄ a demonibuſ: & relinquetur ſemiuiuuſ. quia totaliter ab eo uita gratie: remanēte uita nature. cui Chriſtuſ appropinquanſ in ſua benedicta incarnatione alligauit eum. in/fundens oleum miſericordie cum uino iuſticie. & duxit in ſtabulum. i. domum eccleſie ubi ſimpliceſ reficiuntur. & altera die. i. poſt reſurrectionem ſuam dedit ſtabulario. i. cuilibet Apoſtolo duoſ denarioſ. i. intelligentiam noui & ueteriſ teſtamēti: quia apuit illiſ ſenſum ut intelligerent ſcripturaſ: ut habetur infra. xxiiii. & eiſ curam peccantiū & penitentium commendauit: promittenſ pro ſolario uitam eternam: uade & fac tu ſimiliter. ex reſponſione concludenſ q̄ propinquitaſ generiſ non facit proximum: ſed

opus misericordie impensum. Factum est autem. Hic ponitur secundum incidens qđ est excusatio Marie erga sororem suam ubi premittitur locus cum dicitur. & ipse intrauit in quodam castellum. s. Bethanią. & mulier quedam Martha nomine excepit illum in domum suą. Ad illam enim domum Xp̃us frequenter diuertebat & secure. tum propter deuotionem ibi habitantium tum quia plura beneficia eis cõtulerat: qa ipsam Marthą a profluuio sanguinis sanauerat: secũdum Amb. & Mariam a septem demonijs liberauerat: secundum illos doctores qui dicunt illam fuisse sororem Lazari sicut dictum est supra. vii. ca. que etiam sedens secus pedes dñi audiebat uerbũ illius. intenta operibus uite cõtemplatiue. Martha aũt satagebat circa frequẽs ministeriũ occupata in operibus uite actiue. que stetit. quia fessa labore ministerii. discurrendo per domum: ut Xp̃us & eius discipuli essent conuenienter recepti. & ait. dñe nõ ẽ tibi cure etc. conquerens de ociositate sororis sue & de Xp̃i negligentia hoc permittẽtis. & rñdens dixit illi dñs. excusando Mariam. Inuenitur aũt Maria accusata tripliciter s. a pharisęo de presumptione seu temeritate. eo ꝙ Xp̃m tetigit recumbentẽ: ut dictũ est supra. vii. c. & hoc secundum illos qui dicunt illą fuisse sororẽ Lazari & Marthe Item a Iuda de prodigalitate ꝙ pretiosum ungentũ infudit ad pedes Iesu unxit: ut habetur Io. xii. tertio a sorore de ociositate ut hic dicitur. & ubiq; Maria tacuit: & Christus eam excusauit ostendens pharisęo quod factum Marie non erat p̃sũptiõis. sed deuotionis. Item oñdens Iude & aliis discipulis ꝙ illa effusio ungenti nõ erat prodigalitatis: sed pietatis. Item quia ostendit sorori ꝙ sessio Marie non erat ociosa: sed melioribus actibus applicata. Ideo sequitur. Martha sollicita es & turbaris erga plurima. quia opera actiue uite sollicitudinem & distractionẽ mẽtis inducũt & frequẽter perturbatiõem ingerunt. Porro unum est necessarium. s. ipse deus qui unus est pre omnibus querendus. uel unum. i. unitas mentis in deum. & istud respicit uitą contemplatiuą per quam mẽs adheret deo: qui est simpliciter unus. secundum ꝙ dicit Aplũs p̃ma Cor. vi. qui adheret deo unus spiritus est. sicut econuerso. per uitam actiuam intendendo creaturis que multe sunt anima diuiditur. Maria optimą partem elegit q. d. non tu malam: sed illa meliorem. distinguitur enim duplex actio a doctoribus: una que consistit in exercitio uirtutum moralium: & ista disponit ad contemplationẽ secundũ ꝙ dicit Greg. vi. moraliũ. qui contemplationis arcem tenere desyderant necesse est prius in campo actionis se probent. cuius ratio est. quia secundũ Phylo. vii. Phys. sedendo & quiescendo fit anima scienś & prudens. sedatis enim passionibus & tumultibus passionũ per exercitium uirtutum moralium dispõitur aią ut libere possit eleuari in contẽplationẽ ueritatis. exquo patet ꝙ talis actio ordinatę ad cõtẽplationẽ sicut ad finem. finis aũt melior est his que sũt ad finem. & ideo de tali actiõe cõcedũt omnes ꝙ contemplatio est melior. alia aũt est actio que sequitę contemplationẽ procedens ex plenitudine cõtemplationis sicut est docere & in regimine animaꝝ laborare & huiõi. de tali actione dicunt aliqui ꝙ est melior ipsa contẽplatione & de ista actiõe non loquitur hic Xp̃us ut patet intuenti. alii uero dicunt ꝙ etią ista actione contẽplatio melior est. quia illud quod simpliciter preelegitur uidetur melius absolute q̃ illud quod preeligitur in casu. sicut philosophari melius est simpliciter q̃ ditari. licet ditari sit magis eligibile in casu magne paupertatis. contemplatio aũt est p̱ se eligẽda cura aũt est regimen animarũ ad quod spectat populum docere & dirigere in salutem est eligenda uel potius suscipienda in casu necessitatis fraterne. unde dicit Aug. xix. de ciuitate dei. ocium sanctũ querit caritas negociũ iustum suscipit necessitas caritatis q̃ sarcinã si nullus imponit intuẽde ueritati uacandũ est: si autem imponit suscipiẽda

est propter caritatis necessitatem. que nó auferetur ab ea. opera enim uite actiue nó habent locum nisi in pñti uita: & ideo adueniente futura auferetur si contemplatio prime ueritatis non tollitur nisi q̃tum ad illud quod est ibi imperfectionis: qa uidemus nunc p speculum in enigmate: tunc aút facie ad faciem secundú qđ habeť. 1. Cor. xiii.

ET factú ē. Postq̃ xp̃s misit discipulos p̃dicare: hic cósequēter docet .XI. eos orare. & primo inducit eos ad orationis instantiá. secundo ad fidei cóstantiá ca. xii. & secundo inducit populos ad penitentiam ca. xiii. Circa primum sciendum q̃ ad orationem debitá duo requiruntur: uidelicet affectio pura & intentio recta. p̃mo igitur inducit ad primum. secundo ad secundum ibi. nemo lucernam accendit. Adhuc circa primum premittitur instructio discipulorú. secundo confutatio emulorum ibi. & erat eiciens demonium. Adhuc circa primum primo docet modum orandi. secundo orationem continuandi ibi. & ait ad illos. Circa primum premittitur Christi oratio: quia cepit facere & docere ut dicitur Act. i. & ideo eius orationem premittit cum dicit cum esset in loco quodam orans. Sciendum tñ q̃ Christus non orauit inquantú deus quia non competit ei orare: oratio enim est explicatio proprie uoluntatis apud deum ut eam impleat. uoluntas aút diuina per seipsam est effectiua eorum que uult secúdú illud Psal. omnia quecunq; uoluit dñs fecit. Sed quia Christus inq̃tum homo habuit uoluntatem humaná que non est per seipsam efficax ad implendum ea que uult nisi per uirtutem diuinam: ideo Christo secundum q̃ homo competit orare: orauit igitur ut pro nobis impetraret & ut exemplum orandi nobis daret: orauit etiam pro seipso ad obtinendú quod sibi deerat. s. gloriá corporis. Io. xvii. clarifica me pater. Consequenter docet discipulos orare: cum dicitur. cum oratis dicite pater noster etc. patet sentētia ex dictis Matt. vi. b. Sciendú tñ q̃ Lucas hic omittit duas petitiónes orationis dñice. s. tertiam & septimam. quia tertia implicite continetur in duabus precedētibus si enim gloriam dei principaliter queramus & participationem regni eius que cótinēť in duabus primis petitionibus bene uoluntatem eius facimus & eius uolútas impletur in nobis. qđ continetur in tertia petitióe que est: fiat uoluntas tua etc. Similiter septima que est. sed libera nos a malo. continetur in. vi. Si enim in temptationem non inducimur ei succumbendo: sed magis preualemus resistendo bene liberamur a malo. Et ait ad illos. Hic consequenter inducit ad orationis instantiam. primo per exēplú eius qui nó solum ab amico impetrat illud quod est sibi necessarium propter amicitiá sed etiá ppter petēdi continuationē. Moraliter aút iste amicus intelligitur ipse deus a quo prouenit nobis omne bonum. tñ aliqñ differt dare id quod dare intendit ut qđ est nobis necessarium impetramus a deo per orationis instantiá & tale est qđ pertinet ad salutem. qñ enim ista tria concurrunt uidelicet q̃ aliquis petit pie. i. de pūētibus ad salutem: & pro se & perseueranter seu continue semper impetratur quod petitur ab eo: non tñ semper statim datur: sed aliqñ differtur ut congruo tempore detur. Si aút aliquis petat de impertinentibus ad salutem: non semper exauditur: qa frequēter sibi non expedit exaudiri: similiter si petat de pertinētibus ad salutem pro alio: aliqñ non exauditur propter defectum illius pro quo petit. Item si petat pie & per se: nó perseueranter impeditur effectus propter defectú orationis: ideo subditur. petite perseueranter. & dabitur uobis. tribus p̃dictis cócurrentibus. & patet sententia ex dictis Mar. vii. a. Et erat eiciens. Posita instructione discipulorum de sancta affectione in orando: hic consequenter describitur confutatio emulorum de praua affectione facta Christi peruerse deprauando: & primo describitur eorú emulatio. secúdo eoq̃ confutatio ibi. ipse aút ut uidit. Circa primú sciendú q̃ aliqui malignantes miraculis

Christi detrahebant: dupliciter: uno modo attribuendo uirtuti demonis: & hic modus dictus est Matt. ix. g. alio mó miracula Xp̃i reputando parua eo q̃ erant circa inferiora utpote circa sanitates corporum & huiói. & ideo querebant ab eo signa fieri circa corpora celestia sicut tpre Iosue sol stetit immobilis spacio unius diei: ut habetur Iosue. x. & tempore Ezechie retrocessit. x. gradibus ut habetur Esaie: xxxviii. & hoc notatur cum dicitur. & alii temptantes. Ipse aũt ut uidit. Hic consequenter describitur confutatio malignantium predictoq̃: & primo illoq̃ qui opera Xp̃i demoni attribuebant. secundo illoq̃ qui signũ de celo querebant ibi. turbis aũt concurrẽtibus. Prima in duas: quia primo confutantur uerbo Xp̃i eorum maliciã arguẽtes. secũdo uerbo mulieris deuote Xp̃m confitentis ibi. Factum est aũt. sententia aũt prime pts patet ex dictis Mat. xii. c. & . e. & . d. & . f. Factum est aũt. hic ponitur cõfutatio predictoq̃ uerbo mulieris uirtutem Xp̃i confitentis cum dicitur: factum est aũt cum hoc diceret. s. Xp̃us rñdens blasphemis iudeorũ. extollens uocem. i. ex corde & constanter & alte proferens laudem Christi contra uituperium iudeoq̃. quedam mulier. Ista a sanctis & doctoribus dicitur fuisse sancta Marcella famula beate Marthe sororis Lazari. beatus uenter qui te portauit. matrem beatificat & laudat ex filio & non econuerso: quia ab ipso prouenit gratia & gloria principaliter ratione deitatis & instrumentaliter ratione humanitatis: quia humanitas Christi est organum coniunctum ipsius deitatis. at ille dixit. cõmendando fidem & constantiã mulieris & aliorum similium. quimo beati qui audiunt etc. istud quimo non dicitur aduersatiue sed concomitatiue. q. d. non solum illa que me portauit beata est: sed etiã qui audiũt uerbũ dei corde credentes & opere adimplentes. unde dicit beatus Aug. libro de uirginitate. q̃ beata Maria felicius concepit deum mente per fidem: q̃ corpus p carnis assumptionem. Turbis aũt. hic consequenter ponitur confutatio illorum qui signa de celo querebant: & patet sententia ex dictis Mat. xii. e. Nemo lucernam accendit. qa sicut dictum est in deuota oratione requiritur affectio sancta & intentio recta. Ideo postq̃ saluator docuit discipulos de sancta affectione: hic consequenter instruit eos de recta intentione: & quia recta intentio que dirigit omnia ad gloriam dei corrũpitur per hypocrisim que ordinat omnia ad propriam laudẽ: ideo saluator primo discipulos de recta intentione instruit: secundo de hypocrisi emulos arguit ibi. & cum loqueret. Circa primum sciendum q̃ intentio recta est actus uoluntatis tendentis in finẽ debitũ per aliquid ad finem debito modo ordinatum: sicut cum aliquis dat elemosynã ppter deum: per hoc tendens in ipsum deum & ideo preexigit actũ caritatis in deũ tendẽtis sicut in finem propter quem eligitur id quod est ad finem. preexigit etiam actũ fidei uel cognitionis: cuius est ordinare hoc in illud: lucerna aũt hic accipitur p intentiõe recta ut uidebitur: ideo dicit saluator. nemo accendit lucernam. quia intentio recta includit lumen fidei & ardorem caritatis: ad modum lucerne ardentis: & in abscõdito ponet. & sub modio: quia intentio recta dirigit ad superna. ideo sequitur. Sed super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen uideant. Sicut enim lucerna in alto posita illuminat ea que sunt in domo materiali sic intentio recta ea que fiunt & disponunt in domo ecclesie & etiam in domo conscientie. ideo subditur. lucerna corporis tui est oculus tuus. hec est locutio metaphorica quia corpus hic accipitur pro congerie cõpositionum. Sicut corpus materiale est quedam compositio membrorum diuersorũ & ideo sicut oculus dirigit membra ad operandum ut pedem ad ambulandum: manum ad scribẽdum: sic intentio recta prout includit fidem & caritatem ut predictum ẽ dirigit uarias opiniones in finem debitum. ideo subditur. Si oculus tuus fuerit simplex. id est

intentio tua recta ſine plica falſe ſimulatióiſ: totú corpuſ tuum. i. congerieſ opationú tuarum. lucidum erit. i. meritorium uite eterne. dum tñ opationeſ ſint bone de genere uel ſaltem indifferenteſ. aliter non caderent ſub recta intentione. Si aũt neq̃ fuerit. i. intentio peruerſa. etiam corpuſ tuum tenebroſum erit. i. congerieſ opationum mala erit: quia opuſ bonum de genere malum efficitur ex peruerſa intentione: ſicut cum aliquiſ dat elemoſynã mulieri paupercule intentióe trahendi eam ad peccatú luxurie ideo ſubditur: uide ergo. i. diligenter attende ne intentio tua ſit peruerſa: quia p̃ hoc corrumpentur omnia bona. ſi ergo corpuſ tuum. i. congerieſ opationum: totú lucidú fuerit: tñ ex bonitate operiſ de genere. erit lucidum totum. quia omnia cedẽt ad uite eterne meritum. & ſicut lucerna fulgoriſ illumiabit te. in p̃ſti per gratiã & in futuro per gloriam. Et cum loqueretur. hic conſequenter arguit emuloſ de hypocriſi que ẽ corruptiua recte intentioniſ. & primo ponitur X̃pi arguitio. ſecundo reprehenſorú obſtinatio. cum hoc ad illoſ diceret. Prima in duaſ: quia primo arguit Phariſeoſ & ſecundo legiſperitoſ ibi. rñdens aũt. Circa primum dicitur: rogauit illum quidã phari/ riſeus ut pranderet apud ſe. utrú aũt ex deuotione ſeu cauillatióe ipſum inuitauerit hoc non dicitur: uidetur tñ ex fine huiuſ capituli q̃ malicioſe eum inuitauerit: ut iter epulaſ aliquid calumpniabile de uerbiſ Chriſti audiretur. ipſe aũt ingreſſuſ recubuit. Sed hoc uidetur eſſe contra doctrinam eiuſ: quia mittenſ diſcipuloſ ad predicandum dixit eiſ. in quãcúq; ciuitatem aut caſtellum intraueritiſ interrogate quiſ in ea dignuſ ſit & ibi manete: ut habetur Matt. x. iſte aũt phariſeuſ erat indignuſ ut uidetur ex ſequentibuſ. dicendum q̃ non eſt ſimile de Chriſto: & de diſcipuliſ eiuſ. quia ex coha/ bitatione cũ peccatoribuſ nõ poterat peiorari ſicut diſcipuli: qñ erant ab eo ſegregati ad exequendum actum predicandi: & maxime quia non dũ erant confirmati: & ideo Chriſtuſ domum phariſei intrauit ut haberet occaſionem arguendi uitia phariſeorum Phariſeuſ aũt intra ſe reputanſ dicere. quare non eſſet baptizatuſ. i. locuſ ſecundum traditioneſ iudeoꝝ. & ait dñſ ad illum. per hoc aũt quod rñdit cogitationi eiuſ: oñdit ſe eſſe deum cui nuda ſunt & aperta ſecreta cordium. nunc uoſ phariſei quod de foriſ ẽ etc. quia de mundicia exteriori in uaſiſ & corporibuſ ſuiſ erant multum ſolliciti: & de mundicia interiori mentiſ ipſiuſ negligenteſ: cum tñ deberet eſſe ecóuerſo. qa interior mundicia neceſſitatiſ eſt: exterior aũt ſolũmó honeſtatiſ: que põt omitti ſine peccato & ideo Chriſtuſ predictam lotionem omiſit ut haberet occaſionem arguendi phariſeoſ de exteriori mundicia tm̃ curanteſ & interiorem negligenteſ. ideo ſequitur. q̃ autem intuſ eſt ueſtrum plenum eſt rapina. aliorum bona uiolenter accipiendo. & iniquitate fraudibuſ eoſ decipiendo. Veruntñ quod ſupereſt date elemoſynam. quia p̃mo debet fieri reſtitutio & de eo quod remanet elemoſynarũ largitio. & ecce omnia mũda ſũt uobiſ: quia elemoſyna magnam habet uirtutem ad peccatorũ remiſſionẽ: ut habetur Dañ. iiii. peccata tua elemoſyniſ redime. etc. ſed quia phariſei ex hypocriſi non ſolũ querebant exteriorem mundiciam: ſed etiam apparentem iuſticiã: ideo ſubditur. Ve uobiſ phariſeiſ. quia decimatiſ mentam & rutam. etc. ut per hoc apparerẽt iuſti qua ſi uolenteſ implere mandatum de decimiſ reddendiſ etiã circa minima: ut p̃ hoc crederẽt multum uoluntarii ad implendum diuina mãdata. cum tñ eſſent trangreſſoreſ in ma/ioribuſ: ideo ſubditur: & preteritiſ in deum & iuſticiam. ſubuertendo & caritatẽ dei. opera miſericordie omittendo: & quia honor eſt premium uirtutiſ ſecundum Philoſ. ideo ex appetitu apparentiſ iuſticie ſequitur appetituſ indebituſ honoriſ. ideo ſequitẽ ue uobiſ phariſeiſ qui diligitiſ primaſ cathedraſ etc. & quia uitia occulta a deo punitẽ grauiuſ quanto peccatoreſ taleſ uolunt aliiſ preferri in honoribuſ. ideo ſequitur: Ve

uobis. In hoc est comminatio pene eterne. quia estis ut monumenta. i. sepulchra. & dicit monumentum quasi mouens mentem: quia uiuentes per hoc mouentur de sua morte cogitare. que non apparent. s. exterius qualia sunt interius: quia aliqñ pinguntur & ornantur exterius: & fetoribus replentur interius. Respondens aũt. Hic cõsequẽter Xp̃us arguit legisperitos: peccata enim eorꝝ publica & manifesta erant. & ideo xp̃us eis contumeliam non faciebat publice arguendo prout iste legisperitus imponebat ei & ideo Xp̃us eos arguit de tribus. primo de immoderata dñatione cum dicit. & uobis legisperitis ue: quia ornatis homines etc. & patet sententia ex dictis Matth. xxiii. a. secundo arguit eos de falsa releuatione cum dicitur. ue uobis qui edificatis. & patet sententia ex dictis Mat. xxiii. e. excepto qd̃ subditur. profecto testificamini ꝙ cõsentitis operibus eorũ. uidetur magis sequi contrariũ. ad hoc enim ornabãt sepulturas prophetarum ut uiderentur iustiores patribus suis qui occiderunt illos: ut habet exp̃sse Matt. xxiii. & ideo dicendũ ꝙ istud testificamini refert ad hoc ꝙ ipsi psequebãt Christũ: qui erat propheta magnus eis p̃missus: & discipulos eius: ideo subdit. propterea sapientia dei dixit. i. Christus qui est sapientia patris. mittam ad illos prophetas etc. ꝙ autem hoc sit dictũ a Christo patet Mat. xxiii. f. ubi dicitur ideo. ecce ego mitto ad uos prophetas & scribas & ex illis occidetis & crucifigetis etc. tertio arguit eos de peruersa expositiõe sacre scripture cum dicitur. ue uobis legisperitis qui tulistis clauẽ scientie. clauis scientie est autoritas docendi per quam debet intellectus ueri latens interius aperiri & ipsi econuerso claudebant peruerse interpretando ut patet circa preceptum de honore parentum quod euacuabant per doctrinam suam prout dictũ fuit Mat. xv. a. & etiam de pluribus aliis preceptis: ut dictum fuit Matt. v. ipsi nõ introistis ad intellectũ ueritatis & eos qui intrabãt. i. intrare desyderabant p̃hibuistis per peruersitatem doctrine uestre. Cum hoc ad illos diceret. hic cõsequẽter describit̃ pharisеorum & legisperitorum obstinatio qui ex uerbis Christi non fuerunt emẽdati. sed magis peiorati: ideo subditur. ceperunt pharisei & legisperiti: grauiter insistere: ut eum terrerent & stupefacerent: quia conturbati minus preuident. & os eius opp̃mere de multis ut sic ex uariis quesitis & obiectis extraherent aliquid calumpniabile de ore eius ut accusarent eũ sicut postea fecerunt corã Pilato ut habet. xxiii. a. .XII.

QVitis aũt turbis. Postq̃ Christus induxit discipulos ad orationis instantiã: Hic consequenter inducit eos ad fidei constantiã & hoc tripliciter. primo disuadẽdo quedam a fide retrahentia. secundo persuadendo quedam in fide stabilientia ibi. Nolite timere. tertio ostendendo ad fidem trahentia. dicebant aũt. Retrahentia aũt a fide sunt quattuor. s. astutia. seductorum seuicia. persecutorum auaricia. cupidorum cura nimia necessariorum. & secundum hoc prima pars diuidit̃ in quattuor. secũda incipit ibi. dico aũt uobis. tertia ibi. aut aũt et. q̃rta ibi. dixitq; ad discipulos suos. Circa p̃mũ sciendum ꝙ heretici moderni per simulationem sanctitatis frequenter corrũpunt fidẽ simplicitũ: & hoc mõ faciebant pharisei qui erant hypocrite ut patet ex p̃dictis: & per hoc auertebant multos a fide Christi quod Christus docet cauere dicens. Attendite a fermento pharisеorum. ne. s. per eorum hypocrisim auertamini a fidei ueritate. Nihil aũt apertum est quod non reueletur. quia eorũ falsitas in iudicio dei manifestabit̃. qm̃ que i tenebris dixistis. hoc refertur ad seductores: modus enim seductorꝝ ẽ in tenebris & occultis docere. sed talia uenient in palam in iudicio extremo. & hoc notatur cum dicitur. predicabitur in tectis. domus. n. in terra illa habẽt plana tecta ubi cõgregant̃ homines ad spaciandum & confabulandum & ideo illa que dicuntur ibi publice dicuntur & hoc mõ exponit Theophilus. Beda aũt exponit hoc referẽdo ad discipulos Christi

quorum ea que paſſi ſunt in tenebriſ carcerum & preſſurarum declarata ſunt p orbem ad gloriam eoꝝ: ſed prima expoſitio magiſ cócordat littere precedenti. Dico autem uobiſ. Hic deſcribitur ſecundum retrabenſ a fide quod eſt ſeuicia perſecutorú quam Chriſtuſ docet non timere. & patet ſententia ex dictiſ Matt. x. c. exceptiſ que ſecũt nonne quinq; paſſereſ ueneunt. i. uenduntur. diſpódio: diſpondium eſt ſpecieſ monete & ualet duplex Aſ. & ideo quinq; paſſereſ uendebant diſpondio: ut hic dicitur & duo Aſſe ut habetur Matt. x. quia quintuſ paſſer non poterat diuidi. & ideo remanebat uendenti. ſicut qñ dantur quinq; oua pro uno denario: non dantur niſi duo p obolo. & omniſ qui dicit uerbum in filium hominiſ. i. contra Chriſti humanitatem. remittet illi. id eſt non eſt ita grauiſ ad remittendum ſi ſicut uerbum blaſphemie dictum contra deitatem. & hoc fuit expoſitum diffuſe Matt. xii. d. cum aũt inducent uoſ. Iſtud fuit expoſitum Matt. xii. c. Aut aũt et quidam. Hic Chriſtuſ diſuadet tertium retrabenſ a fide quod eſt immoderata concupiſcentia terrenorum. ubi premittit cuiuſdam cupidi petitio dicentiſ Chriſto. Magiſter dic fratri meo ut mecum diuidat hereditatem. incó/ uenienter petebat quia non erat tempuſ nec locuſ nec Chriſtuſ erat tpralibuſ intẽtuſ. nã ea contẽnere docebat. & ideo Chriſtuſ rñdit et. homo carnaliſ & rudiſ & terrenuſ. quiſ me conſtituit etc. Similiter Apoſtoli ut uacare poſſent uerbo dei curã tpraliũ a ſe abiecerunt dicenteſ Act. vi. non eſt equum noſ derelinquere uerbum dei: & mini/ ſtrare menſiſ. & ideo ex hoc conſequenter Chriſtuſ eoſ docuit cauere auariciam que a deo ſeparat. unde ſubditur. quia non in abundantia cuiuſq; uita eiuſ. que. ſ. ſpũaliſ per quam coniungitur deo. nec etiam corporaliſ. quia propter abundantiã & ſuper/ fluitatem morſ plurium acceleratur. multo enim plureſ moriuntur ex repletióe q̃ ex attenuatióe. uite etiam pauperum nulluſ inſidiatur. diuiteſ aũt in nullo loco ſũt ſecuri & in oĩi cibo & potu timent intoxicari. dixit aũt ad illoſ ſimilitudinẽ ad ſuũ ppoſitũ declarandũ. hominiſ cuiuſdam diuitiſ ubereſ fructuſ ager attulit. i. multo plureſ curſu & cogitabat. quia abundantia diuitiarum inducit magnã ſollicitudinem & p cóſequẽſ animi anxietatem: quia non ſupplent indigentiã. ut declarat Boetiuſ. ii. li. de cóſol. unde ſequit. quid faciam: quia non habeo quo cógregem fructuſ meoſ. ecce abúdãtia fructuum faciebat eum horreiſ indigentem. illuc congregabo. cum econuerſo deberet dicere: diſpergam pauperibuſ. & dicam anime mee. i. mihimet. ſecũdum q̃ totuſ homo denominatur a parte digniori. Quieſce. hic exprimunt quattuor mala que ſolent ex abundantia diuitiarum euenire. ſ. ocioſitaſ que notatur ibi. quieſce. guloſitaſ cũ dicit: comede. ebrietaſ ibi: bibe. cõmeſſa celebritaſ ibi: epulare. unde infra de diuite epulóe dicitur. q̃ epulabatur cottidie ſplẽdide. dixit aũt illi deuſ. i. contrariũ ſue cogitatióiſ dicit. dicere enim dei facere eſt. ſecundum illud Pſal. dixit & facta ſunt. Stulte: qui nó cogitaſ de dei puidentia & iuſticia. hac nocte animam tuam repetent a te. ſ. demóeſ quibuſ obligata eſt per peccata. que aũt paſti cuiuſ erant. q. d. non erunt tua. qa nó portabiſ tecũ. hoc aũt potiſſime pót queri a pſonis eccleſiaſticiſ qui nó pñt relinquere bona eccleſie heredibuſ ſuiſ. Sic eſt. i. ſimiliter ſtultuſ: & ad ſimilem finem uenier. qui ſibi theſaurizat. bona tpralia. & non eſt in deum diues. i. uacuuſ eſt bonis ſpũalibuſ. Dixitq; ad diſcipuloſ. Hic conſequenter ſaluator diſuadet quartum retrabenſ a fide qđ eſt cura nimia & ſuperflua reſpectu neceſſariorũ & patet ſentẽtia ex dictiſ Mat. vi. f. &. g. Nolite timere puſilluſ grex. Hic conſequenter ſaluator ſuadet in fide ſta/ bilientia: & ſunt quattuor. ſ. preſtolatio premii: expectatio iudicii. exigentia officii. magnitudo beneficii. & ſecundum hoc iſta parſ diuiditur in quattuor. ſecũda incipit ibi. ſint lumbi ueſtri precincti. tertia ibi. ait aũt Petruſ. quarta ibi. omniſ autem cui

multum datum est. Circa primum sciēdum quod spes uite eterne maxime stabilis in fide. ideo dicit saluator ipsis fidelibus. nolite timere. persecutiones presentis uite. pusillus grex. & dicit pusillus quia pauci erant fideles respectu infidelium. & quia pauci sunt electi respectu reproborum. quia complacuit patri uestro dare uobis regnum ex mera. n. liberalitate diuina: aliquos elegit ad regnū celeste: alios dimisit. & quos ab eterno: sic elegit ī tpe uocauit ad fidē & iustificauit p gratiā ut sic digni efficerēt uita beata secundū q̄ dicit Apost. Ro. viii. quos aūt p̄destinauit hos & uocauit: & quos uocauit: hos & iustificauit: illos & magnificauit. Vendite que possidetis. q. d. ex quo patū est uobis regnū celoꝝ parū debetis curare de terrenis. Sciendū tñ q̄ uēdere possessa ad dandā elemosynā nō est necessitatis nisi in casu extreme necessitatis. aliās est superogatiōis. ꝓpter qđ dicit Matt. xix. si uis pfectus eē uade & uende que habes & da paupibus. nō dicit si uis saluari: sed si uis pfectus eē. facite uobis sacculos. i. repositoria bonoꝝ. que nō ueteraścūt. & que sint illa oñdit. d. thesaurū indeficientē ī celis. ibi. n. non pōt eē corruptio ab intrinseco: nec p cōsequēs inueteratio. qa q̄ antiquat & senescit ꝓpe interitū est ut dicit Hebreo. viii. similiter non pōt uiolentia fieri ab extrinseco: ideo subditur: ubi fur non appiat etc. Iste aūt thesaurus acqrit p p̄dictā elemosynaꝝ largitionē. Vñ Mat. xix. cū dixisset saluator uēde que habes & da pauperibus. subiūgit: & habebis thesaurū in celo. ubi. n. ē thesaurus tuus. i. res amata & desyderata. ibi & cor tuū. qa secundū Aug. aīa ubi amat q̄ ubi aīat. Sint lūbi ue. p̄c. hic ponit secundū stabilitēt in fide qđ ē p̄stolatio iudicii futuri ubi fideles q nūc cōculcāt & dep̄mūt: honorabūt. & ideo ex tali expectatiōe solidāt ī fide disponētes se ut possint secure illud iudiciū expectare: & ad hoc inducit saluator. d. sint lūbi ue. p̄c. lūbi mētis sunt uolūtas & intellectus ex q̄bus p̄cedūt cogitationes male. lūbi uero carnis sunt in q̄bus uiget motus luxurie. & utriq; lūbi sunt p̄cingēdi. i. coartādi ab illicitis cogitatiōibus & opibus. & lucerne ardētes. i. doctrina clara p̄cedēs ex caritate. in manibus uestris. implēdo ope. & uos similes hoībus etc. i. sitis discreti uigiles & solliciti de uestra custodia. expectādo dñm uenturū ad iudiciū sicut antiq patres expectabāt eū uenturū in carnē. & tūc eritis similes illis. ut cū uenerit & pulsauerit. Venit aūt dñs ad iudiciū. p̄mo in morte cuiuslibet qa talis p̄ntabit in iudicio q̄lis inueniet in morte q̄tū ad gratiā uel culpā ideo seq̄t. beati serui illi q. c. ue. dñs. in eoꝝ morte. inuenerit uigilātes. i. in statu gratie & nō in peccatis dormiētes. amē dico uobis. i. fideliter assero q̄ p̄cinget se etc. i. p̄mpte & sine retardatiōe. mīstrabit illis. uitam beatā. si uenerit in secūda uigilia. secūdū beatū Greg. p̄ma uigilia ē custodia puericie maxīe postq̄ īcipit usus rōnis in pueris. secūda uigilia ē custodia iuuētutis. tertia status uiriles. quarta senectutis: qa in quolibet statu aliq moriūt: & ideo in quolibet statu fideles debēt esse pati p iustitiā ad recipiendū mortē. cōsequenter ad hoc inducit exemplū. d. hoc autē scirote etc. & patet littera. Ait aūt ei Petrus. hic cōsequenter ponit tertiū stabiliens in fide qđ ē exigentia officii. qa p̄lati q debēt alios in fide firmare debēt eē ī fide magis solidi: & ideo debēt uigilare: nō solū sup se: sed etiā sup gregē sibi cōmissū ne insurgat aliqd fidei & moribus cōtrariū & hoc ē qđ dicit: rñdeo ad questionē Petri. qs ē fidelis dispēsator etc. q. d. licet q̄libet debeat uigilare sup custodiā sui: tñ hoc p̄cipue prelatis incūbit qui sunt dispēsatores dei: & ideo debent eē uigiles & solliciti ut mīstrēt subditis bona spūalia: & hoc designat cū dicit: ut det illis ī tpe tritici mēsurā. tpe tritici uocat tpe euāgelii. unde Xp̄s grano tritici se cōpat Io. xii. mensurā. qa boni prelati debent āministrare bona spūalia subditis: scām eoꝝ ꝓportionē & capacitatē. beatus ille seruus quē cū uenerit dñs: in morte ipsius. inuenerit ita facientem. i. bona spiritualia fideliter

diſpenſantē. ſup oīa que poſſidet cōſtituet eū. qa in beatitudīe eterna conſeqt̄ bonū infinitū: qđ includit oīa bona. ꝙ ſi dixerit ſeruuſ ille etc. i. nō cogitādo de aduētu dñi in morte: & ꝑ hoc maliſ opibuſ ſe occupauerit que ſunt cauſa ruine ſubditiſ. ꝙ notat cū dicit. & cepit percutere pueroſ etc. tūc. n. ꝓlatuſ pueroſ percutit: qñ ſubditoſ ſuo malo exēplo peccare facit. ueniet dñſ ſerui illiuſ. ex inſpirato repetēſ debitū mortiſ. & diuidet eū a bonis pñtiſ uite. uel diuidet eū ſepādo animā a corpe. ꝓtēꝙ eiuſ ponet cū infidelibuſ. i. cū dānatiſ: & ſubdit cauſā. q̄re taleſ pluſ dānant̄ ſubditiſ maliſ. d. ille aūt ſeruuſ q cognouit uolūtatē dñi ſui. cuiuſmōi ſunt ꝓlati q ſciūt uel debēt ſcire ſcꝑturaſ ſacraſ ꝛ qbuſ uolūtaſ dñi exꝑmit̄. uapulabit multis. i. uapulabit̄ uel puniet̄ multiſ qa taliſ non peccat ex ignorātia: ſed ex recta malicia. q aūt non cognouit. cuiuſmōi ſunt ſubditi qui ut in pluribuſ ſunt illitterati. uapulabit paucis. i. puniet̄ qa taliſ peccat ex ignorantia que diminuit de peccato niſi fuerit affectata: ſicut cū aliqſ uult ignorare illud qđ tenet̄ facere: uel uitare ut libentiuſ peccet. ex magna. n. libidīe etiā peccādi ꝓuenit. cū aliqſ uult ignorare illud cuiuſ ſciētia poſſet eū a peccato impedire: uel retrahere. & in ꝑſona taliū dicit̄ Iob. xxi. qui dixerūt deo recede a nobiſ ſcientiā uiarū tuaꝝ uolumuſ. Oīm aūt. hic cōſequēter ponit̄ q̄rtū ſtabiliēſ in fide: qđ ē magnitudo bñficii collati. qa nō ſolum ꝓlati debēt eē ſtabilioreſ aliiſ in fide: ſed etiā illi qui pluſ ceteriſ accepūt a deo de gratiis gratiſ datiſ que dant̄ ad utilitatē eccleſie & ꝓmotionē fidei cuiuſmōi ē noticia ſcꝑturarū gratia miraculoꝝ: & cōſimiliū. & hoc eſt qđ dicit̄: oīm aūt cui multū datū eſt. ſ. de ꝑdictiſ gratiis. multū queret̄ ab eo non ſolū ſibi: ſed etiā aliis ꝓficiendo. & cui cōmendauerūt multū. differt cōmendatū a dato: & ideo ꝙ cōmendatū nō intelligit̄ hic noticia ſcꝑturarū: ſed magiſ docendi officiū qđ ē regnū annexū. unde & ſubditi dicunt̄ eē cōmendati ſeu accomodati cure paſtoraliſ ſecūdū ꝙ dicit Apoſ. i. ad Thi. vi. depoſitū cuſtodiet a talibuſ pluſ reqrit̄ ut ſupra dictū eſt & qa gratie gratiſ date non ualent ad ſalutē niſi ſint cū caritate: ideo ſubdit̄. Ignē ueni mittere in terrā. ſ. caritatē dei & ꝓximi. & qd uolo niſi ut accendat̄. i. augmēt̄: quia caritas merit̄ augeri. ut aucta mereat̄ & ꝓfici. & qa paſſio Xꝑi quā ex maxīa caritate ꝓ nobiſ ſuſtinuit ē maximū caritatiſ incentiuū. ideo ſubdit̄: baptiſmo aūt habeo baptiſati. baptiſmū appellat ſui ſanguiſ effuſionē. exquo baptiſmuſ & alia ſacramēta eccleſie hñt efficaciā: & qūo coarctor uſq; dū ꝓficiat̄? ꝙ dupliciter exponit̄: uno mō ut ꝓ hoc intelligat̄ magnū deſyderiū eiuſ ꝓficiēdi noſtrā ſalutē: ꝓ ſuā paſſionē. alio mō ut ꝓ hoc ꝛtelligat̄ triſticia & anxietas aī que fuerūt i eo iminēte paſſiōe ut ꝓ hoc oñderet ueritatē humāe nature: & qa poſt paſſionē xꝑi ad ꝑdicationē euāgelii multi crediderūt aliiſ ꝓſoniſ ſibi iūctiſ in infidelitate remanētibuſ. & ꝓſequētibuſ eoſ uſq; ad mortē: ut patet de ſancto Cleanto & patre eiuſ. ideo ſeqt̄. putatiſ qa pacē ueni dare etc. & patet ſententia ex dictiſ Mat. x. f. Dicebat aūt. hic cōſequēter ponūtur attrabētia ad fidē. & ꝓmo oñditur ꝓpoſitū. ſecūdo remouetur dubiū ibi. cum aūt uadiſ. Circa ꝓmū ſciendū ꝙ duo ſunt ualde attractiua ad fidē xꝑi inter alia. ꝓmū ē oracula ꝓphetarū que exꝑſſe locūtur de aduētu xꝑi in mundū q̄tū ad cōditionē ꝓſone uenientiſ. & q̄tū ad terminationē tꝑiſ & aliaꝝ circūſtantiaꝝ ſicut pleniuſ declarauī i q̄dā queſtiōe de quolibet de aduētu xꝑi: que ꝓpter ꝓlixitatē omitto: & qa iudei ſaltē legiſ ꝑiti i oraculiſ ꝓphetaꝝ erāt edocti: ideo arguit eoſ ſaluator de hoc ꝙ hoc attractiuū ad fidē nō cognoſcebāt & tñ de diſpoſitiōe aeriſ futura ꝓ ſigna iudicabāt: que tñ ſunt fallibilia: oracula aūt ꝓphetaꝝ ſunt certa: & hoc ē qđ dicitur: cū uideritiſ nubē etc. & concluditur hoc aūt ꝛtpuſ. ſ. aduētuſ xꝑi qūo nō ꝓbatiſ per ſcꝑturaſ ꝓphetaꝝ quaſ habetiſ. unde & Dañ. ix. ꝛtpuſ aduentuſ xꝑi determinatur ſecundū certum numerum

ebdomadaꝝ annoꝝ. Secundū attractiuū ad fidē ē cōditio euāgelice doctrine: que si ꝓponereē alicui sapiēti q tñ nō eēt ībutus aliq̄ lege & cū hoc alie leges diuitus & hūa nitus traditre naturali iuditio rōnis iudicaret legē euāgelicā ꝑorē: sāctiorē: & ꝑfecti/ orē lege ueteri: & multo plus aliis legibus humanitus cōfictis. sicut ē lex Mahometi. & cōsimiles. & hoc ē qđ dicit saluator. qs aūt ex uobisipsis? i. naturali iudicio rōnis. non iudicatis qđ iustū ē: recipiendo doctrinā euāgelicā tanq̄ ꝑfectissimā. Cū aūt uadis cū aduersario. Hic remouet dubiū quia supra dixerat saluator. non ueni pacē mittere. posset aliqs credere q intellexisset de omni pace: q non ē uerū: sed solū de pace illa in q̄ aliqui concordāt in malo: ideo dicit. cū aūt uadis cum aduersario etc. hic accipitur aduersarius frater uel ꝓximus ab alio iniuste lesus: qui habet causā retrahendi ad iu/ dicū illū qui lesit eū: & talis ē recōciliāduꝰ ꝑ satisfactionē debitā ꝑut fuit expositum pleniꝰ Mat. v. d. alioquin sequeretur maior punitio a deo. .XIII.

ET ait ad diſcipuloſ ſuoſ. Poſtq̄ ſaluator oſtendit ꝙ peccatoreſ penitenteſ ſunt benigne recipiendi: hic conſequenter oſtendit ꝙ ſunt caute nutriendi. Circa qđ primo ponitur informatio Xpriſti benigna. ſecundo ſubditur interrogatio iudeorum maligna. ibi. interrogatuſ autem a Phariſeis. Circa primum ponitur Xpriſti inſtru/ctio. ſecundo inſtructionis confirmatio ibi. & factum eſt dum iret. Prima in duaſ. qa primo ponitur dicta informatio. ſecundo Apoſtolorum poſtulatio: ibi. Et dixerunt Apoſtoli. Circa primum ſciendum ꝙ peccatoreſ conuerſi ad penitentiam. Primo caute nutriuntur: quando a prebendo eis occaſionem reuertēdi ad uomitum diligēter cauetur: & taliſ occaſio uocatur ſcandalum: & dicitur a ſcandalon grece: quod eſt im/pactio pediſ: que facit hominem ruere: prout dictum fuit Matthei. xviii. a. ubi iſte paſſuſ exponitur. Secundo nutriuntur caute quando defectuſ eorum patienter por/tantur & iniurie remittuntur: quia de nouo conuerſi ad penitentiam propter conſue/tudinem priſtinam habent quandam pronitatem recidiuandi. Ideo dicit Saluator. Si peccauerit frater tuuſ increpa illum dulciter: & caritatiue: ſi ſeptieſ in die etc. i. totiēſ quotienſ: ſecundum quod expoſitum fuit Matth. xviii. E. Vniuerſitaſ enim numero ſeptenario deſignatur. Et dixerunt. Hic conſequenter ponitur Apoſtolorum poſ/tulatio. Cauere enim a ſcandaliſ & remittere iniuriaſ totienſ quotienſ procedit ex magnitudine fidei qua aliquiſ credit: & ſperat pro talibuſ in uita futura remunerari: & ideo Apoſtoli qui adhuc erant imperfecti & ignari: audita predicta Xp̄i doctrina petierunt augmētum fidei: dicenteſ. domine adauge nobiſ fidem. augetur autem fideſ dupliciter. uno modo extenſiue ſcilicet quando plura credibilia cognoſcuntur & cre/dunt explicite: que ſimpliceſ implicite credunt: credendo de talibuſ in quodā generali illud quod tenet ec cleſia. Alio modo augetur intenſiue: uidelicet quando credibilia clariuſ cognoſcuntur: & firmiuſ & feruentiuſ tenetur. utrūq; augmentum requiritur in eccleſie prelatiſ. ꝓpter qđ Apoſtoli qui poſt Xp̄m fuerunt primi prelati in eccleſia

dei petierunt utrunq; augmentum fidei q̄ Xp̄us dedit eis maxime post resurrectionē suam dando eis gratiam spiritus sancti & ideo predicit eis uirtutem fidei dicens. si habueritis fidem sicut granum synapis. qđ licet sit modicum quantitate: est tñ maximum uirtute. propter quod fides ei cōparatur. dicetis huic arbori Moro. i. dicere poteritis eradicare & transplantare in mare. duo mira coniungit. s. eradicationē subitā arboris de terra solida: & transplantionem eius in aqua fluida. ut per hoc magis appeat uirtus fidei: sed quia de talibus operibus que non fiunt principaliter uirtute credentis: sed uirtute dei operantis nullus debet eleuari: sed magis sub deo humiliari: ideo subdit̄: qs aūt uestrum habens seruum arantem. i. laborantem in agro: qui regresso. s. de labore dicat illi: statim transi & recumbe. i. quiesce post laborem. & refocillare. q. d. non ita dicitur ei a dño suo: sed magis ei dicitur. para q̄ cenem. ita q̄ post laborem in agro requiritur ab eo laborare in domo. & si in omnibus seruus obediat: nō tñ propter hoc tenetur sibi regratiari dñs: nec seruus in superbiam debet eleuari: quia ad hoc tenebat̄ ex conditione seruitutis. & ex hoc concludit Xp̄us q̄ Apostoli de bonis operibus nō debent eleuari: sed magis humiliari. ideo subditur: dicite serui inutiles sumus. quia secundū ueritatē nulla utilitas puenit deo de humanis opibus sed solum ipsis opantibus. Et factum est. Hic consequenter ponitur doctrine Xp̄i predicte cōfirmatio p opa miraculosa in sanatione decem leprosorum: cum subditur. occurrūt decem uiri leprosi quia audierunt famam de mirabilibus Christi. qui steterunt a longe: tum propter xp̄i reuerentiam tum quia non debebant appropinquare sanis hominibus ne eos inficerēt & leuauerunt uocem suam ex magno desyderio sanitatis: dicentes Iesu preceptor miserere nostri. id ē. solo uerbo potes nos curare. ite ostendite uos sacerdotibus. lex enim precepit Leuit. xiiii. ut emundati a lepra sacerdotibus se offerrent: & hoc duplici de causa. una erat quia sacerdotes debebant iudicare utrum talis esset uere curatus. secūda erat quia pro sua emundatiōe tenebatur offerre sacrificiū determinatū in lege. legalia aūt tūc cursum suum habuerūt: unde & xp̄s ea seruauit ut patet in eius circūcisiōe & oblatione in templo: & etiā in immolatione agni paschalis & ideo illos quos a lepra sanauit: ad sacerdotes misit. Et factū est dum irent mundati sunt. ex fide & deuotiōe ad Christū meritorie de congruo: sed diuina uirtute effectiue. unus aūt ex illis. etc. suam sanationem uirtuti Christi imputans. regressus est tanq̄ gratus. gratias deo agēs & hic erat Samaritanus. i. de gentilibus illis qui missi fuerunt a Rege Assyriorum in Samaria & alias ciuitates terre illius captiuitatis. inde iudeis & trāslatis in Assyrios: ut habetur. iiii. Regum. xvii. & isti Samaritani partim colebant idola: & partim deum. & ideo nō cōmunicabant iudei cum eis: sicut nec cum aliis gentilibus ut habetur Io. iiii. & per hoc qđ dicit̄ & hic erat Samaritanus: innuit̄ q̄ alii. ix. erant iudei. nec reuersi sunt ad gratias agendū. qa decepti erant a sacerdotibus qbus se repīcauerant. qui doctrine Christi & miraculis detrahebāt scđm eoq̄ informationē attribuerūt suā sanationē obseruātie legis & non uirtuti xp̄i: licet a p̄ncipio fideliter & deuote appetissent ab eo sanari: ideo subdit̄: non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo nisi hic alienigena. & in hoc figuratū fuit q̄ gentiles uenturi erant deuote ad fidē Christi iudeis remanētibus in suo errore. Interrogatus aūt. descpta instructiōe xp̄i benigna hic cōsequēter ponit̄ phariseoq̄ interrogatio maligna. Christus. n. in suis sermōibus frequenter fecerat mentionē de aduentu regni dei ut patet ex p̄dictis in hoc euāgelio & in aliis. & ideo phariśei qui doctrinā Christi deridebant: ut dictū est ca. precedēti irrisorie ab eo querebāt. qn̄ erit regnū dei? q. d. anteq̄ ueniat regnū de quo loquer is: occupabit te mors crucis. Sed dñs tanq̄ uere patiens non dedignatus est eis respōdere

rationabiliter & manſuete. dicenſ non uenit regnum dei cum obſeruatiõe: per aduẽtũ aũt regni dei intelligitur aduentuſ ad iudiciũ: quia ueniet tanq̃ rex ad iudicandum. uenit aũt ad iudiciũ dupliciter. uno mõ particulariter. ſ. in morte cuiuſlibet quia q̃liſ unuſquiſq; in morte reperit̃: taliſ in iuditio extremo pñtabitur. ſ. in parte electorum uel damnatorũ. Alio mõ uniuerſaliter: & ſic uenier ad iudiciũ in fine mundi & neuter aduentuſ eſt cum obſeruatione tpriſ: quia nihil incertiuſ hora mortiſ: de tpre etiã futuri iudicii dixit Apoſtoluſ Act. i. non eſt ueſtrum noſſe tpra uel momenta: & multo fortiuſ illud tpuſ eſt incertum aliiſ: ſecundum qđ dicit Aug. ſup illud uerbum omniũ calculantium digitoſ quieſcere iubet. neq; dicent etc. id ẽ pñt dicere certitudinaliter & determinate tpuſ aduentuſ Xp̃i ad iudiciũ. unde & illi qui uoluerũt hoc determinate dicere ut Abbaſ Ioachim: & quidã alii inuẽti ſunt falſum dixiſſe: quia tempora ab eis determinata tranſierunt. Et ait ad diſcipuloſ. hic conſequenter ponitur diſcipulorum informatio de aduentu Xp̃i ad iudicium: ut propter immenſitatem pſecutionum non credant cito Xp̃m uenturum ad iudicium: nec ꝓpter pacem credant de longe uẽturũ ſed ſemp ſint parati ad eum expectandũ. & hoc eſt quod dicitur. uenient dieſ quãdo deſyderabitiſ uidere unum diem filii hominiſ. i. diem extremi iudicii. qui erit unuſ. & a iuſtiſ deſyderanduſ quia tunc a maliſ pñtiſ uite liberabuntur: & ad requiẽ glorie trãſferent̃: ſecundum qđ dicitur infra. xxi. hiſ autẽ fieri incipientibuſ. reſpicite & leuate capita ueſtra: qm̃ appropinquat redemptio ueſtra: qđ exponenſ beatuſ Greg. dicit: leuate capita. id ẽ exhilarate corda. & non uidebitiſ. niſi poſt multaſ tribulationeſ. & dicẽt uobiſ: ecce hic & ecce illic. quia ante aduentũ Chriſti ad iudicium ſurgẽt multi Pſeudoprophete & multi pſeudo Chriſti. nolite ire. aſſentiendo tali doctrine. nã ſicut fulgur coruſcanſ etc. q. d. aduentuſ Chriſti ad iudiciũ: non erit ambiguuſ quãdo erit defectio: ſed erit ita claruſ & manifeſtuſ ꝙ nulluſ poterit dubitare. primũ optet illum multa pati. In primo enim aduentu uenit in humilitate & paucis cognituſ: & a multis deſcriptuſ & reprobatuſ. ſed in ſecundo aduentu ueniet manifeſtuſ & glorioſuſ i ptãte orbem iudicaturuſ. Sed quia tpuſ illiuſ aduentuſ eſt incertũ ut p̃dictum eſt: Ideo inducit ad hoc duplex exemplũ. primũ eſt de tpre diluuii ut habet̃ Gñ. vii. ꝙ notatur cum dicit̃. ſicut factũ eſt in diebuſ Noe. quia hoiẽſ illiuſ tpriſ erant in ſecuritate nihil timenteſ quouſq; diluuiũ ſubmerſit oñeſ. excepto Noe & hiſ qui cum eo erãt in arca Secundũ exemplũ eſt de tpre ſubuerſionis Sodomorũ ut habet̃ Gñ. xix. qđ notat̃ cũ dicit̃. ſimiliter ſicut factũ eſt in diebuſ Loth etc. quia erant in ſecuritate uſq; ad illã horã qua dñs p ignem & ſulphur deſtruxit terrã illã: ſecundũ hoc erit qua die filius hoiſ reuelabit̃. i. hoiẽſ erunt in ſecuritate nihil timenteſ de futuro iudicio uſq; ad illud tpuſ quo Chriſtus in humanitate glorioſa tñ manifeſte uidebitur uenienſ ad iudiciũ. in illa die qui fuerit in tecto etc. i. non uacabit alicui intendere negocuſ tpralibuſ: qa oportebit eum ſubito cõparere iudicii conſpectibuſ. memoreſ eſtote uxoris Loth. qa nec habuit ſpatium reſpiciendi retro: ſed ſtatim conuerſa fuit in ſtatuã ſaliſ ut habet̃ Gñ. xix. ſic nec tunc hoiẽſ habebunt ſpatiũ intendendi alicui negocio: ſed optebit eoſ ſtatim cõparere aſpectibuſ iudicii. & qcunq; queſierit aĩam ſuã etc. i. timore mortiſ deficiet a fide in tribulatione Añxp̃i que p̃cedet iudicium ꝓdet illã per eternã dãnationem. & quicunq; ꝓdiderit illam. ꝑelegenſ mori q̃ cadere a ueritate fidei. uiuificabit illam. merendo uitam eternã. In illa nocte erunt duo in lecto etc. hoc expoſitum eſt Matt. xxiiii. ſ. ubicũq; fuerit corpuſ. i. Chriſtuſ qui iudicabit in forma humana glorioſa. congregabunt̃ aquile. i. ſancti occurrẽteſ xp̃o uenienti ad iudiciũ: ſecundũ qđ dicitur. i. ad Theſſ. iiii. ſimul rapiemur cum illiſ in nubibuſ obuiã Chriſto in aera.

DIcebat autē. Postq̄ Saluator ostendit q̄ peccatores sunt benigne recipiendi: & caute nutriēdi: hic cōsequēter ostendit q̄ sūt in deuotiōe nutriendi. & diuiditur in duas. quia primo describitur Christi instructio. Secūdo instructionis confirmatio ibi. Factum est autem. Circa primum sciendum q̄ deuotio potissime consistit in oratione que est ascensus mentis in deum scd̄m Damascenum de qua saluator hic instruit presentes discipulos: qui iam erant ad deum conuersi. & per consequens futuros ad eum per penitentiam conuertendos. Primo igitur Saluator ostendit orationis efficaciam. Secundo inducit discipulos ad martyrii tollerantiam ibi. Assumpsit autem. & patet ordo. quia eleuatio mentis inducit ad contemptū uite p̄tis. Prima in duas. in partem principalem & incidentalem. Secunda ibi. Et interrogauit Circa primum sciendum q̄ ad efficaciam orationis duo maxime faciunt: instantia & humilitas. Primo ergo docet orare instanter. Secundo humiliter ibi. Dixit autem & ad quosdam. Primum ostendit per similitudinem uidue: que per importunitatē precū obtinuit effectum. dicit igitur. Dicebat autem & parabolam. i. similitudinē uidue que postea sequitur. Quoniam oportet semper orare. Ii semper nō importat continuitatē temporis quia oportet interrumpi tempus dormitionis & aliquarum necessitatum. Sed importat instantiam orationis temporibus & horis ad hoc congruis. unde dicit glosa Bede super istum locum: dicendum est eum semper orare & non deficere: qui canonicis horis rogare non desistit. Consequenter inducit similitudinem dicens. Iudex quidā. nō exprimit̄ eius nomen: quia nō erat deo cognitus per approbationē. unde subdit̄. Qui deum non timebat. s. offendere. Et hominem non reuerebatur. s. eos publice scandalizare: & subditur deprecatio uidue. Vindica me de aduersario meo. faciendo iusticiam meam. Et nolebat. ex sua malicia: quia bene poterat et ex officio facere tenebatur. Per multum tempus. quia illa uidua frequenter repetebat suam petitionem. ex quo patet iniusticie diuturnitas in iudice. Post autem dixit intra se. uictus precū importunitate. Et si deum non timeo etc. i. propter deum nec propter homines non mouear ad faciendam iusticiam isti uidue. Tamen quia molesta est mihi uindicabo illam. faciendo ei iusticiam. Ne in nouissimo ueniens sugillet me. i. suggendo offendat sua importunitate. ex quo apparet motus ad faciendum iusticiam non propter amorē iusticie sed ad uitationem sue molestie. Deus autem non faciet uindictam. i. si iudex iniquitatis propter peccatum instātiam fecit uindictam: deus qui necessario ē iustissimus. Non faciet uindictam electorum suorum. existētium in pressura & tribulatiōe. Clamantium die ac nocte. id ē orantium instanter pro sua liberatione & declaratione diuine iusticie. quasi dicat. multo plus exaudiet talium precum instantiam. Sed illud qd̄ dicit̄ hic de oratione electorum. uidetur esse contra illud quod dicitur Matth. v. orate pro persequentibus & calumniantibus uos. ad quod dicendum q̄ ad bonos ptinet bona spiritualia & eterna que sunt simpliciter bona optare suis psequutoribus: & hoc modo pro eis orare. sed quia pene temporales sunt quedam medicine: quia ualent ad emendationem uite & ad declarationē iusticie diuine: ideo ad sanctos bene pertinet petere a deo hoc mō uindictam de suis persequutoribus non ex motu ire. sed ex zelo iusticie. Dico autem uobis quia cito faciet uindictam illorum. licet enim aliqñ tardare uideatur scd̄m humanum iudicium: tamen scd̄m ueritatem non tardat. quia oīa opaē scd̄m dispositionem sue sapientie infinite. Veruntamen filius hominis ueniens. scilicet ad faciēdum uindictam. Putas inueniet fidem in terra. q. d. parū inueniet respectiue loquendo de fide formata caritate. Dixit aūt. Hic consequenter ostendit q̄ ē orādū humiliter: ostendens q̄ humilitas est deo grata: & primo ostendit hoc uerbo: secundo

XVIII.

facto ibi. Afferebãt autem. Primum facit per parabolam publicani & phariſei dicẽſ. Duo homineſ aſcendebant in templum. quia ad litteram erat in alto ſitum. ſ. in monte Moria: ut habetur. ii. Paralip. iii. ca. Vnuſ phariſeuſ. apparenſ iuſtuſ. Alter publi/canuſ. i. publiciſ negociuſ intẽtuſ que de cõmuni curſu implicãt ad peccatũ. Phariſeuſ ſtanſ. ecce iactantia. quia ſtabat ut uideret ab aliſ orare. & irreuerentia cũ in orãdo deberet ſe proſternere. Deuſ grattaſ ago tibi: quia non ſum ſicut ceteri homíeſ raptoreſ etc. iſte non proprie orauit: ſed magiſ ſe iactauit de iuſticia aliоſ condemnando. & orantem iuxta ſe publicanum deſpiciendo. Ieiuno biſ in ſabbato. i. in ebdomada: que ſic denominatur a digniori. Decimaſ do omnium que poſſideo. phariſei enim decimaſ minimorum: ut rute mente & cimini: ad quaſ non tenebantur ut dicunt aliqui dabãt: ut ceteriſ maioreſ apparerent ut dictum eſt ſupra. Et publicanuſ a longe ſtanſ. ecce dei timor: quaſi non eſſet dignuſ appropinquare. Nolebat oculoſ nec ad celũ leuare. ecce pudor quaſi pro peccatiſ non audenſ celum reſpicere. Sed percutiebat pectuſ ſuũ. ecce dolor de peccatiſ cõmiſſiſ. Domine propitiuſ eſto mihi peccatori. ecce uera & pura confeſſio: & iſta faciebat ad peccatorum remiſſionem. ideo ſequitur. Amen. i. fideliter. Dico uobiſ deſcendit hic. de domo dei que erat in monte ut ſupra dictum eſt. iuſtifica/tuſ ab illo. i. pre illo remanente in fecibuſ ſuiſ: cuiuſ cauſa ſubditur cum dicitur. Quia qui ſe exaltat. ſ. per ſuperbiam. Humiliabitur. per penam. Et qui ſe humiliat. per ueram confeſſionem. Exaltabitur. in gloria per remunerationem. ſicut enĩ in ſtatera materiali una parte depreſſa altera eleuatur & ecõuerſo. ſic in ſtatera diuine iuſticie decretum eſt: ut qui eleuãtur per ſuperbiam in preſenti uita: deprimantur per penã confuſibilẽ in futura: & econuerſo. qui ſe humiliat in preſenti propter deũ in futuro ad gloriam eleuabuntur. Afferebant autem. Hic conſequenter facto oſtenditur ꝙ humilitaſ eſt deo grata & accepta: per hoc ꝙ pueroſ Chriſtuſ amicabiliter recepit. & patet ſententia ex dictiſ Matth. xix. ca. Et interrogauit. Hec eſt parſ incidentaliſ in qua ponuntur duo incidentia: ſecundum ponitur ibi. Ait autem Petruſ. Circa p̃mũ ſciendum ꝙ quia Ieſuſ immediate dixerat de pueriſ talium eſt regnum celoꝝ: & in hoc parabolice loquebatur per puericiam intelligenſ humilitatem & innocẽciam: ideo qdã legiſperituſ qui uocatur hic princepſ e o ꝙ erat diueſ ut patet ex ſequẽtibuſ petiit ab eo quid faciendo haberet regnum celoꝝ. q. d. dicaſ mihi plane & aperte abſq; ꝓbola quid debeo facere ad conſequendum regnum celeſte. & hoc modo Chriſtuſ ei reſpõdit & patet ſentẽtia ex dictiſ Matth. xix. d. uſq; ibi. Que impoſſibilia ſunt apud hoíeſ poſſibilia ſunt apud deum. quia ad regnum celorum non poſſunt homineſ pertingere propria uirtute: ſed per auxilium diuine gratie. Ait autem Petruſ. Hic ponẽ ſecũdũ incidenſ: quia Petruſ a Chriſto immediate audierat q̃ difficile qui pecuniaſ habẽt in regnum dei intrabunt: ideo queſiuit a Chriſto que eſſet ſui & aliorum remuneratio. quia oía terrena relinquerant propter Chriſtum: & patet Chriſti reſpõſio ex dictiſ Matth. xix. Aſſumpſit Ieſuſ. Poſtq̃ Saluator oſtendit orationiſ efficaciam: hic cõ/ſequẽter inducit diſcipuloſ ſuoſ ad martyrii tollerantiam exemplo ſui: & patet ſẽtẽtia ex dictiſ Matth. xx. d. exceptiſ que ſequuntur. Conſũmabuntur omnia que ſcripta ſũt etc. q̃ apphete ſcripſerũt de paſſione Xp̃i futura: ut patet Eſa. liii. & Dañ. ix. & in multiſ aliſ locíſ. Et ipſi nihil horum intellexerunt. tum quia adhuc erant rudeſ & imperfecti. tum quia Chriſtuſ frequenter eiſ parabolice loquebatur: & ideo neſcierũt ſi tunc parabolice loqueretur. Factum eſt autẽ. Poſtq̃ poſita eſt inſtructio de effi/cacia orationiſ & de tollerantia paſſioniſ: hic conſequenter deſcribitur dicte doctrine cõfirmatio ꝓ opuſ miraculoſũ: ſcd̃m quod ſcribitur Marci ultimo. ſermonẽ cõfirmãte

sequẽtibus signis: & patet sentẽtia ex dictis Matth.xx.g. & Mar.x.g. hoc excepto. Factum est autem cum appropinquaret Iesus Iericho. i. prope Iericho existeret: qa scd'm ueritatẽ nó accedebat ad Iericho: sed inde recedebat: ut patet Matth.xx.g. & Marci.x.g.

.XIX.

ET ingressus Iesus. Postq̃ descripta est cóuersio peccatorum in generali: hic có/sequenter describitur in pticulari. s. in cóuersióe Zachei. Et diuidit̃ in duas. qa primo describitur conuersio Zachei: secundo remotio dubii ibi. Hoc illis audientibus. Circa primum dicitur. Et ingressus Iesus perambulabat Iericho. scd'm ea que dicta sũt in fine p̃cedentis capituli. ista historia Zachei nó sequitur immediate post illumi/nationẽ ceci que facta fuit in egressu Iesu a Iericho: sed post egressũ eius ab Iericho & progressum per alia loca regressus fuit ibidẽ. sicut & in multis aliis locis in euãgelio dicitur pluries uenisse ad eundem locum & in isto regressu accidit historia illius Za/chei cũ dicitur. Et erat uir nomine Zacheus. exprimitur hic nomen eius: qa dignus erat nominari propter conuersionis facilitatem & propter conuersi perfectionem. Princeps publicanorum. i. primus inter illos qui uacabant publicibus actibus. scilicet exactionibus: & uectigalibus leuandis & deferẽdis que cómuniter ad peccatũ implicãt ex quo in eius uocatióe apparet maior dei misericordia. Et hic erat diues. qa auarus fuerat in acquirendo: sed post conuersionem non fuit auarus retinendo: quia paratus fuerat reddere quadruplum defraudatis ab eo. Et querebat uidere Iesum. ex deuo/tione. Et non poterat pre turba. ex quo patet deuotio popularium ad Christũ seqt̃. Suscipiẽs Iesus. i. approbans deuotionẽ illius. Hodie i domo tua oportet me manere. in domo materiali: propter refectionem Christi & suorum discipulorũ: & ad ostẽdẽdũ benignitatẽ peccatori reuertenti: & in domo spirituali conscientie p̃ gratie infusionẽ. Et cum uiderent omnes. i. pharisei & alii malignantes. Murmurabant. ex hoc irra/tionabiliter: quia nullus rationabiliter potest murmurare. si medicus uocet egrotum ad ipsum sanandum. Stans autem Zacheus. ad obediendum domino promptus. unde subditur. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. non dicit dabo de futuro: quia paratus erat statim dare. ex hoc etiam patet q̃ nó omnia bona sua erãt male acquisita: quia de illis non posset elemosinã facere. Et si quid aliquẽ defraudaui reddo quadruplum. lex enim in aliquibus precipit restituere duplum: & in aliquibus quadruplum: & in aliquibus quintuplũ ut patet Exo.xxii. & ideo per hoc quod hic exprimitur restitutio media: intelligunt̃ alie due extreme. sequit̃. Eo q̃ ipse filius sit Abrahe. Zacheus filius dicitur Abrahe: non quia de eius stirpe genitus. sed quia eius fidem imitatus: ut sicut ille terram domumq; paternã deseruit: ita iste bona sua par/tienda pauperibus relinqueret: & sic uidetur dicere q̃ non fuit Iudeus natione: sed gentilis: quia omnes Iudei natione de stirpe Abrahe descenderunt. idem uidet̃ dicere Ambrosius dicens. Zacheus exiguus meritis sicut populus nationum etc. aliquibus aũt alius uidetur contrariũ: quia supra dicitur. q̃ murmurabant de Christo intrante domũ Zachei: eo q̃ ad hominem peccatorem diuertisset. apud iudeos enim lõge abhominabilius fuit ingredi ad gentiles q̃ ad Iudeos peccatores: ꝓpter quod Petrus etiã post ascẽsionẽ Christi per reuelationem fuit premonitus ut absq; tali abhominatione ingrederetur domũ Cornelii: ut habetur Act.x. Et ideo Zacheus si fuisset gentilis magis habuisset occasionem murmurandi: eo q̃ ad hominem gentilem diuertisset: & uidetur ꝓbabile: q̃ hanc causam sue murmurationis expressissent ad colorandum murmurationem suã tanq̃ rationabilem. Item ex hoc q̃ Zacheus dixit. Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. illa enim lex fuit data Iudeis & non gentilibus nec ad eam tenebantur

gentiles in aliquo. Sed solū ad simplum nisi forte in aliquo casu ex circūstantia facti & ideo illam legem ignorabant. propter quod Zacheus qui illam sciuit: & scd'm eam facere uoluit uidet' fuisse Iudeus ante uocationē suam. nec ualet si cōtra hoc arguat' q̄ hic dicitur. Princeps publicanorum: quia & Matheus publicanus fuit: qui tamen fuit Iudeus natione: unde & euangelium suum scripsit hebraice scd'm q̄ dicit beatus Hieronymus in prologo super Matth. Hoc illis audientibus. Post q̄ descripta est uocatio Zachei: hic consequenter ponitur remotio dubii: quia primo remouet' uerbo secundo facto ibi. Et in his dict' is precedebat. Circa prima sciendum q̄ Iudei & apo/stoli de regno Christi carnaliter sentiebant ante eius ascensionem: credēt' eū i regno Dauid temporaliter regnaturum: unde Act. p̄mo petierunt a Christo: domine si in tempore hoc restitues regnū Israel: unde & filii Zebedei credēt' eum sic regnaturū petierūt q̄ unus sederet ad dexteram suam & alius ad sinistram. & ideo q̄a appropin/quabat Christus uersus Hierusalem credebāt eum sublimandū cito in regem in regia ciuitate: & hoc est q̄ dicitur. Eo q̄ esset prope Hierusalem: & quia estimarēt. falso tamen q̄ confestim regnum dei manifestaretur. & uocatur hic regnum dei regnum ipsius Dauid. unde & primo Paralip. xxix. dicitur. sedit q̄ Salomon super solium dñi in regē p̄ Dauid patre suo etc. & ideo ad hanc falsam estimationē remouendā p̄ponit parabolam ad ostendendum q̄ in primo aduentu non uenerat ad regnandum t̄paliter sed magis ad patiendum: & in secundo aduentu reuertetur ad iudicandum sicut rex excellentissimus tunc regnū suum omnibus manifestaturus: ideo subditur. Homo q̄dā nobilis. Christus homo natus scd'm carnem de semine Dauid regis. Abiit in regionem longinquam. i. ad celum empyrreum per suam ascensionem: accipere sibi regnum sup̄ ordines angelorum: & reuerti. s. in fine mundi ad iudicium. tunc enim manifestabitur omnibus eius regnum. Vocatis autem decem seruis suis. i. fidelibus uniuersis: quorum uniuersitas numero denario designatur. quia est primus limes numerorum. unde & numeri sequentes sunt replicationis ipsius & partium eius. uiginti enim sunt bis decem triginta ter decem: & sic cōsequenter. Dedit illis decem mnas. i. uniuersitatem bonor̄ suorum diuersimode tamen: quia dedit unicuiq; plus uel minus scd'm propriā uirtutem negociamini dum uenio. quia tēpus meriti currit usq; ad diem iudicii. in quo tempore deus dedit dona sua ad hoc q̄ multiplicētur per fructus bonorum operum. Ciues aūt eius oderant illum. ciues isti sunt Iudei qui pro maiori parte in odium Christi sunt firmati. Miserunt legationem post illum dicentes nolumus hunc regnare etc. q̄a post ascensionem Christi ad celos iudei conati sunt destruere fidem catholicam in q̄ incipit regnum Christi quod complebitur & manifestabitur in fine mundi. Et factum est ut rediret. s. ad generale iudicium. Iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam. q̄a oportebat omnes comparere ante iudicem ad reddēdum de omnibus acceptis ab eo rōnem. Venit autem primus: quia tunc electi de suis meritis securi p̄ati erunt astare iudici. In modico fuisti fidelis. quia bona etiam spiritualia habentur que in uita p̄nti modica sunt respectu bonorum spiritualium celestium que expectantur in uita futura. Eris potestatem habens super. x. ciuitates. i. gaudebis de felicitate omnium qui per tuam doctrinam uel exemplum uite tue conuersi sunt ad bonum. Et tertius uenit. q̄a licet mali reformident uenire ad conspectum iudicis: tamen oportebit eos ibidem repr̄tari. Ecce mna quam habui repositam in sudario. sudarium autem est pannus quo inuol/uuntur corpora mortuorum: & ideo mna in sudario reposita significat donum dei a bonis operibus ociosum tanq̄ mortuum. Timui enim. Iste timor non est nisi pusilla/nimitas bene agendi. Quia homo austerus es. licet enim modo sit tempus misericordie

in iudicio: tamen erit tempus rigoris iustitie. Tollis quod non posuisti: & metis quod non seminasti. quia a prelatis ecclesie non solum requiruntur bona in persona ppria sed in subditis eoꝝ quos tenentur inducere ad bonum & sententia huius patet plenius ex dictis Matth. xxv. d. usq; ibi. Veruntñ inimicos meos. i. Iudeos q̄ post ascēsionē Christi conati sunt fidem catholicam destruere ut supra dictum est. Adducite huc & interficite. quia quadragesimo secundo anno post passionem Christi ciuitas Hierusalē fuit destructa & populus Iudeorum occisus per Titum & Vespasianum. in fine etiā mundi omnes reprobi generaliter qui sunt inimici Christi sententia mortis et erne sūt interficiendi. Et his dictis. Hic consequenter ostendit facto quod declarauerat uerbo in parabola autem immediate precedente duo declarauerat: unum pertinens ad suam passionē: aliud ad ciuitatis Hierosolymitane destructionē. igit̄ ꝑmo facto ostendit primū: scd̄o scd̄m ibi. Et cū appropinq̄uit uidens ciuitatē fleuit prima diuidit̄ in tres. qa primo describit̄ Xp̄i humiliatio: scd̄o populi deuotio. ibi. Eunte aūt illo. Tertio phariseoꝝ malignatio. ibi: & qdam phariseoꝝ. Circa primū dicitur sic. Et his dictis precedebat ascendens Hierosolymam. ubi erat passurus. scd̄m quod predixerat facto ostēdens q̄ erat paratissimus se humiliare & obedire usq; ad mortē contemptibilissimā & acerbissimam: & ideo humiliter uoluit illuc uenire sedens super pullum asine. Sicut fuerat predictum Zach. ix. cetera patent ex dictis Matt. xxi. a. Eunte autem illo. Hic ponitur populi deuotio: & patet sententia ex dictis Matth. xxi. d. excepto qd̄ subditur. Super omnibus quas uiderant uirtutibus: ex suscitatione enim Lazari q̄ plures uiderant fuerunt moti ad istam deuotionem: ut habetur Iohannis. xii. & etiā ex aliis Christi miraculis. Et quidam phariseorum. Hic consequenter describit̄ pharisеorum malignatio: ex inuidia enim quam contra Christum conceperant deuotioni populi ad Christum uidere non poterant: ideo dixerunt. Magister increpa discipulos tuos. q. d. talem falsum applausum non debes sustinere: quibus ipse ait rationabiliter se excusando & prophetādo de futuro. Dico uobis quia si hi tacuerint lapides clamabunt. & hoc fuit impletum in sua passione qñ discipulis pre timore iudeoꝝ tacentibus laudem Christi: lapides scissi sūt ut habetur Matth. xxvii. q̄si perhibētes testimoniū sanctitatis ipsius Christi morientis. propter qd̄ Centurio & alii gētiles qui erant cū eo uisis tot signis sanctitatē Xp̄i confessi sunt dicentes. uere filius dei erat iste. ut habet ibidē. Et cū appropinq̄uit. Hic consequenter oñdit facto futuram ciuitatis Hierosolymitane destructionē in hoc q̄ fleuit ex cōpassione propter mala super ciuitatē & populum futura: & quia semper in deo cum misericordia occurrit iustitia: ideo in Christo primo ostenditur dulcor compassionis. Secundo rigor ultionis. Tertio in p̄n cipibus Iudeorum malum obstinatiōis. secunda ibi. Et ingressus. tertia ibi. Principes autem. Circa primum dicitur. Videns ciuitatem. s. Hierusalem: in qua diu uiguerat cultus diuinus. Fleuit super illam. tum propter mala culpe que ibi multiplicata fuerāt tum propter mala pene que futura imminebant: dicens. Quia si cognouisses. s. mala dicta. Et tu. s. fleres equidem in hac die tua. i. modico tēpore in quo facies uolūtatē tuam. Que ad pacem tibi. i. modico tempore duraturam: & ideo nūc gaudes quia imminentia mala non uides. ideo subditur. Nunc aūt abscōdita sunt etc. Et circūdabūt te inimici tui. s. Romani cum exercitu ualde forti. Et coangustabūt te undiq;. in tm̄ q̄ pre angustia famis imminente coacte sunt mulieres filios proprios comedisse: scd̄m quod refert Iosephus libro de iudaico bello. & causa tante destructionis subditur. Eo q̄ non cognoueris tempus uisitationis tue. predicationē Christi recipiendo: sed magis ipsum usq; ad mortem persequendo. Et ingressus. Hic ostendit̄ in Xp̄o rigor ultiōis

in hoc q̄ uendentes & ementes in templo inde eiecit. p̄ hoc designans q̄ essent eiciēdi in iehennam: & patet sententia ex dictis Matth. xxi. b. Principes autem. Hic cōsequenter describitur obstinatio principum Iudeorum & primo q̄tum ad interiorē machinationem: secundo q̄tum ad exteriorem insidiationem. ca. xx. Circa p̄mū dicitur. Prīcipes aūt sacerdotū. qui p̄erant in spiritualibus & scribe qui intendebant doctrine legis & prophetarum: & principes plebis qui presidebant in temporalibus disponendis. querebant illum perdere. excogitantes diuersas uias & modos quomodo possent illum occidere moti ex rancore & inuidia contra ipsum. ideo subdit̄: Et non inueniebant. cū esset sanctissimus: nec etiā audebāt timore populi. ideo subdit̄. Ois enim populus suspēsus erat audiēs illū. i. attētus ualde ad audiēdā sāctā eius doctrinā. XX.

ET factū est. Hic consequenter describit̄ iudeoꝝ obstinatio q̄tū ad insidiationē exteriorem contra Christum. Et primo circa hoc describitur eorum malicia in malicia insidians. Secundo eoꝝ superbia ad hoc incitans ibi. Audiente omni populo prima in duas. quia primo eorum malicia describitur. Secundo confusa concluditur Respondentes autem. Prima adhuc in duas. quia primo describitur malicia p̄ncipū insidiando Christo per seipsos: secundo per ministros ibi. Et obseruantes miserūt insidiatores. Circa primū premittitur maligna interrogatio: secundo subdit̄ interrogātiū confutatio ibi. Respondens autē. Et ista secunda pars diuiditur in duas. quia X̄pus primo confutat eos responsione cauta: & secundo parabola ad hec apta. secunda ibi. Cepit autem dicere. sententia autem istarum partium patet ex dictis Matth. xxi. e. & .f. Et obseruantes. Hic describitur insidiatio principum Iudeorum contra Christū per ministros cum dicitur. Miserunt insidiatores qui se iustos simularent. ut sub specie iusticie facilius Christum deciperent. sed dicitur Prouer. i. ca. frustra iacitur rethe añ oculos pennatoꝝ. & ideo frustra insidias tendebant Christo. cū nulla simulatio posset eum decipere quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius scd̄m q̄ dicitur Hebre. iiii. ca. cetera patent in dictis Matth. xxii. ca. Accesserunt aūt. Hic consequenter ponit̄ confutatio Saduceorum: & patet sententia ex dictis Matth. xxii. d. usq; ibi. Omnes enim uiuunt ei. quia iusti licet sint defuncti corpore uiuunt tamen in aīa resurgendi ad plenam participationem glorie. & iniusti similiter ad declarationē diuine iusticie. Respondentes autem. Hic ex predictis concluditur confutatio insidiantium Christo: & primo ex eorum propria confessione cum dicitur. Dixerunt magister benedixisti etc. Secundo ex silentii impositione cum dicitur. Et amplius non audebant eū quicq̄ interrogare. Tertio ex ignorantie ipsorum declaratione cum dicitur. Quomō dicunt Christum filium Dauid etc. & patet sententia ex dictis Matth. xxii. g. Audiēte aūt Postq̄ descripta est principum Iudeorum malicia: hic consequenter describitur eorū que fuit primum motiuum in eis. ex superbia enim & presumptiōe non poterant correctionem Christi sustinere: nec deuotionem populi ad Christum uidere: & patet sm̄a ex dictis Matth. xxiii. a. excepto quod sequitur. Volunt ambulare in stolis. id est in cultioribus uestimentis in publicum procedere: ut per hoc honorabiliores uident̄. Qui deuorant domos uiduarum. bona earum ad se trahētes & consūmantes sub falsa specie sanctitatis. Hi percipient damnationem maiorem. quia scd̄m q̄ dicit Hieronymus. simulata sanctitas duplex est iniquitas. & ideo plectēda ē maiori pena. XXI.

RESpiciens autem. Descripta doctrina Christi per modum amoris beneficia conferendo: hic consequenter describitur eius doctrina per modum terroris futuri iudicii horrorem incutiendo: & quia hoc fit per responsionem saluatoris ad p̄positam questiōm. ideo p̄mo ponit̄ questiōis occasio: secūdo eius dē p̄positio ibi. Interrogauerūt

autem. Tertio ſolutio ibi. Qui dixit. Circa primum ponitur duplex occaſio: ſecunda ibi. Et quibuſdam deridentibuſ. prima occaſio fuit ex hoc ꝙ Chriſtuſ uiduã mittentẽ duo minuta in gazophilatium templi eiuſ oblationem pre ceteriſ cõmendauit. & patet ſententia ex dictiſ Matth. xii. g. Et quibuſdam. Hic ponitur ſecũda occaſio. munera enim illa ponebantur in gazaphilatio pro ſuſtentatione edificiorũ templi: & aliſ que erant neceſſaria ad miniſterium. & ideo diſcipuli Chriſti ceperunt loqui de ſtructura templi & aliſ que pertinebant ad eiuſ ornatum: quibuſ ſaluator dixit totum fore deſtruendum: & patet littera. Interrogauerunt. Hic conſequenter ponitur queſtioniſ propoſitio: ex hoc enim ꝙ Chriſtuſ dixerat templum fore deſtruendum queſierunt a Chriſto diſcipuli de tempore huiuſ deſtructioniſ: & de precedentibuſ ſigniſ: & qa diſcipuli poſt deſtructionem ciuitatiſ & templi credebant cito futuram eſſe conſũmationẽ ſeculi: ideo de hoc mouerunt ſecundam queſtionem cum precedenti ut patet Matth. xxiiii. a. Qui dixit. Hic conſequenter ponitur utriuſq; queſtioniſ ſolutio. & primo prime. ſecundo ſecunde ibi. Et erunt ſigna. Prima in duaſ. quia circa deſtructionem ciuitatiſ primo premittuntur pronoſtica ſigna: ſecundo deſtructio ipſa ibi. Cum autẽ uideritiſ. Adhuc circa primum premittũtur mala futura iudeorum in generali: ſecũdo Chriſti diſcipuliſ in ſpeciali ibi. Sed ante hec omnia. & patet ſententia iſtarum ꝓium ex dictiſ Matth. xxiiii. b. &. c. &. d. exceptiſ que ſequuntur. terroreſq; de celo. dicit enim Ioſephuſ libro de iudaico bello ꝙ ante deſtructionem ciuitatiſ ſtella cometa in ſimilitudinem gladii ſuper ciuitatem apparuit: & per annum durauit deſignãſ futurã populi occaſionem. Sed ante hec oĩa iniciẽt uobiſ manuſ etc. quia beatuſ Stephanuſ Iacobuſ frater Iohanniſ Petruſ & Pauluſ & fere omneſ alii apoſtoli & q̃ſi innumerabileſ chriſtiani fuerunt pro fide Chriſti occiſi. Tradenteſ in ſynagogiſ. ubi iudei habebant poteſtatem iudicandi. trahenteſ. Ad regeſ & preſideſ. ubi gentileſ habebant auctoritatem condemnandi ad mortem. Continget autem uobiſ in teſtimoniũ. ſcilicet ueritatiſ euangelice ibidem conſtanter profitendi. Ponite ergo in cordibuſ ueſtriſ etc. per hoc non excluditur meditatio reſpondendi ſi tempuſ aſſit & facultaſ ſcientie. ſed promittitur ſecuritaſ ſi iſta deficiant quod frequenter cõtingebat in p̃mitiua eccleſia quia tunc frequenter fideleſ ſubito trahebantur ad iudiceſ & cum hoc erant illiterati: & ſimpliceſ: quia deuſ poteſt taleſ defectuſ ſupplere. ideo ſequit. Ego enĩ dabo uobiſ oſ. i. loquendi conſtantiam. Et ſapientiam. i. ſcripturarum intelligentiam: ſicut factũ eſt in multiſ ſimplicibuſ: & ſi non dabatur ſemper taliſ intelligentia: dabatur tamen loquendi conſtantia quia in tali caſu ſufficit ad ſalutem confiteri conſtanter fidem in generali: quod poteſt facere ſimplex chriſtianuſ. Cui non poterunt reſiſtere etc. ſicut patet de beato Stephano: de quo ſcribitur Act. vi. & non poterant reſiſtere ſapiẽtie & ſpiritui qui loquebatur. Trademini autem apparentibuſ etc. ſicut legitur de beato Criſanto & multiſ aliiſ. Et capilluſ de capite ueſtro non peribit. hoc autẽ addidit ſaluator ad declarandum ueritatem future reſurrectioniſ per quam reſurgent ẽ electiſ nõ ſolum illa que ſunt de neceſſitate nature humane: ſed etiã ea que faciũt ad decorẽ cuiuſmodi ſunt capilli quia meditatio huiuſ reſurrectioniſ multum facit ad tolerantiã martyrii de qua ſaluator loquebatur. Cum autem uideritiſ. Hic cõſequẽter deſcribit̃ deſtructio ciuitatiſ Hieruſalẽ & patet ſententia ex dictiſ Mat. xxiiii. c. &. d. exceptiſ que ſecuntur: circundari ab exercitu Hieruſalem. ſ. ab exercitu Tyti & Veſpaſiani per quem deſtructa eſt. & cadent in ore gladii. Refert autem Egeſippuſ ꝙ a p̃ncipio obſidioniſ uſq; ad finem ceſa ſunt decieſ centena milia: & captiui ducentur. quia ſecũdũ ipſum ducti ſunt captiui iudeorum ad nonagintaſeptem milia. in omneſ genteſ. quia

destructio ciuitatis & populi facta est in ultionem mortis Christi ut dictum est supra ca. xix. & per hoc q̄ aliqui de illo populo ducti sunt captiui in omnes gentes: facta ē quedam testificatio innocentie Christi: & perfidie iudeorum & Hierusalē calcabitur a gētibus .i. calcanda dabit̄. Donec impleantur tpa nationum. tunc enī cū plenitudo gentium intrauerit: omnis Israel saluus fiet: ut habetur ad Ro. xi. Et erunt signa. Hic ponitur solutio secunde questionis de aduētu Christi ad iudicium: ubi primo describuntur signa pronostica: cum dicitur. Et erunt signa in sole etc. quia licet talia pluries precesserint. tamen imminente aduentu iudicis: maiora & crebriora fient. In scolastica historia ponūt̄. xv. signa p̄cedentia. xv. diebus aduentū iudicis. Sed utrum illi dies. xv. futuri sint continue se habentes: uel interpellate: ibidē sub dubio relinq̄t̄. Primo die erigetur mare quadraginta cubitis super altitudines montium stans in loco suo quasi murus. Secundo tantum descendet ut uix uideri posset. Tertio maxīe belue apparentes supra mare dabunt rugitus usq; ad celum. Quarto ardebit mare & omnes aque. Quinto herbe & arbores dabunt rorē sanguineū. Sexto ruent edificia. Septio petre ad inuicem collidētur. Octauo fiet generalis terremotus. Nono equabit̄ terra. Decimo exibunt homines de cauernis & ibunt uelut amentes. nec mutuo poterūt loq. Vndecimo surgent ossa mortuorum & stabunt super sepulchra sua. Duodecimo cadent stelle. Tertiodecimo morientur uiuentes ut cum mortuis resurgant. Decīoq̄rto ardebit celum & terra. Decimoquinto fiet nouum celum & noua terra & resurgent omnes. dicitur etiam ibidem q̄ Hieronymus inuenit ista in annalibus Hebreorum. in quibus licet sint multa uera: tamē sunt ibi multa falsa admixta: & ideo de ueritate seu falsitate istorum signorum iudicium maioribus derelinquo. Leuate capita uestra. qa dies iudicii licet reprobis sit terribilis: tamen electis debet esse consolabilis: quia tunc transferentur ad gloriam. Attendite autem uobis. i. diligenter cauete. Ne forte grauentur corda uestra. i. deprimantur ad uicia. Crapula & ebrietate. i. ex superfluitate cibi & potus. Et curis huius uita. i. superflua sollicitudine terrenorum. Et supueniat in uos repentina dies illa. i. dies iudicii. Tanq̄ laqueus. qui euadi nullo modo poterit. ex hoc loco uidetur q̄ hominibus existentibus in cōuiuiis & festiuitatibus tanq̄ securis & nihil timentibus de die iudicii: ueniet repentine. & idem habetur Matth. xxiii. ubi dicitur. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes nubentes & nuptui tradentes usq; ad eum quo intrauit in arcam Noe & non cognouerunt donec uenit diluuium. & tulit omnes: ita erit & aduentus filii hominis. & hec ueritas euangelii uidetur saltem in aliquibus dissonare ab illis quindecim signis supra dictis & acceptis de apocrifici Iudeorum. Vigilate itaq;. omni tpe orantes: per hoc non est intelligēdum q̄ oratio semper sit continua: quia oportet eam interrūpi sōnis & aliis necessitatibus corporis: sed eius continuitas intelligitur q̄ non interueniat peccatū mortale impediēs effectū ipsius. ideo subditur. Vt digni habeamini fugere ete. quia illi q tūc inuenient̄ sine peccato mortali erūt salui. Et stare ante filium homis. id est stare securi i iudicio coram Christo qui iudicabit in forma humana. Noctibus uero extens. morabatur in monte qui uocatur Oliueti ut ibi uacaret orationi. Et omnis populus manicabat ad eum. mane accelerabat uenire ad predicationis sue locum: attractus efficacia & dulcedine doctrine sue.

.XXII.

HPpropinquabat autem. Post̄q̄ euangelista descripsit Christi predicationē: hic consequenter describit ipsius passionem per quam solutum est peccatum nostre redemptionis. ubi primo describitur maligna Christi comprehensio per explorationem iudeorum. Secundo eius condemnatio iniusta per excecationem gentilium. ca. xxiii.

Prima diuiditur in quattuor parteſ. quia primo deſcribitur Chriſti uenditio facta nó ex eiuſ ignorantia: ſed magiſ ex p̃ſcientia & uoluntate. Secundo ipſiuſ uenditi traditio non ex eiuſ diſplicentia: ſed ex caritate. Tertio traditi comprehenſio non ex ipſiuſ impotentia: ſed ex ſua mititate. Quarto comprehenſi illuſio non ex ſua iniuſticia: ſed humilitate: ſecũda ibi. Venit autem dieſ azimorum. tertia ibi. Comprehendenteſ aũt eum. quarta ibi. Et uiri qui tenebant eum illudebant ei. Circa primum dicitur. Ap/ propinquabat autem dieſ feſtuſ. ſ. ſollemnitatiſ paſchaliſ que celebrabatur p̃mo mẽſe quintadecima die menſiſ ut habetur Leuit. xxiii. Incipiebat tamen a ueſpere p̃cedẽtiſ diei azimorum: quia fermentum & fermentatum non debebat apparere in domibuſ iudeorum. vii. diebuſ huiuſ ſollemnitatiſ ut habetur. Exo. xii. qui dicitur paſca id ẽ tranſituſ. quia tunc tranſiuit angeluſ domini per Egyptum interficienſ primogenita egyptiorum & hebreoſ ſaluanſ. Et querebant principeſ ſacerdotum etc. moti inuidia contra Chriſtum quõ Ieſum interficerẽt. licet enim hoc ſumme deſyderarent: tñ erat eiſ difficile propter fauorem populi ad Xp̃m. ideo ſubditur. Timebant uero plebem ne contra eoſ inſurgeret: ſi in Chriſtum manuſ mitterent. Intrauit aũt ſathanaſ Iudã. id eſt animam Iude. non per illapſum: quia hoc eſt deo proprium: ſed per effectum: uenditionem Chriſti ei ſuggerendo. Et abiit & locutuſ eſt cum principibuſ ſacerdotũ etc. motiuum autem Iude hic tacetur: ſed exprimitur Matth. xxvi. & Iohan. xii. uidelicet ut recuperaret ualorem ungenti effuſi ſup Chriſtũ a Maria ſorore Lazari. Et gauiſi ſunt. quia ille moduſ capiẽdi Chriſtum per ſuum diſcipulum uidebat magiſ paſſibiliſ & ſecretuſ. Venit aũt dieſ azimoꝝ. Hic cõſequenter deſcribit Chriſti uẽditi traditio. & primo iſta traditio prenunciatur: ſecundo executiõi datur ibi. Et egreſſuſ ibat. prenunciatio dicte traditiõiſ facta eſt a Chriſto cum cenaret cum diſcipuliſ ſuiſ. & ideo primo deſcribitur paſchale conuiuium: ſecũdo inſtituitur eucariſtie ſacramẽtũ ibi. Accepto pane. Tertio ponitur dicte traditionis p̃nunciatio ibi. Verũtñ. Quarto diſcipulorum informatio ibi. Facta eſt contentio. Circa primum dicitur. Venit autẽ dieſ azimorum. Iſta erat. xiiii. dieſ menſiſ primi: in cuiuſ ueſpere debebant comedere agnum paſchalem cũ azimiſ panibuſ: ideo ſequitur. In qua neceſſe erat occidi paſcha. & accipitur hic paſcha non pro die ſollemni ſicut ſupra: ſed pro agno paſchali qui illo ueſpere debebat occidi. ſequitur. Ecce introeuntibuſ uobiſ in ciuitatem. ſ. Hieruſalẽ. Occurret uobiſ homo etc. in hoc dedit eiſ ſignum directiuum in preparatione cõiuii paſchaliſ. Et dicetiſ patrifamiliaſ domuſ etc. hoc autem creditur fuiſſe Xp̃i diſcipuluſ & ideo prouidit de loco & agno & aliſ neceſſariuſ in celebratione conuiuii paſchaliſ: ut dictum fuit plenius Mar. xiiii. b. Deſyderio deſyderaui. i. ualde deſyderaui. Hoc paſcha manducare uobiſcum. quia tunc finiuit uetuſ teſtamentum: & inchoauit nouũ quod erat ſibi in deſyderium. Dico enim uobiſ q̃ ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei etc. quia poſt illam cenam non comedit nec bibit donec poſt reſurrectionem ſuam in qua impletum eſt regnum dei: quia tunc aperta eſt ianua: & Chriſtuſ reſurrexit ad uitam immortalem: & tũc Chriſtuſ cum multis comedit & bibit ad probandum ſue reſurrectionis ueritatem: ut habetur infra. xxiiii. Non bibam de generatione uitiſ huiuſ. generationem uitiſ uocat uinum. Et accepto pane. Hic con/ ſequenter inſtituitur eucariſtie ſacramentum poſt legale conuiuium cum dicitur. Et accepto pane. gratiaſ egit. p hoc oſtendit q̃ in conſecratione huiuſ ſacramẽti p̃exigit̃ deuotio & oratio. Et fregit & dedit eiſ dicenſ: hoc eſt corpuſ meum. nõ ſic intelligẽdũ q̃ priuſ frangeret & daret diſcipuliſ & poſtea diceret uerba conſecrationiſ: ſed magiſ econuerſo. quia Chriſtuſ dedit apoſtoliſ ſuiſ corpuſ ſuum cõſecratũ: & ideo priuſ dixit

uerba conſecrationiſ que ſunt. hoc eſt corpuſ meum. quia uerba conſecrationiſ efficiũt ꝙ figurant. poſtea fregit & dedit: hoc facite in meam commemorationẽ. qa eucariſtie conſecratio eſt quedam dominice paſſioniſ rememoratio. & propter hoc conſecratur corpuſ ſeparatim a ſanguine: quia in paſſione ſanguiſ fuit ſeparatuſ a corpore. ideo ſubditur. Similiter & calicem etc. cetera autem que pertinent ad iſtud ſacramentum tractanda ſunt in quarto ſententiarum. Veruntamen. Hic conſequenter Chriſtuſ prenunciat traditionem ſui dicenſ. Ecce manuſ tradentiſ me mecũ eſt in menſa. ex quo patet maxima ingratitudo & proditio Iude qui ingerebat ſe comeſtioni cum Chriſto quem nõ latebat ſua proditio. Et quidem filiuſ hominiſ. quia licet ſit deuſ & homo. nõ tamen tradebatur & patiebatur ſcd̃m diuinitatẽ in qua impaſſibiliſ eſt: ſed tantũ ſcd̃m humanitatem. ſcd̃m quod diffinitum eſt. in prouidentia dei pro ſalute mũdi. Verũtñ ue homini illi per quem tradetur. quia Iudaſ licet poſt factum penituit: hoc tamẽ fuit inutiliter: quia per deſperationẽ ſe ſuſpendit ut habetur Matth. xxvii. & ipſi cepunt querere inter ſe. ſ. apoſtoli. quiſ ex eiſ eum traditurus eſſet tamen neſcierũt. qa Xp̃ſ nõ reuelauit hoc manifeſte: ſed tantũ Iohanni ſecrete: ut habetur Ioban. xiii. Facta eſt contentio. Hic conſequenter ponitur informatio diſcipulorum: & primo oſtendit̃ qualiſ ſit aptuſ ad officium prelationiſ: ſecundo quid foret eiſ licitũ tpe perſequutiõiſ: ibi. Et dixit eiſ. Adhuc primo ponitur informatio diſcipulorum in generali: ſecundo ipſiuſ Petri in ſpeciali ibi. Ait aũt dominuſ Simoni. Adhuc primo informat diſcipuloſ de prelationiſ aptitudine: ſecundo de premii magnitudine. Voſ autem. Circa primum ſciendum: ꝙ cum apoſtoli audiuerunt Chriſtum predicentẽ traditionem ſui ad mortẽ crediderunt firmiter hoc eſſe futurum: & ideo ceperunt querere inter ſe: quiſ inter apoſtoloſ eſſet conuenientior ad tenẽdum Chriſti locum & hoc eſt quod dicit̃. Facta eſt autem inter eoſ contentio. i. diſquiſitio. quiſ eorum uideretur eſſe maior. i. aptior ad preſidẽdum alii loco Chriſti: & ideo Chriſtuſ de hoc eoſ docuit: uidelicet ꝙ ille eẽt ad hoc aptior qui eſſet uere humilior per contrarium ad terrenam dominationem: & ad hoc inducit exemplum ſui dicenſ. Quiſ maior eſt qui recumbit: aut qui miniſtrat? nonne qui recumbit. q. d. ſic ſcd̃m iudicium humanum: & infert. ego autem in medio ueſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. hoc iam oſtenderat in lotione pedũ ſuoꝝ diſcipuloꝝ: & ex hoc intendit concludere ꝙ ille eſt aptuſ ad ſuccedendum ſibi in regimĩe eccleſie qui eſt fundatuſ in uera humilitate. Voſ autem. Poſtq̃ oſtendit aptitudinem prelati: hic cõſequenter oſtẽdit magnitudinem premii dicenſ. Voſ eſtiſ qui permanſiſtiſ mecũ. iam enim Iudaſ exierat de ſocietate eorũ. accepto pane intincto ut habetur Io. xiii. In temptationibuſ meiſ. quia imminebat agonia ſue paſſioniſ. Et ego diſpono uobiſ regnũ. quod intelligitur dupliciter: uno modo de regno militantiſ eccleſie cuiuſ regnũ Chriſtuſ tradidit apoſtoliſ. alio modo de regno eccleſie triumphantiſ: ad qd̃ apoſtoli erant aſſumendi poſt laborem uite preſentiſ. Vt edatiſ & bibatiſ etc. hoc ſimiliter du/pliciter intelligitur. primo de ſacramento eucariſtie: cuiuſ conſecrationem: acceptionẽ & diſpenſationem Chriſtuſ tradidit apoſtoliſ. alio modo de fruitione glorie ad quam apoſtoli erant predeſtinati. Et ſedeatiſ ſup thronoſ etc. quia in iudicio extremo erũt aſſeſſoreſ Chriſti iudicantiſ. Ait autem. Poſita informatione diſcipulorum in generali: hic ponit̃ informatio Petri in ſpeciali de fragilitate humana conſyderanda: & cõſtãtia dei adiutorio habenda cum dicitur. Simon ecce ſathanaſ expetiuit uoſ. id eſt ſtudioſe queſiuit per temptationeſ ſubuertere: quia multum nititur ad ſubuerſionem ſanctoꝝ: illoſ enim pulſare negligit: quoſ quaſi iure quieto poſſidere ſentit: ut dicit Gregori. Vt cribraret. i. temptationum impulſu concuteret. & ſicut in tali concuſſiõe remanet

palea & transit farina: sic Iudas remansit diabalo ad penā eternam. alii uero apostoli transierunt ad gloriam. Ego autē rogaui pro te ut non deficiat fides tua. s. finaliter: non enim rogauit ut Petrus non caderet: sed ut in casu non remaneret: ideo sequē. Et tu aliquando conuersus. s. de peccato ad gratiam confirma fratres tuos. hoc dicitur ei quia ecclesia erat sibi committēda: ut habetur Iohan. ulti. ubi ei dicit̄ ter a Christo. pasce agnos meos: ex hoc patet etiam fidem non deficere usq; ad finē mundi potissīe in ecclesia Romana que a Petro post Christum fundata est. Domine tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. hoc dixit ex feruore & confidens de sua cōstātia & uirtute: ideo consequenter predicitur sibi sua fragilitas. Nō cantabit hac die gallus donec ter abneges nosce me. post binam autem negationem Petri gallus cantauit. sed Petrus non aduertit: sed post tertiam cum iterum gallus cantauit prout plenius fuit expositum Mar. xiiii. Et dixit eis. Hic cōsequenter ostenditur quid foret apostolis licitum tempore persequutionis: quia cū Christus primo misit eos ad predicandū dedit eis formam incedendi ut sine pecunia & prouisione alia necessariorum incederent ut dictum fuit supra. x. ca. ideo forte crederent q̄ tempore p̄secutionis que imminebat nō liceret eis talia portare: q̄ remouet eis dicens. Sed nūc qui habet sacculū ad portādū pecuniam pro prouisione necessariorū: tollat. i. portet. Similiter & perā. i. repositorium uictualium: & quia non solum erat eis licitum talia portare: sed etiam seipsos a perse/quutoribus moderate defendere saltem pro tunc: ideo subditur. Et qui non habet. s. gladium. Vendat tunicam suam & emat. per hoc innuens q̄ licita esset eis defensio moderata tempore persequutionis: ideo subditur. Dico enim uobis quoniam adhuc q̄ scriptum est oportet impleri in me. s. mortem acerbissimam & contemptibilissimam p̄ iudeorum persecutionem. Et cum iniquis deputatus est. hoc scribitur Esa. liii. ca. Et enim ea que sunt de me scripta per prophetas. Finem habent. i. sunt p̄pe cōplemētū. Domine ecce duo gladii. Hic non curauerunt apostoli loqui de sacculis uel peris: sed tantum de gladiis quia erant animati ad defensiōem sui magistri. licet postea fugerūt timore humano percussi: dicit autem Crisostom. q̄ isti duo erant duo cultelli magni ad scindendum carnes agni. Satis est. quia unus euaginādus sufficienter ostēdit licētiā se defendendi: & audaciam Petri ad defendendum suum magistrum: & uoluntariam passionem Christi cum haberet qui pro eo pugnaret. Ipse tamen hoc prohibuit. alius autem non euaginatus ostendit apostolos non fuisse permissos facere q̄tum poterant ad defensionem sui & magistri. ut per hoc ostenderetur q̄ perfectior est patientia q̄ defensio etiam licita. Et egressus ibat. Hic consequenter ponitur traditionis Christi executio: & primo ex parte Christi se uoluntarie offerentis: secundo ex parte Iude eum proditorie tradentis ibi. Adhuc eo loquente. Circa primum dicitur. Et egressus de loco cene predicte. ibat scd̄m consuetudinem. quia assuetus erat illuc exire deuote causa orationis. In montem Oliuarum. ibi sciebat traditorem uenturum. Orate ne intretis in temptationem. oratio enim scd̄m Damascenum est eleuatio mentis in deum quāto autem mens in deum eleuatur tanto facilius temptatio ab eo suparatur. Et ipse auulsus est ab eis. qa oratio debet esse solitaria. Et positis genubus orabat. qa debet eē reuerens & deuota. Pater si uis transfer etc. quia debet esse discreta submittēdo p̄priā uoluntatem uoluntati diuine. Apparuit autem ei angelus. uisione corporali in specie humana confortās eum per modum seruientis: quod factum fuit ad confirmationem fidei discipulorum: quia Christus sit maior angelis ratione deitatis: per hoc etiam ostē/debatur q̄ in eo erat uera humanitas que cōfortabatur contra iusticiā insurgentem in parte sensitiua: ex apprehensione mortis imminentis. Et factus in agonia. erat enī

ista agonia reluctatio sensualitatis mortē horrentis: & rationis ipsam acceptantis quia uirtute diuina quelibet pars permittebat agere & pati: quod erat sibi proprium: plixius orabat. ostendens ꝙ in maiori necessitate magis debet homo orationi insistere. Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis. ex uehementi enim passione seu anxietate sensualitatis que permittebatur agere & pati quod erat sibi proprium ut dictum est: fiebat ut non solum humores exirent per sudorem: sed cū hoc aliud de sanguine sudorē tingente. scd̄m uero alios supernaturaliter factum est ut sanguis pro sudore exiret: ut sic Christus iam suum sanguinem pro salute nostra effūdere inciper. Inuenit eos dormientes pre tristicia. Tristicia enim est passio causata ex malo presenti: quod non potest repelli: & sic causat aggrauationem animi quam depressi ponere mali presētis ꝙ non potest ammoueri: & sic per cōsequens impedit ulterius motum spirituū a corde ad organa sensuum exteriorum. sed quia huius spiritus causant opera uigilie: inde est ꝙ tristicia impediens talem motum spirituum causat aggrauationem sensuum & cessa/tionem ab actibus propriis sicut fit in somnio proprie dicto qui causat ex uaporatiōe humorum ex cibis & potibus ascendēte uersus cerebrū qui humores ibidem ingrossati ex frigiditate cerebri descendunt uersus organa sensuum opilantes meatus per quos spiritus progredientes a corde deberet ad organa sensuum transire & sic cessant sensus uigilie. Adhuc eo loquente. Hic consequenter ponitur exequutio traditiōis ex parte Iude tradentis cum dicit̄. Iudas unus ex duodecim antecedebat eos. tanq̄ ductor illoz qui uolebant comprehēdere Iesum. Et appropinquauit Iesu ut oscularet̄ eū. dederat enim Iudas comprehensoribus istud signum ne pro Iesu caperent Iacobum fratrē dñi qui erat et ualde similis ut dictum fuit supra Matth. xxvi. d. Iuda osculo filiū hois tradis. i. in signo caritatis proditionem homicidii facis. ex quo factum Iude aggraua/batur ualde. Videtes autem hi qui circa ipsum erant. i. Christi discipuli. quod futurū erat. s. captionem magistri sui. ut duceretur ad mortem. Dixerunt ei. domine si ꝑcu/timus in gladio: & percussit unus etc. alius discipulis petentibus licentiam percutiēdi ad magistri sui defensionem: Petrus qui erat audacior ceteris & feruentior non petiuit li/centiam nec expectauit responsionem: sed amputauit unius auriculam intendens eum interficere: uel grauiter uulnerare. Sinite usq; adhuc. quasi dicat: nō moueat uos qd̄ est futurum: quia permittendi sunt ut me comprehendāt & impleantur ea que de me scripta sunt. Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum. in quo apparet maxima Christi caritas sanando illum qui uenerat ad comprehendēdum eum. Dixit aūt Iesus ad eos qui uenerant. ad principes sacerdotum etc. contrarium uidetur Matth. xxvi. ubi dici uidetur ꝙ principes sacerdotum nō fuerunt in captiuatione Iesu: sed ductus fuit ad eos per comprehensores ad locū ubi conuenerant. ad qd̄ respondet̄ dupliciter uno mō ꝙ licet non uenerint ad comprehendēdum Iesum in propriis ꝑsonis uenerunt tamen in uirtute in ministris ab eis missis. alio modo ꝙ aliqui de principibus sacerdotū uenerunt cum ministris ad comprehendendum Iesum ut diligentius fieret negocium. plures tamen expectabant in domo: ut dicit Matth. q̄si ad latronem existis cū gladiis & fustibus cum cottidie uobiscum fuerim in templo etc. quasi dicat nō cepistis me quia nolebā nec mō capetis nisi ꝑmitterē: ideo sequit̄. Sed hec est hora. i. uobis concessa ad me cōp̄hendendū & potestas tenebraz: qa diabolus tenebraz princeps eos ad hoc in/citabat. Cōp̄hendentes aūt. Hic cōsequenter describit̄ traditi cōp̄hensio: & subditur Petri negatio cū dicit̄. Petrus uero. de negatione enim Petri uarie loquūt̄ euāgeliste que uarietas exposita fuit & concordata Matth. xxvi. f. Et uiri. Hic consequēter describitur Christi comprehensi illusio cum dicit̄. Prophetiza nobis Xp̄e etc. per hoc

enim designabant ꝙ esset falsus propheta: & ꝙ ignoraret quis eum percuteret: & nō solum illudebant: sed etiam calumniose interrogabant. Si tu es Christus dic nobis. qa si respondisset sic statim imposuissent ꝙ uellet sibi usurpare dignitatem regiam contra cesaris ordinatiōem qui dignitatem regiam á Iudeis abstulerat sicut dictum fuit supra iii. ca. Si autem dixisset non: obiecissent contra eū de redargutione qa pluries uerbis & factis dixerat se esse Christum. unde Iohan. x. dicētibus ei Iudeis. Si tu es Christus dic nobis palam. Respondit eis Iesus. loquor uobis & non credetis opera que ego facio in nomine patris mei. hec testimonium perhibēt de me: ideo sequitur. Si uobis dixero non credetis mihi. sicut & alias non credidistis nec uerbis meis nec factis. Si uos interrogauero non respondebitis. sicut cum alias petiuerat ab eis de Christo quō sit filius Dauid: non responderunt: & in pluribus aliis questionibus: simile inuenitur. Neq; dimittetis. quia obstinationem sciebat eorum. Ex hoc autem. i. post passionem meam & resurrectionem. Erit filius hominis sedens a dextris uirtutis dei. quod impletum est in ascensiōe Christi: scd̄m quod dicitur Mar. ult. & dominus quidem Iesus post̄q̄ locutus est eis assumptus est in celum: & sedet a dextris dei. Dixerunt autem omnes etc. Mat. xxvi. dicitur ꝙ summus sacerdos hoc dixit. dicendum ꝙ ille dixit primo & p̄ncipaliter & ideo Matth. ipsum solum exprimit. alii autem consequenter idem dixerūt: uolētes ex hoc concludere condemnationem Christi fore iustam. Tu ergo es filius dei. hoc nō sequebatur ex dicto precedenti quia dixerat. Erit filius dei. uerūtamen quia hoc erat uerum noluit negare nec etiam affirmare ne aperiret locum calumnie: sed respondit. Vos dicitis quia ego sum. quod uerbum erat uerum & taliter prolatum ꝙ calumniam non haberet scd̄m ueritatem: sed tm̄ scd̄m Iudeorum maliciam ex qua concluserunt. Quid adhuc desyderamus testimonium. q̄si dicant: conuictus est proprio uerbo: unde subditur. Ipsi autem audiuimus de ore eius. .XXIII.

ET surgens omnis multitudo. Post̄q̄ descripta est Christi comprehēsio ꝑ maliciā Iudeorum: hic consequenter describitur eius occisio per excecationē gentilium: ubi primo describitur sollicita examinatio: secundo iniqua condemnatio ibi. Pilatus autem. Tertio impia occisio ibi. Et cum ducerent eum. Quarto deuota tumulatio ibi. Et ecce uir nomīe Ioseph. Circa primum describitur primo examinatio corā Pilato preside: secundo coram Herode ibi. Pilatus autem audiens. Circa primum dicitur. Et surgens oēs multitudo eoꝝ duxerunt illū ad Pilatum qui erat ibi p̄ses loco Romanoꝝ. Ceperunt autem accusare illum: & hoc de tribus. Primo de auersione populi a lege Moysi seruanda cum dicitur. Hunc inuenimus subuertētem gentem nostram: secūdo ꝙ per doctrinam suam impediret populum suum reddere cesari tributū: & hoc notat cū dicit̄. Et ꝓhibentē etc. Tertio ꝙ uolebat usurpare regnū Iudeoꝝ: ideo sequit̄. Et dicentē se Xp̄m regē eē. Primū aūt erat manifeste falsū: qa non uenit soluere legē: sed adimplere: ut habet̄ Matth. v. & legē Moysi usq; ad mortē seruauit ut declaratū fuit ibidē. Secundū qa Iudeis querentibus: licet nobis censū dare cesari? an nō? rn̄dit. Reddite que sunt cesaris cesari: ut habet̄ Matth. xxii. Similiter tertiū: qa cum Iesus sciret turbas uenturas ut eū rapent: & facerent super se regē fugit: ut habet̄ Ioh. vi. Pilatus aūt de p̄mo non curauit: qa gentilis erat: & ideo de lege Moysi non curabat. Secūdū reputabat falsū: qa rn̄sionē Xp̄i audierat ꝑ relationē de tributo cesari reddendo: ut p̄dictū est. Sed de tertio inq̄uit: qa uidebat̄ eē contra dn̄m suum. unde & Iudei corā ipso dixerunt: nō habemus regē nisi cesarē. Iohan. xix. & ibidē dicit̄. oīs ens q se regē facit contradicit cesari. Xp̄s aūt se eē regē nō negauit: neq; affirmauit: sed medio mō rn̄dit dicens. Tu dicis. . Verūtn̄ exp̄sit. ꝙ si eēt rex regnū eius nō erat

de hoc mundo: ut habetur Iohan. xviii. Et quia Pilatus & imperator dominus suus non curabant nisi de regno terreno: ideo Pilatus habuit Iesum excusatū dicēs. Nihil inuento cause. s. criminis uel mortis: in hoc homine. At illi inualescebāt. ut clamoribus obtinerent ꝙ ratione non poterant. commouit populum. quasi dicant turbauit pacem cōmunē. Incipiens a Galylea. uolebant enim eum notare ꝙ esset similis iude Galyleo qui tempore natiuitatis Christi inducebat populū ad rebellandū imperatori Romano dicens esse illicitū Iudeis proficeri aliquem dominum terrenum: sed solum deū ut habetē Act. v. ante hos dies existit Iudas Galyleus qui auertit populum in die pfessionis etc. Sed Pilatus hoc falsum reputauit eo ꝙ audierat Christum dixisse: reddite que sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo. per hoc ostendens ꝙ poterant esse subiecti non solū deo: sed etiam temporali domino. Pilatus autem. Hic consequenter ponit̄ examinatio Christi coram Herode. Pilatus enim audiens ꝙ Iesus esset de Galylea remisit eum ad Herodem: tum ut Herodi differret: tum quia credebat ꝙ libenter liberaret hominem qui esset de terra sua: & maxime innocētem. Sciendū etiam ꝙ licet Iesus fuerit natus in Bethleem: ut dictū est supra. ii. ca. tamen dicit̄ hic de Galylea: qa fuit ibi nutritus & conuersatus. Qui et ipse Hierosolymis fuit his diebus. s. paschalibus ꝓpter sollēnitatem: quia Iudeus erat. pater enim suus fecit se circuncidi transiens ad ritū iudaismi: scd̄m quod dicit Iosephus. Herodes autem uiso Iesu gauisus est. non ꝓpter deuotionē sed propter curiositatē: ideo subditur. Eo ꝙ audierat multa de eo. s. de miraculis eius. & doctrina. Et sperabat signū aliquod. i. mirabile factū. Videre ab eo fieri. spabat etiā audire aliqd ab eo quedā curiosa & insolita: ideo subditur. Interrogabat aūt illū multis sermonibus. Iesus autem in conspectu eius noluit aliquod signum facere: tū qa Herodes erat indignus cum moueretur ex curiositate ut dictum est: tum quia Iesus uoluit ostendere ꝙ predicator uerbi diuini non debet coram principibus ostentationē suam querere & eisdem rationibus non respondit eius interrogationibus. Spreuit aūt illum Herodes. reputans eum ideotam & fatuum. Et illusit inductum ueste alba. Sic enim illudebatur tunc fatuis. Et remisit ad Pilatum. ut eum honoraret: sicut & Pilatus ei detulerat. Et facti sunt amici. propter mutuam reuerentiam factam: ut dictū est. Nam ante inimici erant adinuicem. propter Galyleos quos Pilatus occiderat: miscens sanguinem eorum cum sacrificiis ut dictum est supra. xiii. ca. Pilatus autem. Hic cō/sequenter describitur Christi condemnatio iniusta: ubi primo declarat̄ Xp̄i innocētia ex triplici confessione iudicis causam examinantis: & etiam ex allegatione Herodis q ipsum non condemnauerat. Iudei autem econuerso contra uerba iudicis ter reclama/uerunt ut obtinerent per importunitatem clamoris quod nō poterant uia rōnis ꝓpter qd̄ Pilatus finaliter declinauit a iusticia condēnans ad mortē innocentē Xp̄m Iesū: inclinatus ad hoc ex populi fauore quē querebat & cesaris timore: cuius indignationē formidabat: eo ꝙ dixerant Iudei in cōspectu suo: si hūc dimittis: nō es amicus cesaris ut habetē Iohan. xix. etc. & ex dictis patet littera paucis exceptis. Nā remisit illū ad uos. i. ad nostrū iudiciū. libri antiq & correcti sic habent. Nā remisi uos ad illū. s. ad Herodē ut ex p̄dictis patet: & littera sequens consonat: cū dicit̄. Et ecce nihil dignū morte actū est ei. s. corā Herode. Emendatū ergo. i. uerberatū. Illū dimittā. liberū a morte. Sed cōtra hoc uidet̄ qa Pilatus sciebat ipsū esse innocētē: quō ergo uolebat ipsū iniuste uerberare. dicendū ꝙ uolebat facere ut Iudei uidentes hanc flagellationē saciarent̄ hac pena & cessarent a morte Iesu querēda. Necesse aūt habebat dimittere eis ꝑ diē festū unū. qa in nocte pasche angelus dñi saluauit hebreos & ꝓcussit ꝑmogenita Egyptioꝝ: ideo in memoriam huius beneficii in sollēnitate paschali saluabāt unū

propinquum morti. & aliquos cõdemnatos ad mortem interficiebãt: ad representandũ saluationem hebreorum & interfectionem Egyptiorum: & istam consuetudinem eis conseruari impetrauerant ab imperatore Romanorum sicut fuerat obseruata anteq̃ Iudea esset Romanis subiecta: & hoc est quod dicitur. Necesse autem habebãt etc. quia tenebantur obseruare illud quod erat concessum ab imperatore. Pilatus scies Iesum innocentem uolebat eum liberare: per hanc uiam: proponens q̃ non expediret eis nisi Iesum aut Barrabam. cuius liberationẽ credebat Iudeos nullo modo preeligere propter nimiam ipsius maliciam. Sed ipsi nimio odio moti contra Christum p̃elegerũt Barrabã liberari: petentes Iesum crucifigi: eo q̃ erat modus mortis asperior & durior. cetera patent. Et cum ducerent eum. Hic consequenter describit Christi impia occisio cum dicitur. Et cum ducerent eum ad crucifigendum apprehenderunt Symonem etc. quia coegerunt eum ad portandum crucem ut citius uenirent ad locum crucifixionis: quia Iesus nimis debilitatus ex afflictione p̃cedenti: & ideo q̃uis Iesus primo portasset crucem suam tamen illi qui eum ducebant acceperunt eam & posuerunt sup Symonẽ ratione predicta. ille autem inuite portabat: tum quia hoc erat turpe: tum qa forsitã erat discipulus Iesu occultus tamen. Sequebatur autem illum multa turba. qa aliqui sequebantur eum ad ipsum crucifigendum: aliqui ad illudendũ eum: & aliq̃ ad uidẽdũ spectaculum: & aliqui ad plangẽdum: specialiter mulieres deuote: quibus dixit. Filie Hierusalem etc. quia nõ solum de Galylea alique secute fuerant ipsum: sed etiã alique de Hierusalem sibi adheserant per deuotionem. Nolite flere super me: sed super uos ipsas. non probibet cõpassionem: sed p̃dicit aliam luctus causam in obsidióe Hierusalẽ futura per Titum & Vespasianum: ideo subditur. Quoniam ecce dies uenient. scilicet quadragesimo secundo anno post passionem Christi in qua fuit dicta obsidio. Beate steriles. quia agiliores erant ad fugiendum q̃ grauide. Et uentres qui non genuerũt. quia mulieres babentes pueros in obsidione fuerunt anxietate non solum pro se sed p pueris suis: & alique pre famis anxietate pueros comederunt: scd̃m q̃ dicit Iosephus libro de Iudaico bello. Tũc incipiẽt dicere mõtibus etc. qa aliqui pre horrore miserie que tunc fuit in populo Iudeorum dicebant. utinam mõtes caderent super nos. Quia si in uiridi ligno hoc faciunt. Christus dicitur hic uiride lignum faciens fructum. & p cõsequens indignum absciśione per mortem. populus autem iudaicus hic dicitur lignũ aridum infructiferum & per cõsequens dignum absciśione per mortem & combustiõe iebenne: que est pena extrema & maxima. Pater dimitte illis quia nesciũt qd faciũt. erant enĩ ibi aliq̃ simplices & illitterati sacerdotibus Iudeoꝝ decepti qui p̃sequebantur Xp̃m zelo legis & pro istis orauit Xp̃us. alii aũt erant litterati q̃ ipsũ esse Christum p̃babiliter nouerãt seu cognoscere debuerant: sed ex odio & inuidia fuerũt excecati & Xp̃m p̃sequuti sũt usq; ad mortẽ: & p illis non orauit. Erat supscriptio scripta sup eũ litteris grecis latinis & bebraicis. qa iste erant tres lingue p̃ncipales ut omnes possẽt legere. Neq; tu times deũ qui in eadẽ cõdẽnatione es. q. dicat. licet boies nõ timuerit tñ debes deũ timere maxie in articulo mortis i quo tu es: ideo dicit. q i eadẽ dãnatiõe es. s. mortis. Memento mei dñe. magna fides huius latronis qui nec p̃pter acerbitatem pene quã sustinebat: nec p̃pter infirmitatẽ carnis quã in Xp̃o uidebat: confessionem uere fidei ommisit. Dũ ueneris in regnũ tuũ. manifeste patet q̃ nõ loquebat de regno tpali sed eterno: ideo subditur. Hodie mecũ eris in padiso. non accipit hic padisus p borto uoluptatis: nec p celo empyrreo: sed p fruitione beata quam habuerunt sancti patres in morte Xp̃i q̃ erant in lymbo: statim cũ eius aia descendit ad eos & eadem die illuc ascendit aia huius latronis facta p̃ticeps beate fruitionis. In manus tuas cõmẽdo

ſpūm meū. oñdenſ q̄ in articulo mortiſ maxime debemuſ recurrere ad deū. Vidēſ aūt centurio. q erat conſtituſ ad cuſtodiendū Xp̄m in cruce quouſq; expiraſſet. Quod factū erat. ſ. miracula in paſſione Xp̄i facta utpote terremotuſ: petraꝝ ſciſſio: obſcuritaſ ſoliſ ſupnaturaliſ: & q̄a cū clamore magno expiraſſet: q̄d nō poterat fieri uirtute nature: glorificauit deū fidei confeſſione dicenſ. Vere hic homo iuſtuſ erat Matthei. xxvii. dicit̄. Vere filiuſ dei erat iſte. dicēdū q̄ utrūq; dixit Centurio: ſed Matheuſ exp̄ſſit unū: Lucaſ aliud: de altero tacendo. p̄cutiēteſ pectora ſua. penitēteſ & dolēteſ de Xp̄i p̄ſequutione: & iſti fuerunt q̄ a peritiſ decepti fuerant: ut predictum eſt. Stabant aūt omneſ noti eiuſ a longe. cōtrariū aūt uidet̄ Ioh. xix. ubi dicit̄. Stabāt aūt iuxta crucē Ieſu mater eiuſ etc. rñdit Aug. q̄ non erant immediate iuxta illum: p̄pter turbā cōp̄mentē: nec ita a longe q̄n poſſent eū uidere & audire: ideo poſſunt dici longe fuiſſe & p̄pe diuerſiſ reſpectibuſ. Et ecce uir. Hic deſcribit̄ deuota Chriſti tumulatio que fuit ſollēniſ & p̄cioſa: licet morſ fuerit ignominioſa put de utroq; fuerat p̄phetatū p̄ Eſa. ſicut plenius fuerat declaratū Matth. xxvii. Decuriuſ. i. exiſtēſ de curia. ſ. p̄ſidiſ uel imp̄atoriſ. Hic non conſenſerat conſilio & actibuſ eoꝝ. ſ. alioꝝ Iudeorum Xp̄m p̄ſequentiū. Ab Arimathia. iſta eſt ciuitaſ que uocata eſt Ramatha de q̄ fuit Helcana pater Samuelis: ut habet̄ prima Re. i. q & ipſe expectabat regnū dei. nō tp̄ale & terrenū: ſed celeſte & eternū. Hic acceſſit ad Pilatū. erat enī de curia & p̄pter hoc habebat matorē acceſſū. Et depoſitū inuoluit in Syndōe. i. in pāno lineo & ex hoc ordinatū eſt: q̄ corpuſ Xp̄i non conſecrat̄ niſi ſup̄ pannū lineū. Et poſuit eū in monumento excīſo. i. in uno lapide concauato ſc̄m q̄ntitatē hoīſ: ne ſi ex pluribuſ lapidibuſ eēt factū poſſet dici a Iudeis q̄ ſubfoſſū fuiſſet ſepulchrū & corpuſ inde ſublatū. In quo non dū q̄ſq̄ poſitus fuerat: ne poſſet dici q̄ ille q̄ p̄us fuiſſet ſepultus reſurrexiſſet: & nō xp̄uſ. Et dieſ erat paſceueſ. i. feria ſexta que dicit̄ paſceueſ. i. p̄paratio: q̄a tūc p̄parabāt̄ & coquebāt̄ illa que debebāt comedi i ſabbato: ſc̄m q̄d p̄cipit̄ Exo. xvi. Et ſabbatū illuceſcebat. i. appropinq̄bat q̄a ſollēnitaſ ſabbati incipit a ueſpe p̄cedētiſ diei. ſubſecute ſūt aūt mulieres. que erāt xp̄o deuote ut uiderēt monumētum: & q̄liter redire poſſēt ad ungendū corpuſ Xp̄i ibi poſitū. Et reuertēteſ. ſ. a monumēto pauerūt aromata: hoc fecerūt feria ſexta añq̄ intraret ſollēnitaſ ſabbati q̄ diu erat eis licitū aliq̄d emere: & p̄pare. ſc̄m alioſ hoc fecerūt in ueſpe diei ſabbati q̄n tr̄aſierat ſollēnitaſ diei: ſicut dictū ē Mat. xxviii. & Mar. xvi. Sabbato q̄dē ſiluerūt id ē ab opibuſ q̄euerūt. Sc̄m mādatū. ſ. legiſ: q̄d habet̄ Exo. xx.

.XXIIII.

VNa aūt ſabbati. Poſtq̄ euangeliſta deſcripſit ingreſſū Xp̄i in mundū per ſuam incarnationē & eiuſ p̄greſſū p̄ ſuā p̄dicationē & egreſſū de mūdo p̄ ſuā paſſionē hic ultimo deſcribit̄ eiuſ regreſſuſ ad patrē p̄ ſuā reſurrectionē & aſcenſionē. & p̄mo deſcribitur eiuſ reſurrectio: ſecundo aſcenſio ibi. Voſ autem ſedete in ciuitate. Circa Xp̄i reſurrectionē p̄mo deſcribit̄ Xp̄i reſuſcitati apparitio: ſecundo reſurrectionis p̄batio ibi. Conturbati uero. Prima in treſ. q̄a p̄mo deſcribit̄ apparitio facta mulieribuſ. ſecundo diſcipuliſ itinerantibuſ. tertio oībuſ ſimul exiſtentibuſ. Preter Thomā. ſecunda ibi. Et ecce duo. tertia ibi. Dū aūt hoc loquerent̄. Circa p̄mum notat̄ tempuſ apparitionis cū dicit̄. Vna ſabbati. i. p̄ma die poſt ſabbatū eo mō loquendi quo dicit̄ Geñ. p̄mo. Factum eſt ueſpe & mane dieſ unuſ. i. p̄muſ. unde conſequenter ſubdit̄ ibi dieſ ſecunduſ & tertiuſ & ſic de aliis. ualde diluculo. contrarium uidet̄ Mar. xvi. ubi dicit̄. orto iā ſole. dicēdū q̄ duplex ē ortuſ ſoliſ: unuſ q̄n appet p̄mo lux eiuſ. ſ. aurora aliuſ q̄n appet ſol ſup̄ terram. Marcuſ aūt non loq̄t̄ de p̄mo ortu: ſed de ſecundo. uel poteſt dici q̄ q̄n mulieres receſſerunt de domo erat ualde diluculo: ut dicit hic Lucaſ:

Sed qñ uenerũt ad ſepulchrũ incipiebat apparere ſol ſup terram: ſicut dicit Marcus. qa locus ſepulchri erat extra ciuitatẽ Hieruſalẽ ut habetur Ioban. xix. Et inuenerũt lapidem reuolutum. quia angelus remouerat lapidem de hoſtio monumenti: ut habetur Matth. xxviii. Et ingreſſe. ſ. locũ monumẽti: quia cuſtodes fugerant timore angeli apparentis: uel iacebant ſicut mortui. Et factum eſt dum mente conſternate eſſent. eo ꝙ non inueniſſent dominum in ſepulchro. Ecce duo uiri. angeli apparẽtes in ſpe uiroꝝ. Aſſiſterunt ſecus illas. Ioban. xx. dicit ꝙ erant ſedẽtes: unus ad caput: & alius ad pedes: ubi poſitũ fuerat corpus Ieſu. dicendũ ꝙ qñ Maria uidit ſola: erant ſedẽtes: ut ibi dicitur. Sed qñ apparuerunt iſtis mulieribus pluribus: ſtabãt. ut hic dicit. facile eſt enim angelis ſic apparentibus mutari de ſeſſione in ſtationem & econuerſo. Cum timerent autem. ex uiſione inſolita. Et declinaret uultum in terram. ex uerecundia. Dixerunt ad eas. conſolando eas. & inſtruendo de Chriſti reſurrectiõe ſcd̃m ꝙ Xp̃s eis preſentibus predixerat. ideo ſubdit. Et recordate ſunt uerborum eius nũciauerãt hec oĩa: illis. xi. quia duodecimus. ſ. Iudas ſe ſuſpenderat. Sed nõ uidetur ꝙ eſſẽt. xi. apoſtoli: ſed tm̃. x: quia Thomas erat abſens ut uidetur Io. xx. dicendum ꝙ erat cum alius qñ iſte mulieres nunciauerũt ut hic dicitur: & ſimiliter qñ duo diſcipuli regreſſi de Emaus narrabant que uiderant ut habetur infra eodẽ ca. Sed tũc Thomas diſcedẽs diſceſſit ab alius per aliquot ſpatiũ: & tunc uenit Ieſus & ſtetit in medio diſcipulorum. dicens. Pax uobis. abſente Thoma: ut dicitur Io. xx. Et uiſa ſũt ante illos q̃ſi delira/mentũ uerba iſta. i. fantaſtica & non uera: Petrus aũt ſurgẽs cucurrit ad monumẽtũ: & Iohannes cucurrit cum eo ut habetur Ioban. xx. ubi iſte curſus plenius deſcribit. & procumbens. Ioban. xx. dicitur: ꝙ ipſe intrauit monumentum & uidit lintheamina etc. dicendum ꝙ ueniens ad hoſtium monumenti primo inclinauit ſe ad uidendum: ut hic dicitur. poſtea intrauit ad certius uidendum ueritatem. Et abiit miranſ. i. cogitans de Chriſti reſurrectione. Et ecce duo. Hic conſequenter deſcribitur apparitio facta duobus diſcipulis itinerantibus. & primo deſcribitur iſta apparitio. ſecundo apparẽtis cognitio ibi. Et factum eſt. Tertio cognitionis relatio ibi. Et ſurgentes. Circa ꝑmũ dicitur. duo ex illis. ſ. ex. lxx. diſcipulis quoꝝ unus uocabat Cleophas ut infra habet alius dicitur fuiſſe Lucas euangeliſta: propter quod & nomen ſuum tacuit. Ibant ipo die. ſ. die reſurrectionis. In caſtellum. quod erat in ſpacio ſtadioꝝ. lx. ab Hieruſalẽ. xvi. ſtadia faciunt unam leucam: ex quo patet ꝙ non diſtabat ab Hieruſalem niſi ꝑ iii. leucas integre: ſed deficiunt. iii. ſtadia. Et factum eſt dum fabularentur. nõ dicit hic fabulari a fabula: ſed a for faris: quia non loquebantur de uanis: ſed de operibus Ieſu & morte eius: oculi aũt eoꝝ tenebãt: qa incredulitas eoꝝ & dubietas demerebat ꝙ Xp̃us cognitionẽ ſui corpis ab eis retardaret. Qui ſunt hi ſermones. non querit ex ignorantia: ſed ut ex eoꝝ rñſione incredulitas & dubietas eoꝝ cõuenientius arguat. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalẽ etc. li ſolus nõ facit excluſionẽ alioꝝ ꝑgrinoꝝ: cũ multi ualde ꝑgrini & de diuerſis ꝑtibus uenirent in Hieruſalẽ ad diẽ feſtũ paſche ut habet Io. xii. ſed notat excluſionẽ cognitiõis ab iſto ſic appente. ſ. noticia mortis Ieſu: ut ſit ſẽſus cũ multi ꝑgrini his diebus uenerint in Hieruſalẽ: mirũ ẽ ꝙ tu ſolus inter alios ꝑgrinos ignores ea que ſunt nota aliis cĩbus. Quibus ille dixit. Que? non querit ex ignorantia: ſicut dictũ eſt. De Ieſu Nazareno q fuit uir ꝓpheta potens in ope. ſ. miraculoꝝ: & ſermone ꝓdicationis & doctrine. Et quõ tradiderunt eum ſummi ſacerdotes. qa ꝓcurauerunt eius captionẽ: & ꝑſuaſerũt populis ut corã Pilato peterẽt eius crucifixionẽ & Barrabe dimiſſionẽ: ut habet Mat. xxvii. Noſ autẽ ſpabamus etc. q. d. iã euaneſcit ſpes noſtra cuius ſubdit cauſa. Et nunc ſup hec oĩa tertia dies ẽ

hodie. qua predixerat se resurgere & tamen adhuc non apparuit discipulis licet tertia dies sit ppe finē sicut dicitur infra. Adueſperascit & inclinata est iā dies. sed & mulieres quedā ex nostris terruerūt nos nō de resurrectiōe Xp̄i quā nūciabāt: sed de ablatiōe corpis eius quā discipuli timebāt dicentes se etiā uisionem angelorū uidisse. sed discipuli non credebant plene: timentes ne tanq̄ mulieres defacili fuissent illusi. Et abierūt qdā ex nostris ad monumentum. s. Petrus & Iohannes: ut supra dictū est: & ita inuenerūt sicut mulieres dixerunt. non q̄tum ad uisionem angelorum: seu auditionem uerborum ab ipsis. sed quia inuenerunt sepulchrum uacuum corpe: & sola lintheamina remāsisse & ideo subditur. Ipsum uero inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. o stulti. ppter cecitatē intellectus. Et tardi corde. propter tarditatem affectus. Ad credendum in oībus que locuti sunt prophete. de Christi morte & resurrectione quas scripturas debebant intelligere maxime quia fuerant cū Xp̄o qui discipulis de talibus loquebatur. Nōne oportuit pati Christū etc? tum propter patris preordinationem: tum etiā ppter Xp̄i exaltationem: tum ppter humanam redemptionem: tum ppter scripturarū impletionē. ideo subditur. Et incipiens a Moyse & omnibus prophetis interpretabat illis in oībus scripturis. non q̄ omnes scripturas que de Christo sunt explicaret: quia in tam breui tempore non fieret: sed explicauit q̄tum sufficiebat ad propositum ostendendum: & ideo li oībus non facit distributionem pro singulis generū: sed pro generibus singulorū sicut dicitur: omne animal fuit in archa Noe: quia de qualibet specie animaliū fuerūt ibi aliqua individua. sic Xp̄us in proposito de lege & ppbetis & agrographis induxit aliqua testimonia. Et ipse se finxit longius ire. non fuit ibi aliq̄ falsitas: quia fuit talis fictio ad designandum ueritatem. s. distantiam eius a cordibus eorum propter fidei defectum. tales enim apparitiones ut communiter fiunt scd̄m dispositionem interiorē illorum quibus fiunt. Et coegerunt illum. i. obnixe rogauerūt. Desyderantes adhuc audire illum. Et intrauit cum illis. quia per dictum desyderium disponebant ad fidei cōplementū. Et factum est. Hic consequenter describitur Xp̄i apparentis cognitio cum dicitur. Accepit panem. & benedixit: & fregit: & porrigebat illis. sicut cōsueuerat facere ante passionem: sic enim frangebat ac si scinderetur cum cultello: & aperti sunt oculi eorum. quia uolūtarie se eis ostendit in effigie quia erat cognoscibilis ab eis & cū hoc cognouerunt per modum fractionis panis. Et ipse euanuit ab oculis eorū. oñdens q̄ habebat corpus gloriosū qđ subito potest disparere p dotem agilitatis. Et surgētes eadem hora regressi sūt Hierusalem. q̄uis enim iam esset tarde ut patet ex predictis tamē ex fidei feruore & remoto iudeorum timore statim regressi sūt in Hierusalē ad alios discipulos: qui erant inclusi propter metum Iudeorū: ut habetur Iohan. xx. ad annunciandum eis Christi resurrectionem: ideo subditur. Et inuenerunt congregatos xi. quia adhuc Thomas erat cum aliis. Dicentes quia surrexit dominus uere & appuit Symoni. quando autem ista apparitio fuerit non legitur expresse: sed tunc creditur fuisse facta quando Petrus postq̄ cucurrerat ad monumentum & uiderat lintheamina posita: abiit mirans secum quod factum fuerat: ut dictum est supra. Et ipsi narrabant. apparitionem eius factam prout descripta est per ordinem. tamen nec istis nec alius Thomas credidit: sed per aliquod spacium ab eis discessit: & tunc ipso absente facta est ista apparitio que sequitur. Dum autem hec loquerētur. Hic describit̄ tertia appitio facta omnibus preter Thomam cum dicitur. Iesus stetit in medio eorum. subito enim inter discipulos apparuit: quia ad eos ianuis clausis intrauit: ut habetur Iohan. xx. Ego sum. non res fantastica seu illusio diabolica. Conturbati uero. Hic consequēter describitur resurrectionis probatio per hoc q̄ ostendit se uerum hominem & uerum

deum: & ſcd̄m humanitatem uere ſuſcitatum: ut patebit proſequendo. Eſtimabant ſe ſpm̄ uidere. diuina enim prouidentia permiſſi ſunt dubitare ad maiorē certificationē fidei de dominica reſurrectione. Videte manuſ meaſ & pedeſ meoſ. per cicatriceſ clauorum ibi remanenteſ. oſtendit ꝙ erat idem corpuſ numero. Palpate & uidete. per hoc enim oſtendebatur habere corpuſ uerum non fantaſticum. Habetiſ hic aliquid qd̄ manducet̄. per commeſſatiōem uero oſtendit ſe habere corpuſ uiuum aīa uegeta/ tiua animatum. Hec ſunt uerba. per hoc ꝙ loquebatur ſēſibiliter & etiam rōnabiliter reducenſ ad memoriam que eiſ dixerat ante mortem ſuam oſtendit ſe habere corpuſ animatum anima ſenſitiua & intellectiua & eadem qua priuſ. Et apperuit illiſ ſenſū. ut intelligerent ſcripturaſ ſicut per precedentia probauit ueritatem ſue reſurrectiōiſ q̄tum ad humanitatem: ſic per hoc illam probauit q̄tum ad diuinitatē. qa illuminare menteſ ignorantium intellectu ſacre ſcripture & ſubito: eſt ipſiuſ diuinitatiſ propriū. ideo ſubditur. Sic oportebat pati Chriſtum & reſurgere. quia ſicut ante paſſionem declarauit ſe eſſe uerum deum & hoīem: ita etiam poſt reſurrectionē ſuā. reſurrectio enim uera eſt eiuſdem in numero iterata ſurrectio. Et predicari in nomine eiuſ peni/ tentiā & remiſſionē peccatoꝝ in omneſ genteſ incipiēteſ ab Hieroſolyma. Hieruſalē enim eſt in medio terre habitabiliſ: quia eſt in quarto climate: & ideo ab illo loco cō/ uenienter incepit p̄dicatio euangelii ut per apoſtoloſ alioſq; Xp̄i diſcipuloſ circūquaq; per orbem diſperſoſ in omnem terram exiret ſonuſ eorum. predicationiſ eorū: ſcd̄m quod fuerat predictum Pſal. xviii. Voſ autem teſteſ eſtiſ horum. ſ. ſupiuſ deſcriptoꝝ q̄tum ad Chriſti incarnationem & reſurrectiōem. Et ego mitto. i. mittā de ꝓpinquo promiſſum patriſ mei in uoſ. i. ſpiritum ſanctum in ſigno uiſibili ad p̄dicandū cōſtāter ubiq; ueritatem euangelii. Voſ autem ſedete in ciuitate. Poſtq̄ euangeliſta deſcripſit Chriſti reſurrectionem: hic ultimo deſcribit eiuſ aſcenſionem. Circa quod ſciendum ꝙ in die aſcenſioniſ Chriſtuſ biſ apparuit diſcipuliſ ſuiſ primo in ciuitate Hieruſalem diſcipuliſ comedentibuſ quam deſcribit Lucaſ plenius Act. i. ca. & tunc dixit eiſ ꝙ nō deſcenderent ab Hieroſolymiſ ſed expectarēt ꝓmiſſum patriſ & hoc repetit breuiter cum dicitur. Voſ autem ſedete in ciuitate quoaduſq; induamini uirtute exalto. quaſi dicat non eſtiſ ſufficienteſ ad predicandum conſtanter ueritatem euangelii donec cō/ firmati fueritiſ per donum ſpirituſ ſancti & tunc p̄cepit diſcipuliſ ut exirēt de ciuitate in montem Oliueti ut inde uiderent eum aſcendentem in celum & hoc eſt qd̄ dicitur. Eduxit autem eoſ foraſ in Bethaniā. i. uerſuſ Bethaniam. quia monſ Oliueti ad quē exiuerunt eſt extra Hieruſalem in uia eundi uerſuſ Bethaniam. & Bethania eſt ꝓpe montem oliueti ſita. & ſecundo apparuit diſcipuliſ in die aſcenſioniſ: quia poſtq̄ appa/ ruerat illiſ in ciuitate & dixerat ꝙ irēt in montē oliueti diſparuit ab eiſ & cū ueniſſēt ad montem oliueti: iterum eiſ apparuit. octo uero uicibuſ aliſ apparuerat poſt reſur/ rectionem ſuam ut declaratum fuit Matth. xxviii. Eleuatiſ manibuſ ad celum. ubi uolebant aſcendere. Benedixit eiſ. i. diſcipuliſ ſuiſ receſſit ab eiſ: preſentia corporali. & ferebatur in celum. proprio motu per dotem agilitatiſ. nubeſ tñ & angeli appuerūt ad eiuſ obſequium ut habetur Act. primo. Et ipſi adoranteſ. Chriſtum aſcendentem: q̄diu potuerūt uidere eū. Regreſſi ſūt in Hieruſalem. poſtq̄ perdiderūt eiuſ aſpectū Cum gaudio magno. quia omnia myſteria erant completa in Chriſto. Et erant ſemp in templo laudanteſ etc. Theophiluſ expoſitor refert hoc ad tempuſ quod fuit inter aſcenſionem domini & pentecoſten dicenſ: ꝙ licet apoſtoli & alii Chriſti diſcipuli ante aſcenſionem Chriſti ſtarent incluſi propter metum Iudeorum: ex aſcenſione tamē eiuſ confortati exibant ad templum cauſa orationiſ: licet non dū accepiſſent ſpiritū ſanctū

in signo uisibili. Alii autem expositores referunt hoc ad tempus post pentecosten in quo apostoli spiritu sancto confortati abiecerunt a se metum Iudeorum. dicunt enim q̄ apostoli stabant in Hierusalem quasi recluſi & in oratione positi quousq; reciperent gratiam spiritus sancti eis a Christo promissam. & hoc uidetur magis cōcordare ei qđ dicitur Act. primo. tunc reuersi sunt in Hierusalem a monte qui uocatur oliueti etc. & sequitur. Et cum introissent in cenaculum. ascenderunt in superiora ubi manebant Petrus & Iohannes. & subditur. Post hi erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius & in eodem loco receperūt spūm sanctum in die pentecostes: ut habetur Act. ii. & ex tunc reiecto timore Iudeorum confitebantur & predicabant publice Christum & ibant causa deuotionis ad templum scd̄m quod hic dicit̄. Et erant semper. i. constanter uel frequenter. In tēplo laudātes & benedicentes deum. cui honor est & gloria in secula seculoꝝ Amen.

Incipit prologus in Iohannem.

Facies Aquile desup ipsoꝝ quattuor. Ezech. i. Ezechiel ꝓpheta cui aperti sunt celi & uidit uisiones dei. uidit quattuor facies in uno animali. quattuor inquit facies unt. uidelicet facies homis. Facies Leōis. facies Bouis. & facies aquile. in quo designat̄ una noticia de uerbo incarnato quadrupliciter descripta: prout diffusius dictum est super Matth. descriptio enim Matthei designat̄ in facie hominis: quia principaliter describit facta ipsius humanitatis. descriptio Iohannis designatur in facie aquile. qa principaliter describit̄ in Christo excellentiam diuine nature. descriptio autem Marci designatur in facie Leonis. qa ꝑncipaliter describit ipsius Christi regnū. descriptio aūt Luce designatur in facie bouis: q est aīal immolaticiū: qa ꝑncipaliter describit ipsius Xp̄i sacerdotiū: unde & a sacerdotio incboat suū euangeliū dicēs. Fuit in diebus Herodis regis Iudee sacerdos qdā noīe Zacharias etc. Aduertēdū tn̄ q̄ licet qlibet. iiii. euangelistaꝝ ꝑncipaliter consyderet unā p̄dictaꝝ. iiii. conditionē: tn̄ alias tres non omittit: quia scd̄m quod dicit beatus Gregorius super Ezechielem: quicquid in uno repererit: hoc simul in q̄ttuor recognoscēs. ꝓpter qđ aliq doctores Ezechielis uisionē exponentes dicunt q̄ non solū appuit ei unū aīal habens. iiii. facies p̄dictas: sed appuerunt ei. iiii. aīalia in oībus consimilia: in quo designat̄ una noticia uerbi incarnati a. iiii. euangelistis cō/corditer: licet differēter descripta. Cōsyderandū tn̄ q̄ Ezechiel ꝓpheta inter p̄dictas facies. iiii. uidit faciē aqle desup eminentē: in quo designauit euangelium Iohannis respectu aliorꝝ excellentiam: scd̄m q̄ dicit̄ in uerbo ꝓpposito. Facies aqle etc. In quo designat̄ euangeliū Iohannis ceteris excellentius in tribus: qa scripsit ceteris sublimius: subtilius: & etiā ꝑfectius. sublimitatē designat supior situs: cū dicit̄. Desup. subtilitatē acucies uisus cū dicit̄. Aqle. ꝑfectionē seu integritatē designat q̄ternarii typus cū dicit̄ ipsoꝝ q̄ttuor. Ad euidentiā ꝑmi aduertendū q̄ contēplatio sanctorum & potissime euangelistaꝝ differt a contēplatione philosophoꝝ. philosophi enī ex creaturis con/tēplari sunt ip̄m deū: similiter sancti: tn̄ differenti mō: & q̄si contrario. cōtēplatio enī est actus egrediens ab ipso contēplante & in deū terminat̄ tanq̄ in obiectum: & ideo contēplationis actus est medius inter contēplantē & rē contemplatā. & ideo potest ad utrūq; referri. si igit̄ actus diuine cōtemplatiōis referat̄ ad ip̄m contēplantē: sic habet̄ contēplatio philosophoꝝ: querebant enī philosophi deū contēplari ex creaturis inq̄tū

talis speculatio est ipsius speculantis suma pfectio: contēplatióe enī ꝑmi & sūmi intel/ ligibilis posuerunt felicitatē boīs ut habet̄. x. Ethi. ex quo patet ꝙ talis contēplatio erat pure speculatiua: qa querebant talē speculationē ꝓpter seipsā: & non ꝓpter aliā pfectionē. ꝓpter qđ in tali contemplatione plus facit subtilitas intellectus q̄ feruor affectus. Si aūt referat̄ actus contēplationis diuine ad ipsā rē contēplatā: qđ fit qñ talis contēplatio queritꝰ ꝓpter amorē rei contēplate: ut ex tali contēplatione ipse cō/ tēplās ardescat ī amorē diuinū: sicut habet̄ cōtēplatio sāctoꝝ & potissīe euāgelistaꝝ ex quo patet ꝙ talis contēplatio non est pure speculatiua: qa non queritꝰ ꝓpter ipsum speculari: sed ꝓpter amorē ipsius obiecti contēplanti: & ideo in tali contēplatióe plus facit feruor affectus q̄ subtilitas itellectus. ꝓpter qđ beatus dyonisius. vii. ca. celestis Ierarch. dicit ꝙ in contēplatióe diuinoꝝ ꝓpriū est amoris calidū supferuens: & acutū qa amans non est contentus amati supficie: sed nititꝰ q̄tū possibile est eius intima pene/ trare. ꝓpter qđ dicit Hugo cōmentator ibidē. ubi scientia foris stat dilectio intrat. Igitꝰ qa beatus Iohannes euangelista ceteris euangelistis Xp̄m ardentius dilexit ideo eius secreta intimus penetrauit. ꝓpter qđ subtilius scripsit: qđ notatꝰ in facie aquile que tantā pspicacitatē habet in uisu ꝙ solē in rota sua oculis irreuerberatis intuet̄: ut dicit Aug. libro de moribus ecclesie. & de hoc pōt exponi illud qđ scribit̄ Iob. xxix. Nunquid ad p̄ceptū tuū eleuabit̄ aqla: & in arduis ponet nidū suū. Hoc enī uerbū dicit̄ de Iob negatiue: sed de deo affirmatiue sicut patet ibidē: & merito. qa ad p̄ceptū dei hūanati aqla nostra uidelicet beatus Iohan. euangelista eleuatus est de terrenis ad celestia. qa ad uerbū Xp̄i uocantis dimisit thoꝝ nuptialē: & eleuatus est ad cōtinētiā uirginalē que est uita celestis scd̄m qđ dicit beatus Hieron. in sermone de assūptione beate uirgis. ꝓfecto in carne p̄ter carnē uiuere nō terrena uita est: sed celestis. unde in terris angelicā gloriā acqrere maioris est meriti q̄ habere. eē enī angelū felicitatis est. esse uero uirginē: uirtutis. dū hoc obtinere uiribus nititꝰ cū gratia: qa angelus ha/ bet a natura: & talis eleuatio fuit dispositio in Iohanne ad subtilius contēplandum & describendū diuina. contrariorū enī contrarie sunt cause. lasciuia aūt carnalis inducit intellectus ebetudinē: ut dicit beatus Gregor. xxx. moral. ergo ꝑ oppositū cōtinētia uirginalis disponit ad eius subtilitatem. Sed confirmatio huius subtilitatis subditur in autoritate premissa cū dicit̄. Et in arduis ponet nidū suū. nidus enī est locus ubi uo/ lucres se reclinant & qescunt. nidus igitꝰ Iohannis fuit sinus saluatoris. qa sup pectus eius suauiter recubuit & inde fluēta euāgelii ceteris uberius potauit. ideo seqt̄. Oculi eius delonge pspiciunt. quia ipsi adhuc manenti in terra reuelata sunt celestia: & quia subtilius secreta celestia cognouit ꝑ cōsequēs & subtilius scripsit. Secūdo dico ꝙ Iobā. ceteris euangelistis scripsit sublimius. & differt hoc mēbrū a p̄cedenti: qa de infimis pōt fieri subtilis descriptio: sed sublimitas descriptionis importat altitudinē materie quod conuenit Iohanni euangeliste: qa alius euangelistis ad describendū Xp̄i humanitatem intentis: beatus Iohannes ad contēplandū & describendū eius diuinitatē principaliter ascēdit: ꝓpter qđ alii tres euāgeliste figurati sūt ꝑ aīalia in terra gradientia: uidelicet ꝑ boīem. uitulū. & leonē. Iohannes aūt figuratus est ꝑ aqlā in altū uolantē: in quo designauit secūdū. s. eius contēplationē & descriptionē sup alias transcēdentē: ꝙ notatꝰ in uerbo p̄assūpto cū dicit̄. Desup. & ideo de hoc potest exponi illud Psal. xvii. Ascē/ dit sup Cherubin & uolauit. Cherubin dicunt̄ a plenitudine scientie: & ideo significāt euangelistas q̄ fuerunt repleti spū sapientie diuine: ꝓpter quod uocant̄ aīalia plena oculis in circuitu & intus. Apoc. iiii. sup ista Cherubin ascendit Iohannes & uolauit, q̄ contēplationē alioꝝ euangelistaꝝ transcendit: diuinitatē Xp̄i p̄ ceteris speculando:

& q̃tū possibile est sublimius describendo. ꝓpter qđ dicit Augustin. q̄ si altius intonuisset totus mundus capere non potuisset. Tertio in uerbo p̄assūpto oñdit cōtēplatio & descriptio Iohānis alius pfectior: & hoc in duobus in quibus suppleuit illud qđ ab aliis euangelistis fuerat dimissū. scđm q̄ dicit Hiero. libro illustriū uiroꝝ. primū est: quia a tpibus Iohannis surrexit error Hebionitaꝝ q̄ dicebant Xp̄m hoiem esse purū: & ꝑ consequens ante Mariā non fuisse: ꝓpter qđ beatus Iohannes rogatus ab Asie Ep̄is scripsit euangeliū: in cuius principio oñdit diuinā Xp̄i naturā in q̄ eternaliter p̄cessit Mariā. Secundū est: qa cū Iohannes legisset Matthei. Marci. & Luce euangelia: illa ꝓbauit & illos uera dixisse firmauit. uerūtn̄ tm̄mō historiā Xp̄i texuerant q̃tū ad illū annū in quo passus est: uidelicet post Iohannis baptiste incarcerationē. ꝓpter qđ ipse Iohannes euāgelista in suo euangelio narrauit gesta supioris anni. añq̄ Iohānes baptista in carcere clauderetur. ex quo patet q̄ pfectius aliis scripsit. que qdē pfectio in uerbo p̄assūpto in numero q̃ternario designat cū dicit. Ipsoꝝ q̃ttuor. q̃ternarius enī numerus est p̀mus numerus q̃dratus. q̄ aūt ꝑ q̃dratū pfectio designetur patet per philosophū p̀mo Ethi. ubi compat uirtuosū corpi q̃drato. qa sicut corpus q̃dratū bñ se det in omni latere: sic uirtuosus bene se habet in q̃cunq; fortuna uirtute cōtingēte. q̃dratura aūt p̀mo inuenit in numeris q̄ in corpibus: sicut & unitas p̀or ē ipso pūcto. & ideo pfectio p̀mo & principaliter designat in numero q̃ternario: que qdē pfectio in euangelio Iohannis p̄ ceteris inuenit: ut patet ex predictis. & ideo de hoc potest exponi illud Ezech. p̀mo. Cumq; aspicerē aīalia apparuit una rota bis quattuor facies. intuenti enim diligenter q̃ttuor euangelia: apparet euangeliū Iohannis aliis pfectius ut dictū est. & hoc designat cū dicit. Apparuit una rota. qa figura circularis est perfectissima. Sed ulteriꝰ dicit: q̄ hec rota habet. iiii. facies: qa euangelium Iohannis cōtinet. iiii. ptes principales. qa primo describit ipsius filii dei eternalē ꝓcessionē dicēs. In principio erat uerbū etc. Secū do ꝑ ip̄m generalē rerū ꝓductionē dicens. Oīa ꝑ ip̄m facta sunt. Tertio describit eius tpalē incarnationē. d. Et uerbū caro factū est. & consequenter describit opa que Xp̄s in carne humana assūpta pegit. q̃rto ꝑ ipsum filiū dei incarnatū oñdit finalē generis humani glorificationē. ꝓpter quod in fine sui euangelii concludit. Hec aūt scripta sunt ut credatis q̄m Iesus est filius dei & ut credentes uitā habeatis. & patet ordo huius euangelii ad alia. qa p̀us est ordine pfectiōis: licet sit posterius ordine temporis. patet etiam ordo partium huius euangelii in se: & in hoc iste prologus terminat.

Aliꝰ prologus.

Hic est Iohannes. Huic euāgelio qđ est ceteris pfectius ut patet ex p̄dictis: beatus Hieronymus hunc plogū p̄mittit in quo principaliter tria facit: qa p̀mo describit scp̄toris huius euāgelii cōmendationē. Secūdo ipsius euāgelii ordinē ibi. Cū post omnes. Tertio ponit Hieronymus suā excusationē ibi. Quorum tm̄. Prima diuidit in q̃ttuor. qa primo describitur ipsius Iohannis status. Secundo sue descriptiōis modus ibi. Denique manifestās. Tertio descriptionis tēpus & locus ibi. Hoc aūt euangeliū. Quarto Iohānis obitus ibi. Hic est Iohānes. Prima in duas: qa p̀mo ponit ipsius Iohānis cōmēdatio. Secūdo cuius dā dicti in ea ꝓbatio ibi. Cuius uirginitatis. Circa p̀mū Iohānes a. iiii. cōmēdat. qa p̀mo describit eius cōmendatio ex noīe ꝓprio: cū dicitur. Hic est Iohannes. quod interp̄tat in quo gratia. sicut enim Isaac in ueteri testamento: & Iohannes baptista in nouo sortiti sunt sua propria noīa ex diuina p̄ordinatione ad designandū ipsoꝝ ꝓprietatē: ut patet Genē. xvii. de Isaac. & Luce. i. de Iohanne baptista: ita credendū est q̄ iste ex diuina p̄ordinatiōe noīatus sit Iohannes ꝓpter plenitudinē gratie: q̃uis non sit scriptū: qa non oīa sunt scripta ut

fuit plenitudo ueritatis ⁊ntum impleuit omnes figuras & promissiones legis Mosaice. Iohannes testimonium perhibet. Hic ponit secundum modum quo innotuit Iohanni & alijs apostolis uerbum incarnatum: & hic modus fuit per auditum. quia audiuit a Iohanne testimonium de Xpo quod erat efficax propter Iohannis mirabilem natiuitatem & propter excellentem uite sue sanctitatem. & hoc est quod dicitur. Iohannes testimo/nium perhibet de ipso. & dicit bene perhibet. ad ostendendum ꝙ eius testimonium fuit continuatum: quia non solum semel sed pluries testificatus est de Christo: & ideo dicit phibet: ad denotandū cōtinuationē huius testimonii. Secūdo ostēdit istud testimoniū clarum cum subditur. Et clamat. quia Iohannes non loquebatur de Xpo in occulto sicut faciunt illi qui habent doctrinam suspectam: sed in palam coram populo. dicitur hic testimonium Iohannis certum & uerum: quia eodem modo testificatus est prius de Xpo in absentia & postea in presentia: quod notatur cū dicitur. Hic est quē dixi. s. ante. & idem mō dico: ulterius ostendit quid de Xpo dixit cū dicit. Qui post me uē/turus est. patet ꝙ Iohannes non loquitur de aduentu Xpi in mundum: qui iā natus erat. & fere. xxx. annorum: sed loquitur de aduētu Xpi ad predicandū: & mysteriū nostre redemptionis cōplendū. Ante me factus est: ex hoc loco arguit Arrius ꝙ uerbū scdm naturam uerbi sit factum: quia non est dubium ꝙ Iohannes precessit Christum scdm carnem: & ideo cum dicit. Ante me factus est. de natura uerbi intelligendū est. Sed littera sequens hoc destruit per hoc quod subdit. Quia prior me erat. & per cō/sequens habuit esse ante Iohannem: & ideo si de factione nature loqueretur aliter ordinasset litterā dicens. Prior me erat q añ me factus est etc. & ideo sic debet ītelligi ante me factus est. i. mihi prelatus. cuius rationem assignat dicēs. Quia prior me erat. non scdm humanitatem sed scdm deitatem in qua est ab eterno. Potest aliter exponi referendo hoc ad Xpm scdm humanam naturam. Ad cuius intellectum sciendum ꝙ puer est in fieri scdm cursum nature usq; ad natiuitatem. Christus autem ab instanti conceptionis habuit corpus omnibus lineamentis distinctum & aiam oibus uirtutibus & scientijs perfectam q̄uis non dum habuit perfectam corporis quantitatem. & hoc fuerat predictum Hieremie. xxxi. nouum faciet dominus super terram mulier circū/dabit uirum. quia Christus ab instanti cōceptionis fuit uir perfectus mō dicto. cōstat aūt ꝙ Christus ante fuit conceptus q̄ Iohannes fuerit natus: ut patet Luce. ii. & ideo hoc modo littera p̄dicta potest exponi. Ante me factus est. ut perfectū eē intelligat perfecto. quia hoc designat talis locutio sicut fieri imperfectionem designat. q a Xps etiam scdm humanam naturam ante perfectus fuit q̄ Iohānes ut patet p p̄dicta. Et de plenitudine. Positis duobus modis quibus uerbum incarnatum eis innotuit: hic cōse/quenter utrūq; modum manifestat. & primo manifestat primum qui est per usum: ut dictum est. Secundo secundum qui est per auditum ibi. Et hoc est testimonium. Ad intellectū p̄mi sciendū: ꝙ hec uerba que sequuntur non sunt uerba Iohannis baptiste licet hoc dicat Origenes: sed sunt uerba Iohannis euangeliste declarantis modum quo cognouerunt uerbū incarnatū p usū scdm Aug. & Chrisost. dixerat ubi supra. Vi/dimus eū plenū gratie & ueritatis. posset aliq̄s querere: q̄liter hoc uidistis? ideo declarat q̄liter hoc cognouerunt q̄si rndens tacite questiōi: & diuidit in duas. qa p̄mo declarat q̄liter cognouerūt eū plenū gratie: secundo q̄liter cognouerunt eū plenū ueritatis ibi. Deū nemo uidit. dicit igit p̄mo bn dixi ꝙ uidimus eū plenū gratie. qa de plenitudie eius nos oēs accepimus. hoc potissie appuit in spūs sācti missione supra aplōs in die Pēthe. ex cuius plenitudie linguis oim loquebāt: ut dicit Act. ii. & ideo p experiētiā quodā mō cognoscebant ipm Xpm eē plenū gratie: & hoc est qd dicit. Et de plenitudine

etuſ omneſ noſ accepimuſ. iſta dictio copulatiua. &. non cõtinuatur littere immediate precedenti: que continet uerba Iohanniſ baptiſte: ſed uerbiſ Iohanniſ euangeliſte qñ ſupra dixerat. Et uidimuſ eum q̃ſi unigenitũ a patre plenum gratie & ueritatiſ. quia hic declarat modũ p quẽ cognouerunt ut dictũ eſt. ſ. p acceptionẽ ſpũſ ſancti de etuſ plenitudine. ideo ſequit. Et gratiã pro gratia. Prima enim gratia datur ſine meritiſ: quia ante gratiam non poteſt homo mereri: ſed habita prima gratia poteſt hõ mereri de condigno augmentum gratie. & ideo ſecũda gratia dat qd̃ammõ p prima: q̃a dat pro meritorio ope procedente ex ipſa. Aliter poteſt hoc exponi & magiſ ppe litterã de lege noua & ueteri: ita q̃ lex uetuſ dicat prima gratia: magna enĩ gratia fuit dare legem ſpecialem populo dure ceruicis: & alia beneficia illi populo collata: ꝓpter hoc dicitur Pſal. c. xlvi. non fecit taliter omni nationi etc. quia tamẽ illa lex erat ĩpfecta loco illiuſ data eſt lex noua que eſt perfecta & maior gratia & ſic exponitur illud & gratiam pro gratia. q. d. non ſolum accepimuſ de plenitudine Xp̃i in receptione ſpũſ ſancti: ſed cum hoc accepimuſ gratiam pro gratia. i. legem nouam loco ueteriſ. propter quod ſubdit. q̃ſi exponẽdo. Quia lex p Moyſen data eſt: & ueritaſ per Ieſum Xp̃m facta eſt: dicitur aũt lex noua reſpectu ueteriſ ueritaſ. quia illa fuit figura & umbra iſtiuſ. dicit enim gratia reſpectu etuſ: quia q̃uiſ lex uetuſ ex liberalitate diuina fuerit illi populo data: propter qd̃ poteſt dici gratia large eo mõ quo quodlibet donũ gratiſ datum dicitur gratia: non tñ conferebat gratiam iuſtificantem: ſicut facit lex noua. Deum nemo uidit. Hic declarat Iohanneſ qualiter cognouerunt Chriſtũ fuiſſe plenũ ueritate: uidelicet per doctrinam Chriſti qui docuit eoſ de ſecretiſ diuinitatiſ que cõprehendi nõ poſſunt niſi ab eo in quo eſt plenitudo ueritatiſ & hoc eſt qd̃ dicit. Deũ nemo uidit unq̃. nõ accipit hic nemo pro nullo hoĩe. quia in ſacra ſcriptura aliquãdo accipitur homo pro omni creatura: eo q̃ habet aliquã conuenientiã cũ omni creatura ꝓpter qd̃ dicitur Marci ultimo. predicate euangelium omni creature: ita nemo aliqñ hic accipit pro nulla creatura. eſt igit ſenſuſ. Deum nemo uidit unq̃. i. nulla creatura poteſt uiſione comprehenſionis uidere diuinã eſſentiã: & ſubdit a quo comprehendãt cum poſtea dicitur. Niſi unigenituſ qui eſt in ſinu patriſ. i. intrinſecis diuinitatiſ ipſe cõprehẽdit eã. quia habet eandẽ noticiã cũ patre: & ideo poteſt de hoc aliоſ plenius inſtruere. ideo ſequit. Ipſe enarrauit. ſicut patet q̃ decurſu euangelii qd̃ Apoſtoloſ de ſecretis diuinitatiſ docuit ut de myſterio trinitatiſ: & de multis aliis que non fuerunt ita explicite tradita in lege & ꝓphetis: ſicut Chriſtuſ explicauit. Et hoc ẽ teſtimoniũ. Poſtq̃ euãgeliſta declarauit modum quo habuerunt noticiam de plenitudine Chriſti per uiſum: hic conſequenter declarat aliũ modum quo idem cognouerunt ꝓ auditum: uidelicet per Iohanniſ teſtimonium. Et diuiditur in duaſ: quia p̃mo manifeſtat teſtimonium Iohanniſ factũ in Chriſti abſentia. ſecundo teſtimoniũ Iohanniſ de Chriſto in etuſ pñtia ibi. Altera die. Primũ teſtimoniũ dedit Iohanneſ interrogatuſ de ꝑſona ſecundo de officio ibi. Et qui miſſi fuerant. Prima adhuc in duaſ. quia primo ponitur teſtimonium Iohanniſ per modum negationiſ. ſecundo per modum affirmationiſ ibi. Dixerũt ergo ei. Prima adhuc in treſ: ſcd̃m treſ queſtiõeſ factaſ ipſi Iohanni: & treſ rñſioneſ corrñdenteſ. ſecũda ibi. Et interrogauerunt. tertia ibi. Propheta. Circa p̃mũ aduertendũ q̃ tpe p̃dicationiſ Iohanniſ erat famoſa opinio & maxie in Hieruſalẽ ubi uigebat ſtudiũ legiſ & ꝓphetaꝝ q̃ tpuſ aduentuſ Meſſie eſſet de ꝓximo. primo quia uidebãt ab eiſ ablatũ eẽ regnũ: ut declarauit ſupra Mat. & Dañ. & hoc fuerat eiſ datũ pro ſigno aduentuſ Meſſie Genñ. xlix. non auferet ſceptrũ de Iuda etc. Secũdo quia uidebant cõpletaſ ebdomadaſ dictaſ a Dañ. de aduentu ſancti ſanctoꝝ: que complete

fuerũt in natiuitate Xp̃i ut declarauit super Dañ. ix. ca. uel scd̃m alios qui dicũt eas fuisse completas. xviii. anno Tyberii cesaris in passione Christi uiderunt eas cito cõplendas. propter quod Messiam de proximo expectabant. Ex altera parte uiderant Iohannis baptiste mirabilem natiuitatem: & eius excellentem sanctitatẽ. & ideo fuerũt moti ad opinandum ipsum esse Christum: propter quod miserunt sollẽnes nuncios ad Iohannem uolentes super hoc scire ueritatem. Verũtamen Chrisost. dicit q̃ maliciose uenerũt. Sed Origenes dicit q̃ simplici aĩo uenerunt ad querendũ ueritatem. & hoc uidet̃ ueriꝰ. qa in mõ querẽdi exhibuerũt Iohãni maximã reuerẽtiã. & hoc ex. iiii. ut patet in littera. p̃mo ex psonis mittẽtibus ad ip̃m nuncios: & hoc notat̃ cũ dicitur. Miserũt Iudei. i. illi de tribu Iuda q̃ erant nobiliores ĩ populo. secũdo ex loco missiõis cũ dicit̃. Ab Hierusalem. que erat ciuitas sacerdotalis & regia: & quia studium legis & propbetarum & cultus diuinus uigebãt ibi. similiter ipsa erat caput regni. Tertio ex parte nunciorum cum subditur. Sacerdotes & Leuitas. que erant sollẽnes persone: & maxime quia illi sacerdotes & leuite qui fuerãt missi erant de secta Phariseoꝝ ut dicit̃ infra eodem ca. & isti erant magis religiosi & famosi in toto illo populo. Quarto ex modo interrogandi cum subditur. Vt interrogarent eum: tu quis es? quasi uolentes in hoc acquiescere dictis eius. & subditur Iohannis responsio. Et cõfessus ẽ. s. ueritatẽ. Et non negauit. usurpando sibi diuinum officium. hoc enim esset negare ipsum Xp̃m qui est ipsa ueritas. unde sequitur. Et confessus est quia non sum ego Christus. & in hoc respondit intentioni eorum: ad hoc enim querebant. Tu quis es? ut responderet eis si esset Christus an non. Et interrogauerunt eum. Hic ponitur secunda questio sicut enim aduentus Christi fuerat promissus ipsis Iudeis: ita etiam aduentus Helie ut habetur Malach. ultimo. Ecce ego mitto uobis propbetam Heliam. & ideo audiẽtes q̃ non esset Christus: interrogauerunt consequenter si ipse esset Helias: cum subditur Iohannis responsio. Et dixit non sum. Sed uidetur contrarium esse qd̃ dicit saluator de Iohanne Matth. xi. Ipse est Helias. dicendum q̃ ipsi querebant de persona Helie & ideo ad eorum questionem respondit q̃ ipse non erat Helias. licet ipse esset Helias in spiritu propter similitudinem uite in austeritate & doctrine ueritate & officio: quia erat precursor primi aduentus redemptoris sicut Helias erit precursor secundi. & hoc modo saluator uocat Iohannem Heliam: et sic non est contradictio. Propbeta. Hic ponitur tertia questio. erat enim tũc famosa questio siue opinio apud aliquos Iudeos q̃ ante Christũ ueniret unus magnus propbeta eo q̃ scriptũ est Deutro. xv. p̃phetã suscitabit nobis deus & fratribus nostris. que qdẽ autoritas scd̃m ueritatẽ ĩtelligẽda est de Christo ad litteram. licet Iudei intelligerent eam de alio propbeta & ideo interrogauerunt eum si esset ille propbeta de quo est illa scriptura predicta. unde in greco hoc non ponitur absolute: sed cum articulari dictione que denotat propbetam dictum Anthonomastice. Subditur Iohannis responsio. Non sum. Non enim negauit se esse propbetam missum ante Christum quia negasset ueritatem: sed negauit se esse illum propbetam de quo loquitur scriptura preallegata: que ad litteram de Christo est ĩtelligenda: ut dictum est: Aliter exponit Gregorius dicens q̃ negauit se esse propbetã tãtum: quia erat plus q̃ propbeta. Sed prima expositio uidetur melior: & littere propinquior: & minus in maiori includitur. si enim fuit plus q̃ propbeta: sequitur q̃ fuit propbeta. Dixerunt ergo. Hic sequitur testimonium Iohannis per modum affirmationis: quia audientes nuncii Iudeorum q̃ de omnibus responderat negatiue: noluerũt aliud affirmatiue doctrine ab eo reportare: & hoc est quod dicitur. Dixerunt ergo ei quis es tu? ut respõsum demus bis etc. affirmatiue subditur rñsio in qua dat testimoniũ

de Christo asserens se eius esse precursorem dicens. Ego sum uox clamantis in deserto. id est ego sum ille de quo scriptura dicit Esa. xl. ut allegatum est: quid debet clamare in deserto Iudee: ut homines se prepararent ad aduentum Christi in mundum: & bene designatur Iohannes in proprietate uocis: quia erat annunciator uerbi diuini. i. Xp̄i qui est uerbum patris scd̄m diuinitatem ut dictum est. uox humana est uerbi mētalis expressiua. Et qui missi. Hic declarat testimonium Iohannis factū ad interrogationē eius de officio: & diuiditur in tres partes. quia primo ponitur nūciorum interrogatio secundo Iohannis responsio ibi. Respondit eis. Tertio quedam respectu precedentiū conclusio ibi. Hec in Bethania. Circa primū sciendum q̄ sicut dictū est Pharisei inter alios Iudeos uidebantur magis religiosi: propter quod dicebātur Pharisei a phares qđ est diuisio: quia in habitu gestu & uictu erant ab alis quodammō distincti in signum maioris religionis: propter quod ostēdebant se magis zelare pro ritu legis propter qđ audientes a Iohanne q̄ non erat aliquis trium predictorum quos reputabant tanquā personas sollēnes quesierunt ab eo quare baptizabat inducendo nouum ritum: & hoc est qđ dicitur. Et qui missi fuerant erant ex pharisei. & patet littera ex dictis. Rn̄dit eis. Hic ponitur responsio Iohannis in qua perhibet testimonium de Christo dicens q̄ sicut precurrebat predicationem Christi predicatione sua: ita baptismus Christi p̄/cedebat suo baptismate sicut & prophete antiquitus aliquando denunciabāt futura nō solum uerbis sed etiam factis ut supra dictū est: & hoc est quod dicitur. Respondit eis Iohannes: ego baptizo in aqua. lauando tantum corpus ad significandum illum q̄ suo baptismate lauabat animas. unde subditur. Medius autem uestrum stetit. i. cōm̄iter uiuens inter hoies: quia Xp̄us uitam cōmunem inter hoies duxit: ut patet ex decursu euangelii. Quem uos nescitis. s. q̄tum ad diuinitatem: & ideo simpliciter negauerūt ip̄m coram Pilato. Ipse est qui post me uenturus est. hoc exponitur sicut supra expositum est. Cuius non sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti. cum Xp̄s calciamēta non portauerit quod patet Luce. x. q̄ portare calciamēta apostolis inhibuit: ipse aūt fecit quod docuit: ut habetur Act. p̄mo. ideo patet q̄ hec est metaphorica loquutio. Cuius non sum dignus. quia Iohannes in hoc. q. d. se non esse dignum exhibere Xp̄o minimum obsequium: hoc exprimens scd̄m communem modum loquendi: cū enī aliq̄s suam paruitatem & alterius excellentiam uult exprimere: solet communiter dicere nō sum dignus tangere sotulares eius: uel aliquid huiusmodi simile. nec mirum super hoc: Iohā. dixit: quia homo q̄tūcūq; magnus deo comperatus nihil est nisi puluis & cinis. & propter hoc etiam Iohannes ostendit ipsis phariseis q̄ officium alienum nō usurpabat sed tantum suum proprium officium. s. precursoris exercebat. Hec in Bethania. Hic ponitur quedam conclusio ad maiorem expressionem predictorū: uidelicet declaratio loci: forte enim adhuc uiuebant aliqui qui interfuerant testimonio Iohannis & sic ex conditione loci uoluit eos euangelista reducere ad memoriam facti dicens. Hec in Bethania facta sunt transiordanem. Aduertendum tamen q̄ hec Bethania non est illa que est prope Hierusalem ubi Lazarus fuit suscitatus: sed in alia uilla eodem nomine uocata: sita super Iordanem ex altera parte fluminis. s. in sorte duarum tribuum & dimidie: & ideo ad hoc denotandū subdit̄. Transiordanem ubi erat Iohannes bapti/zans. Origenes autem dixit ibidem esse Bechobora que erat uilla ultra Iordanem: sed uitio scriptorum fuit corruptum illud nomen. Altera die. Hic consequenter exp̄mit testimonium Iohannis de Christo in eius p̄ntia: & hoc dicit primo generaliter coram turbis: secundo specialiter coram aliquibus discipulis Iohannis ibi. Stabat altera die. Prima in tres. Primo ostenditur Iohannis testificatio. Secundo concludit̄ testificātis

ſuſpitio ibi. Hic eſt de quo dixi. Tertio ſubditur teſtimonii cõfirmatio ibi. Et teſti/
monium perhibuit. In prima parte dicit ſic. Altera die. Ex hoc patet q̃ Iohanneſ
pluries teſtimonium ferebat ipſi Chriſto etiam qualibet die: quia ad hoc totum eiuſ
officium & predicatio ordinabatur. Vidit Iohanneſ Ieſum. preſencialiter: quia teſti/
monium quod eſt per uiſum eſt efficaciſſimum. Venientem ad ſe. hoc nõ ẽ intelligẽdũ
de aduentu Chriſti ad baptiſmum: ſed poſt. quod patet ex hoc quod ſequitur infra: q̃
Iohanneſ ante iam uiderat ſpiritum deſcendentem ſuper eum quod factum fuit in
baptiſmo: & ideo patet q̃ Chriſtuſ poſt baptiſmum uenit ad Iohannem ut teſtimoniũ
Iohanniſ pluries latum & preſencialiter eſſet efficaciuſ. ſubditur autem teſtimonium
Iohanniſ de Chriſto dicitur. primo quantum ad eiuſ ueram humanitatem in qua pro
nobiſ imolatuſ eſt: cum dicitur. Ecce agnuſ dei. id eſt a deo miſſuſ imolanduſ ut hoſtia
acceptiſſima. Circa quod ſciendum q̃ licet alia animalia imolarentur in lege. ut boſ:
uituluſ & capra & huiuſmodi: tamen Chriſtuſ magiſ uocatur agnuſ q̃ cetera animalia
imolatiua duplici de cauſa. Prima eſt qa inter omneſ uictimaſ ueteriſ teſtamẽti agnuſ
paſchaliſ expreſſiuſ figurabat paſſionem Chriſti: quia ille agnuſ erat ſine macula & p
eiuſ imolationem filii Iſrael liberati a ſeruitute Egyptiaca: ſic per paſſionem Chriſti q̃
peccatum non fecit ſumuſ liberati a ſeruitute diaboli. Secunda cauſa eſt. quia iuge
ſacrificium quod figurabat perpetuitatem beatitudiniſ fiebat de agno: ſicut & Xp̃uſ
noſtra beatitudo. Secundo refert Iohanneſ teſtimonium de Chriſto quantum ad eiuſ
diuinitatem: cum ſubditur. Qui tollit peccata mundi. quia tollere peccatum eſt p̃priũ
ipſiuſ dei: dicitur autem hic peccatum ponendo ſingulare pro plurali: ſecundũ modũ
ideomatiſ hebrei: ut patet Exo. viii. uenit muſca grauiſ. id eſt multitudo muſcarum.
uel aliter dicitur peccatum in ſingulari quia licet ille tulit peccata omnia tñ ſpeciali
modo pro peccato originali occiſuſ eſt. Hic eſt de quo dixi. Hic conſequenter tollit
ſuſpitio teſtiſ. Ieſuſ enim erat cognatuſ Iohanniſ ex parte matriſ: & ideo ſi hoc teſti/
monium dixiſſet tantum poſtquã fuit ſibi Ieſuſ notuſ poſſent aliqui habere eiuſ teſti/
monium ſuſpectum. Et ideo teſtimonium Iohanniſ de Chriſto fuit aliquo mõ anteq̃
noticiam determinatam haberet de ipſo. Nam in generali fuit reuelatuſ aduentuſ
Chriſti propinquuſ de futuro ipſi Iohanni: & hoc fuit preceptum ſibi a domino: ut
baptizaret in nomine futuri: & predicaret eiuſ aduentum: & prepararet populum: &
tunc incepit ferre teſtimonium a Chriſto in generali: dicenſ q̃ cito eſſet uenturuſ:
tamen neſciebat quiſ eſſet determinate. Sed tunc fuit ſibi datum ſignum cognoſcendi
ipſum ſcilicet per aparitionem ſpirituſ ſancti ſuper eum: & hoc eſt quod dicitur hic.
Hic eſt de quo dixi. quaſi diceret. Non modo incipio ferre teſtimonium de ipſo: ſed
anteq̃ cognoſcerem eum. Poſt me uenit uir qui ante me factuſ eſt: quoniam prior me
erat. exponitur ut ſupra quantum ad perſonam determinatã. Sed ut manifeſtaretur
in Iſrael. propterea ueni ego in aqua baptizanſ: quia totum officium Iohanniſ bap/
tizando & predicando erat ordinatum ad manifeſtationem Chriſti. Sed contra illud
quod dicitur hic. Et ego neſciebam eum: uidetur eſſe illud quod habetur Matthei. iii.
q̃ Iohanneſ prohibebat Ieſum uenientem ad baptiſmum dicenſ. Ego a te debeo bap/
tizari. ergo ut uidetur ante baptiſmum eum cognouit. Dicendum q̃ in baptiſmo eũ
cognouit dupliciter. Primo per reuelationem diuinam quando uenit ad baptiſmum:
& tunc dixit ei illud Matthei decimo. Ego a te debeo baptizari. Secundo cognouit
eum quando ſpirituſ ſanctuſ deſcendit ſuper eum in ſigno uiſibili a deo ſibi priuſ dato
ut dictum eſt: & ideo cum dicitur hic. Et ego neſciebam eum. refertur ad tempuſ

precedens baptismum in quo Iohannes non cognoscebat Iesum quātum ad personam determinatam. Et testimonium. Hic ponitur testimonii confirmatio per signum sibi diuinitus datum de Christo a principio: & postea uidit in ipso: & hoc est quod dicitur. Et testimonium perhibebit de me: quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de celo. & manentem super eum. Hoc fuit quando Iohannes baptizauit Iesum: ut habetur Matthei tertio. Et ego nesciebam eum. illud refertur ad tempus precedens baptismum: ut dictum est. Augustinus autem refert nesciebam quantum ad potestatem excellentie in baptismo quam sibi Christus retinuit que consistit in quattuor. Primum est ꝙ ipse solus baptismum instituteret. Secundum est ꝙ effectum baptismi sine baptismo conferre posset. Tertium ꝙ meritum passionis eius in baptismo efficaciam haberet. Quartum ꝙ aliquo tempore baptismus conferreretur in nomine ipsius: sicut habetur Actuum. decimonono. q̄si diceret. ego nesciebam eum: quam hāc predictam excellentiam in baptismo sibi retineret: ut subditur postea. Hic est qui baptizat solus. quantum ad istam excellentiam. Prima tamen expositio magis uidetur consonare littere. ita tamen ꝙ illud nesciebam referatur ad tempus precedens baptismum Christi quando Iohannes non cognoscebat Christum adhuc in persona determinata ut predictum est: sed tantum in generali: & cum hoc fuit sibi datum signū cognoscendi eum determinate in futuro: per apparitionem spiritus sancti in signo uisibili. Vnde subditur. Sed qui me misit. id est deus per expressam uisionem & apparitionem ut supra dictum est. Baptizare in aqua. quia baptismus Iohannis gratiam nō conferebat: sed baptismum Christi significabat: & ad ipsum disponebat. Ille mihi dixit: super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum. in signo uisibili columbe. Hic est qui baptizat in spiritu sancto. quod est proprium ipsius dei scilicet lauare animas per gratiam spiritus sancti. Ego uidi spiritum sanctum. predicto modo descendentem super Iesum. Et testimonium perhibui: quia hic est filius dei. id est naturalis. & per consequens habet eandem uirtutem cum patre. Altera die. Hic explicat testimonium Iohannis de Christo factum coram discipulis Iohannis specialiter. & diuiditur in duas. quia primo ponitur huiusmodi testimonium. Secundo testimonii fructus ibi. Et audiunt. In ista parte sic. Altera die iterum stabat Iohannes & ex discipulis eius. ad denotandum ꝙ Iohannes pluries & frequenter testimonium ferebat de Christo ut supra dictum est: ideo subditur. Stabat. ostenditur ꝙ ipse paratus erat ad exercendum suum officium testificando de Christo baptizando: & docendo. Vnde subditur. Et respiciens Iesum ambulantem. scilicet prope locum ubi stabat Iohannes. quia Christus postq̄ baptizatus est: Iohannes moratus est prope locum illum & factus est Iohannes familiaris: ut sic Iohannes frequenter diceret testimonium de Christo in sui presentia & ab alius cognosceretur. Vnde subditur. Ecce agnus dei. breuiter repetit euangelista testimonium quod fuit superius dictum. ideo omittit illud quod supra dictum est. Qui tollit peccata mundi: & exponitur sicut supra expositum fuit. Et audierunt. Hic ponitur fructus predicti testimonii: & diuiditur in tres. quia primo ponitur fructus scilicet sequens ex Iohannis testificatione. Secundo ex discipuli predicatione ibi. Erat autem Andreas. Tertio ex Christi uocatione ibi. In crastinum. Fructus autem primus fuit conuersio discipulorum Iohannis ad Christum: que fuit inchoata per Iohannem: inquantum discipuli testimonium eius reuerenter audierunt: & tanq̄ ueritimum executi sunt in opere: & hoc est qđ dicit.

Et audierunt eū duo discipuli loquentē & secuti sunt Iesum. desiderantes ei adherere & eius doctrinam audire: Sed ista conuersio consumata est per ipsum Iesum Xp̄m unde subditur. Conuersus autem Iesus ex sua benignitate & misericordia. uidens eos sequentes se: dixit eis. quem queritis. q.d. paratus sum ad uestram uoluntatem. nec querit hoc ex ignorantia ut aliquid addiscat sed ut ex eoꝝ responsione cōuenientius eos dirigat. sicut Genē. iii. Dixit dominus ad Adam ubi es? ut ex sua responsione conuenientius argueret eum: sequitur. Qui dixerunt ei Rabbi. ꝙ dicitur interpretatum magister ideo ꝙ dicit̄ Rabbi ꝙ dicitur interpretatum magister non est de uerbis eorum sed est uerbum euangeliste interpretantis nomen hebraicum: quod est Rabbi unde tantumodo dixerunt Rabbi ubi habitas? querentes domum tanq̄ studiosi discipuli ut possent cum eo frequenter loqui: & ab eo instrui. dixit eis uenite & uidete. liberaliter cōdescendens petitioni eorum sed ꝙ dictum est de domo Christi hoc uidet̄ contradicere ei quod dicitur Mat. ix. filius hominis non habet ubi caput suū reclinet dicendum ꝙ in Mat. dicitur non habuisse proprium domicilium non tamen negatur quin habuerit ut hospes domum' acomodatam. sicut enim frequenter fuit in domo Marthe & eodem modo ad tempus mansit prope Iohannem post baptismum suum rationibus predictis. tamen in hospitio alieno ꝙ ex hoc ꝙ non erat de loco illo sed de Nazareth sequitur. uiderunt etiā & uenerunt ubi maneret. sicut hospes ut dictū est Et manserunt apud eum die illo. audientes uerba uite ab eo. hora autem erat quasi decima. id est prope uesperam. ex quo patet ardor eorum ad audiendum Christum quia cum hora uespertina solebant homines reuerti ad propria domicilia cū omnibus dimissis manserunt cum Christo usq; in crastinum desyderio audiendi ipsum. Erat Andreas. Hic consequenter ponitur fructus prouenies ex discipuli conuersione. qa audita Christi doctrina statim iuit ad querendum fratrem suum ad audiēdum Xp̄m & hoc est quod dicitur. Erat autem Andreas frater Symonis Petri unus e duobus qui audierant ab Iohanne & secuti fuerant eū. scilicet Christū nomen aūt alterius discipuli tacetur hic quia modus scribentium est tacere laudes proprias. uel saltem loquitur de se sicut de alio sicut infra ultimo ca. dicit Iohannes Euangelista de se ipso. hic ē discipulus iste etc. non exprimendo nomen suum & eodem mō loquitur hic. qa ꝓbabiliter creditur ꝙ ipse fuerit cum Andrea: quia circunstantias loci & temporis describit q̄si ille qui presentialiter uidit. potest etiam aliter dici ꝙ solus Andreas exprimitur eo qđ antiquior & principalior erat. unde & hanc prerogatiuā habuit ꝙ fuit primus Xp̄i discipulus quia de duobus primo adherentibus Christo ipse fuit principalis & primus sicut Stephanus fuit Martir primus sequitur. Inuenit hic primum fratrem summ Symonem. non inuenit eum a casu sed diligenter quesiuit desyderans eum habere fratrem in religionem fidei sicut & ꝓpinquitate carnali contra illos qui proprios amicos retrahunt ab ingressu religionis: unde sequitur. Et dixit ei inuenimus Messiam qđ est interpretatum Christus. id est unctus quia Christus est Rex & sacerdos unctus i humana natura unctus plenitudine gratie sicut Reges: & sacedotes i ueteri testamēto inungebantur corporali unctione. & bn̄dicit. inuenimus quia sufficienter fuerat instructus a Christo per testimonia legis & Prophetarum: ꝙ ipse erat uere Christus & quia consumatio boni operis est p Xp̄m. Et adduxit eum ad Iesum. tum quia non cōsyderabat de se ꝙ posset eum sufficienter instruere: tum qa libenter ad magistrū redibat habita occasione. Intuitus autem eum Iesus. non solū uidens exterius eiusdem uocationi. quia intuetur cor. Dixit tu es Symon. i. uere obediens. q. d. nomen tuum est proprietati tue consonum: filius Iohanna Mat. xvi. dicitur. Bariona: quasi filius

Iona dicendū ꝙ idē est nomen patris Petri Iona & Iohanna aliq̄liter tñ diuersificātes sic in latino Nicolaus & Colinus. uel aliter dicendum ꝙ pater Petri etiam Binomius erat & sic Iona & Iohanna sunt duo nomina & hoc uidet ex eorum interpretatiōe quia Iona interpretatur columba: Iohanna in quo gratia dicens. filius Iohanna. q.d. hoc cognomen consoat tuo nomini: quia ille qui est uere obediens est filius gratie spiritus sancti: qui per columbam designat. Tu uocaberis Chephas. id ē capitaneus & idem sonat hoc nomen Petrus: quia fundamentum habet quodammodo ꝓprietatē capitis: unde Mat. xvi. Tu es Petrus etc. non fuit nominis noua ꝓpositio sed nominis prius impositi commemoratio: uel confirmatio quia hoc fuit sibi impositum secundum Aug. Aliqui tamen aliter dicunt econuerso ꝙ tunc fuerit sibi impositū. Sed hoc p̄dictum fuit sibi imponendum propter quod dicitur tu uocaberis quasi loquens de futura nominis impositione. Notandum etiam ꝙ mutatio nominis facta est ex aliqua gratia speciali quam a deo consecutus est ille cuius nomē mutat sicut Iacob uocatus est Israel eo quod uidit dominum Gen̄. xxxix & Abram uocatus est Abraham quando facta sibi fuit repromissio de semine in qua benedicende erant omnes gētes terre Gen̄. xvii. & eodem mō Symon uocatus fuit ad Christi fidem & uocandus de proximo ad Apostolatum & principatum Apostolorum. & Mat. xvi. Petrus uocatus est quod idem ē ut dictum est propter fidelem Christi confirmationem. dixitq̄. Tu es filius dei uiui. Sed contra illud quod dicitur hic de uocatione Petri & Andree uidetur esse illud qđ dicitur Mat. iiii. Ambulans Iesus iuxta mare Galylee uidit duos fratres Symonem q uocatur Petrus & Andream fratrem eius mit. re. in ma. & uo. eos. Ex quo patet ꝙ fuerunt uocati de naui dicendum ꝙ fuerunt uocati ad fidem & ad Christi equalem familiari iuxta Iordanem: secūdum modum qui hic scribitur. Sed postea supra mare Galylee fuerunt uocati ad Apostolatum: & tunc relictis retibus & naui secuti sunt eū non ampliꝰ ad propria reuersuri. In crastinū. Hic consequenter ponit fructus p̄uenientes ex Christi uocatione & diuidit in duo. quia primo describitur ipsius Philippi uocatio. ii. ex hoc sequens naturalis conuersio ibi. uenit Philippus. Circa primū sciēdū ꝙ Xp̄s uenit ad baptismum Iohannis ut uirtutem aquis tribueret ut p̄ baptismum Io. & eius doctrinam applicaret & ut de Christo per Iohannis testimonium locum in Christi presentia populus: ipsum cognosceret propter quod Xp̄us ad tempus moratus est prope illum locū ut supra dictū est: & ideo hoc peracto uoluit redire in Galyleā ubi fuerat nutritus: & in illo reditu uocatus est Philippus. & hic est quod dicitur hic. In crastinum. scilicet post uocationem Petri. uoluit exire in Galyleam. si enim ultra mansisset prope Iordanem postq̄ fuit cognitus a populo omnes cucurrissent ad eum etiam dimissent Iohannem quod patet per effectum: quia duo ex discipulis principalibus secuti sunt eum ut dictū est: & ideo uolēs deferre Iohāni. & dare nobis exemplū fugiendi applausum populi. inde recessit sequitur. & inuenit Philippum. non a casu quasi sibi ignotum sed ex sua preordinatione ut eum uocaret ad fidem: & illuminaꝛ: unde sequitur. Et dixit ei Iesus sequere me. ꝙ ante Philippus secutus est eum statim credens non est mirandum: quia uox Christi non solum habebat uim mouendi auditum. Sed etiam animum: potest etiam probabiliter dici ꝙ Philippus ideo erat edoctus ab Andrea & Petro. unde sequitur. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andree & Petri. quod reddebatur Christo. quare statim secutus est Xp̄m ex hoc ꝙ erat de uilla Andre & Petri: ex quo probabile est ꝙ docuerat ipsum. Inuenit Philippus. Hic ponitur naturalis conuersio que primo ostenditur incboata per Philippum & scđo consumata per Xp̄m ibi. uidit Iesus. Circa primū consyderandū ꝙ Philippus

a Christo instructus iuit ad querẽdum naturalem fratrem suum desyderans eũ habere fratrem in fide sicut in carne. & hoc est quod dicitur. Inuenit Philippus Nathanael em. non a casu Inuenit eum: sed diligẽter quesiuit. ut dictum est. Iste aũt Nathanael erat litteratus homo: & edoctus in lege & prophetis & Philippus quamuis esset parum litteratus a principio tamen iam erat instructus a Christo de scripturis legis & prophetarum loquentibus de ipso. ideo annuntiando Christum fratri suo quẽ sciebat litteratum: precepit a testimonio legis & prophetarum dicẽs. Quem scripsit Moyses in lege. hoc habetur Geñ. penultimo. non auferetur sceptrum de Iuda etc. & Deut. xviii. ꝓphetam suscitauit nobis deus de fratribus nostris etc. que ad litteram de Xp̃o sunt intelligenda: ut patet per predicta. & prophete. omnes enim prophete de Xp̃o loquũtur: quia ad Christum omnes eorum prophetie principaliter ordinabanẽ. Inuenimus Iesum filium. q. d. hoc nomen cõgruũ est prophetis: quia promittunt Messiã saluatorem. hoc etiã nomen expresse ponitur de Christo. Abac. ultimo. ego autẽ in domino gaudebo & exultabo in deo meo etc. Philippus sic loquitur secundũ cõmunẽ modum loquendi. quia putabatur eius filius ut habetur Luce. iii. quamuis enim non fuerit pater Christi fuit tamen in matrimonio cõiunctus matri eius que erat eiusdem Tribus prout diffusius declarauit super Matheum: a Nazaret. locus etiã ille cõsonat scripture loquenti de ipso: Esa. xi. ubi dicitur sic secundum hebraicã ueritatẽ: Egredietur uirga de radice iesse & Nazarenus de radice eius ascendet. & ideo Nathanael uidens hanc consonantiam respondit statim. a Nazareth potest aliqd boni esse. affirmatiue exponitur hic secundum Aug. Aliter secundum Cris. negatiue & dubitatiue quia sicut dictum est: Nathanael erat legis peritus & ideo uidit duo. ꝑmo ꝙ habuerat calumpniam. s. nomẽ propriũ quod est Iesus & genus. scilicet Dauid: sed de loco uidebatur esse contra scripturam Michee. ii. ubi expresse dicitur Christum nasciturum in Bethleem. & tu Bethleẽ effreta paruula es in milibus Iuda: ex te mihi egredietẽ qui fit dominator in Israel & egressus eius ab initio a diebus eternitatis: propter qđ legis scribe responderunt Herodi querenti ubi Xp̃s nasceretur ꝙ in Bethlaem erat nativitatis sue locus ut habetur Mat. secundo. & dictum suum confirmant scripture Michee: Secundo ꝙ propter Nathanael concessis duobus. primis tanq̃ manifeste ueris querit dubitatiue de illo dicens. a Nazareth potest aliquid boni esse. & qa Philippus nõ erat ita maĩfeste ĩstructus: ideo duxit eũ ad Iesũ ut ab illo plenius audiret: ꝓpter quod sequitur. Dixit ei Philippus ueni & uide. id est disce ab eo. Nota hic ꝙ secundũ ueritatem euangelii Christus natus fuit in Bethleem ut habetur Mat. ii. & Luce. ii. sicut fuerat dictũ per Propbetã: sed conceptus fuit & nutritus in Nazaret ut habetẽ Luce. ii. &. iiii. & propter hoc uocatur a prophetis Nazarenus & sic patet concordia Prophetarum. Vidit Iesus. Hic describitur conuersio Nathanaelis consumata per Christum ubi Xp̃us ostendit se uerum esse Messiam promissum ex tribus signis: quia legis periti signa querebant ut dicitur Corinthеorum. primo & a pluribus locis euangelii petierunt signa a Christo: Secundum ponitur ibi. Respõdit Iesus. Tertiũ ibi. respondit Nathanael. Primum signum fuit manifestatio occulti presentis. scilicet intentionis cordis & puritatis conscientie ipsius Nathanaelis que non poterat esse nota nisi ueritate diuina & hoc ẽ quod dicitur. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se nõ solum uidit exterius sed etiã uidit ipsius intentionẽ interius. unde sequitur. Et dicit de eo ecce uere Israelitica in quo dolus non ẽ. quia sine intentione doli & falsitatis ueniebat ut uerius cognosceret. Dixit ei Nathanael. Hic ponitur signum secundum: qđ ẽ reuelatio occulti preteriti uidẽs. n. Nathanael ꝙ condictionẽ sue mentis expresserat

queſiuit unde ipſam ſciebat dicenſ. unde me noſti. & Chriſtuſ reſpondit ei dicenſ. per reuelationē alteriuſ occulti. Priuſq̄ Philippuſ uocaret cum eſſeſ ſub ficu uocaui te. id ē cognoui propoſitū cordiſ tui ad litterā priuſ locuti fuerant ad inuicē de Xp̄o: ipſe & Philippuſ ſub ficu in tali diſtantia q̄ Chriſtuſ nō poterat eoſ uidere oculo corporali nec aliquiſ aliuſ erat preſenſ qui potuiſſet ei referre: & ideo propter hoc ſignum & precedenſ. Reſpondit ei Nathanael & ait. Rabi tu es filiuſ dei Chriſtuſ Rex Iſrael. id eſt ille qui expectatur ut ſit Rex Iſrael. exſpectant enim omneſ iudei Meſſiam temporalem Regem futurū: & hoc modo uidetur loqui Nathanael quia nō habebat adhuc cognitionem perfectā de Chriſto. nō enim uidetur tūc intellexiſſe ipſiuſ diui/nitatem: quia non dixiſſet tu eſ Rex Iſrael. ſed totiuſ mundi: & propter hoc cum dixit tu es filiuſ dei nō fuit cōfeſſuſ diuinitatem: ſicut poſtea confeſſuſ eſt eā Petruſ dicenſ. tu eſ Xp̄uſ filiuſ dei uiui. Mat. xvi. & propter hanc confeſſionem dictuſ eſt beatuſ a Chriſto ſed intellexit hanc filiationem per quandam excellentiam gratie. Reſpondit Ieſuſ. Hic ponitur tertium ſignum quod ē reuelatio occulti futuri. moduſ enim cognitioniſ humane eſt ut ab imperfecto ad perfectionem ducat̄ ordinate ut patet primo Phyſicorum: & quia gratia perficit naturam: ideo conſimiliſ ordo eſt in cognitione gratie: q̄ primo imperfectior eſt: & poſtea ad perfectionem ducit̄ ꝓpter quod Chriſtuſ ipſum Nathanaelem iam Xp̄m cognoſcentem gratum ad gratie ex/cellentiam ulteriuſ ducit eum ad cognoſcendam ſuam diuinitatem per obſequiū ante obſequium angelorum ſibi exhibendum tanq̄ ſuperiori. nulla enim creatura eſt ſupra angelicam niſi diuina & hoc eſt quod dicitur. Reſpondit Ieſuſ & dixit ei quia dixi tibi uidi te ſub ficu crediſ me eſſe Xp̄m quantū ad excellētiā gratie. maiuſ hiſ uidebiſ cognoſcendo ueritatē diuine ſubſtantie. & dixit eiſ. ſcilicet Philippo & Nathanaeli Amen amen dicō uobiſ amen idem eſt q̄ fideliter. & ideo ubi duplicatur ſignum eſt certitudiniſ & firmitatiſ. uidebitiſ celum aptū & angeloſ dei aſcendenteſ & deſcēdenteſ ſuper filium hominiſ. id eſt obſequium diuinitatiſ in humana natura latentiſ. Si que/ratur ubi hoc uiderunt poteſt dici in aſcenſione Chriſti ut habetur Actuū. i. Cumq; intuerentur in celum euntem illum ecce duo uiri etc. id eſt angeli in ſpecie uirorum. Similiter in reſurrectione uiderunt Apoſtoli angeloſ ſtanteſ ſupra ſepulchrum Xp̄i & in paſſione apparuit angeluſ de celo confortanſ eum. Luce. xxii. Queritᵉ etiam hic quare Nathanael nō fuit uocatuſ ad Apoſtolatum cum a Chriſto ſuper alioſ fuit commendatuſ ut patet ex predictiſ: dicendum q̄ Xp̄uſ uoluit primoſ fundatoreſ eccle/ſie ſimpliceſ hominеſ eligere ne prima conuerſio hominū ad fidem humane ſapientie aſcriberet̄ ſed diuine: & propter hoc ille Nathanael & Nichodemuſ de quo habetur infra. iii. ca. non ſunt inſtituti Apoſtoli: quia erant hominеſ litterati: fuerunt tamen a principio ad fidem uocati: ne ſi a principio omneſ fuiſſent ſimpliceſ crederentur per oppoſitum per ignorantiam decepti. poſtq̄ uero fuit fideſ catholica radicata Pauluſ uocatuſ eſt ad apoſtolatum quanuiſ eſſet litteratuſ unde dicitur p̄ma Cor. i. uidete uocationem ueſtram. quia non multi ſapienteſ. .II.

ET die tertio nuptie etc. Quomodo ad eſſe ſequitur operari cum omnia determi/nata ſint proprio opere ut dicitur. iii. Methaurorum. Ideo poſtq̄ euangeliſta oſtendit diuinitatem Xp̄i per eternā emanationem de patre: hic conſequenter dela/rat eā in opere ſcd̄m opera miraculoſa que ſunt diuine uirtutiſ manifeſtatiua que trā/ſcendunt uirtutem totiuſ nature create. Et diuiditur in treſ. quia primo ponit opera que facit Chriſtuſ inter hominеſ conuerſando. ſecundo que fecit in moriendo. xii. c. tertio que fecit reſurgendo. xx. ca. Prima in duaſ quia primo ponitur opuſ diuinū

quantum ad mutationem nature. ſecundo quantum ad effectum gratie capitulo. iii ibi. Erat bō. Prima adhuc in duaſ. quia p̄mo ponitur opuſ miraculoſum coram diſci/ pulis ut in fide firmentur. ſecundo coram turbis ut conuertant̄ ibi. poſt hoc deſcēdit. Prima in treſ. quia primo ponitur miraculi occaſio. ſecundo eiuſ operatio ibi erat aūt tertio ipſius approbatio ibi. Et dixit eis Ieſus. Circa primū ſciendum q̄ occaſio huiuſ miraculi fuit defectuſ uini in nuptiis: & ideo Euangeliſta deſcribit ipſas nuptias q̄ntū ad earum circunſtantias dicēs: Et die tertia. ſcilicet a uocatione Philippi & Natha/ naelis fratris eius. Et ſic notatur tempus. nuptie facte ſunt in Chana Galylee & ſic patet locus. Chana enim quedā uilla eſt ſita in Galylea. Et erat mater Ieſu ibi. uocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. licet autem & alii plures fuerunt in nuptiis iſtis tamen Ieſus & mater eius & diſcipuli expreſſius notantur: quia non fit ibi mentio de nuptiis niſi ratione miraculi ibidem perpetrati quod fuit factum per matris inter/ pellationem & per ipſius Ieſu operationē & ad diſcipuli confirmationem. per hoc etiā excluditur error eorum qui dicunt nuptias eſſe peccatum quia ſi nuptie eſſent illicite Ieſus & mater eius non fuiſſent in illa ſocietate: dicitur etiam cōmuniter q̄ ille nuptie fuerunt Io. Euangeliſte a quibus Chriſtus eum uocauit ante conſumptionem matri/ monii per copulam carnis & ex hoc in eccleſia obſeruatur q̄ ante carnalem copulam p̄t licite alter coniugum intrare religionem. hoc autem dictum uidetur per Hiero. in prologo ubi dicit q̄ Chriſtus uocauit eum de nuptiis nubere uolentē. ex quo uidet̄ q̄ fuerant ſue. Quia Chriſtus non legitur in aliis fuiſſe nuptiis. & hoc etiam uidetur per hoc q̄ mater Ieſu erat ibi tanquam in nuptiis nepotis ſui: non enim eſt ueriſimile q̄ ipſa ueniſſet niſi multum ſibi attinuiſſet: ſicut uidit ad Heliſabeth cognatam ſuam feſtinanter ante: ut habetur Luce. ii. ſecundū quod dicit Ambr. non libenter ſtabat in publico. ſed magis in orationibus ſecrete. Et deficiente uino. hic tangitur occaſio miraculi. Dixit mater Ieſu uinum nō habent. ſcilicet ad ſufficientiam ex corde enim puriſſimo uoluit p̄uenire corporalē defectū ne apperet cōfuſio. Ideo inuitauit filiū quoniam ſciebat ad hoc potentem ſicut a principio edocta fuerat per angelum & p̄ ſpiritum ſanctum nōtr̄ ipſum inuocauerat ad miracula facienda ante etatē p̄fectam quia non decebat ut uidebitur. Et dixit ei Ieſus. Quid mihi & tibi mulier? cū Xp̄us maximam reuerentiam detulit matri mirum uidetur q̄ ſic extranee reſpōderat: Ideo dicit Aug. q̄ facere miracula ei cōpetebat ſc̄m diuinā naturam quā a matre nō ha/ buit & ideo predicto mō reſpōdere matri uoluit q̄ in hoc non tenebat̄ ei obedire qa in natura diuina nihil habuit a matre: nec per conſequens cum ea aliquid commune. ideo dicit. Quid mihi & tibi mulier? q. d. uirtutē faciendi miracula a te non habeo: ſed quia humanitatē in qua paſſus eſt traxit a matre: Ideo addit. Non dum uenit hora mea. i. tempus patiendi in natura quā a te habeo: & tunc te cognoſcam: & tibi condeſcendam. unde & eā tunc commendauit Io. ut habet̄ infra. xix. Sc̄m Criſo. Aliter exponit̄. qa ſecundū ip̄m beata uirgo ex pietate mota uoluit p̄occupare tp̄us debitum faciendi miraculum: illud enim miraculum inter miracula Chriſti erat primū & ad confirmationem diſcipulorum ut dicit̄ infra eodem ca. & ideo debuit eſſe notum ibi exiſtentibus & gratum ipſis conuiuantibus: hoc autem magis fuit eo q̄ factum eſt poſt uini corporalem defectum: q̄ ſi ante ea fuiſſet factum: & ideo quia matri Ieſu uoluit preuenire corporalem defectum ut predictum eſt: ideo dixit illi Ieſus. Quid mihi & tibi mulier? q. d. ſcire tēpus aptū ad miracula faciendū non eſt tibi & mihi cō/ mune: ſed mihi ſoli conuenit. non dum uenit hora mea. i. tempus conueniens ad faci/ endum hoc aūt quod dicit̄ hic. hora mea. dicunt quidā heretici uocati Priſcibaniſte:

ꝙ facta Christi & aliorum hominum subiacent fato syderū: sed hoc est falsum non solum de Xp̄o sed etiam de omni homine: quia uirtus intellectualis non est allegata organo corporali: & ideo nō est subiecta circumq̄cūq; actione corporali propter ꝙ influxus sydez non pretingit directe ad ipsum: Sed tantumō indirecte inquantum impressio facta in appetitu sensitiuo redūdat quodammodo in appetitū intellectū ut dicitur. iii. de anima. sed hoc non est per modum necessitatis: quia hō per appetitū intellectiuū pōt moueri ad contrarium: propter qđ Ptholomeus qui fuit maximus ostrologus dicit ꝙ in cētilogio sapiens dominabitur astris. quia non sequitur appetitū sensualitatis sed dictamen recte rationis. & ideo exponendū est. non dum uenit hora mea. i. hora conueniēs faciendi miracula a me solo cognita: & huic consonat littera sequens. quia mater Iesu ex eius responsione non ostendit petitionem eius repulsam: sed conuenienter dilatam. unde sequitur. Dixit mater Iesu ministris. qui cōseruebāt in nuptus illis. quodcūq; dixerit uobis facite. expectans horam cognitam conuenienti a filio suo impletione petitionis sue. Erant aūt. Hic cōsequenter ponit miraculi perpetratio & describitur ueritas miraculi ex pluribus conditionibus. primo ex parte uasorum cum dicitur. erant aūt ibi lapidee hydrie sex posite scd̄m purificationē Iudeoz ex traditione. n. seniorz Iudei uasa frequenter lauabant & purificabāt. scd̄m quod dicit Mar. vii. & ideo ad hoc faciendū erant ibi posite iste hydrie lapidee: quia erant uasa ad recipiendū aquam pro huius purificatione faciēda & ex hoc miraculū fuit euidentius. quia si fuisset aq̄ conuersa in uinū in uasis uinarius posset credi ꝙ illud uinum ibi preextitisset. capientes singule metretas binas uel trinas. metreta quedam mensura est continens sextarios: ut dicit Isidorus. xvi. Ethycoz cuius quantitatis erat sextarius non est certum: quia nō est eiusdē quantitatis in diuersis terris: in eadē etiā terra uariat̄ in diuersis uillis. Isid. tñ dicit xvi. Ethycoz ꝙ sextarius continet duas libras tm̄. & scd̄m hoc est ualde puus. Dicit eis Ihesus. i. ministris. Implete hydrias aq̄ quia aliquid de aqua prius ibi posita assumpserat ad purificationem uasoz. & ideo iussit Iesus suppleri quod erat ammotum: unde subditur. & impleuerunt eas usq; ad summū. per hoc etiam miraculum fuit euidentius ꝙ aqua apposita fuit de nouo & per ministros qui sciebant talem defectum uini: quia cum implete fuissent aqua conuersa est in uinum uirtute diuina. Et dixit eis Iesus. Hic consequenter ponitur miraculi facti approbatio. uoluit enim Christus ꝙ ille qui erat principalior inter conuiuas. primo de uino illo gustaret ut ex commendatione illius miraculū notius fieret ꝓpter quod dicit. Et ferte Architriclyno. dicit aūt Architriclynus ab archos grece quod ē ꝓncepſ latine & triclinium qđ est locus ubi homines sedent in conuiuio. quia antiqui comedebant sedentes in lectis. propter hoc in scriptura dicuntur comedentes accumbere uel recumbere. locus igit̄ ubi fiebant ordines lectorum ad sedendū uocat̄ hic triclinium: & ideo architriclynus non est nomen ꝓprium sed significat illū q ꝓncipaliter inter cōuiuas sedebat & ꝓbabile est ꝙ aliquis fuerat sacerdos illius tēporis qui stabant in nuptis ad benedicendū & ad ostendendū qualiter debeant procedere scd̄m legem & statuta seniorum. Sequit̄ ut autē gustauit Architriclynus aquam uinū factam. i. mutatam in uinum & non sciebat unde esset. i. p ueritatē Christi ministri aūt sciebāt qui hausierunt aquā. ad supplendū uini defectū ex precepto Christi. uocat sponsum Architriclynus. i. ad arguēdum eū. unde subditur. Et dixit omnis hō. prudenter agēs primum. i. in principio. bonū uinum ponit. i. apponit ipsis conuiuantibus: quia tunc sensus est uiuax & potest discernere uini bonitatem & acceptare: non sic autem post ebrietatem. ideo subditur: & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. apponit

ipſis conuiuantibuſ: quia tunc neſciunt diſcernere inter bonum & malum. Tu autem ſeruaſti bonum uinum uſq; adhuc. q.d. imprudenter feciſti contrariū tñ ignoranter loqbatur ut predictū eſt. hoc fecit. hic ponitur miraculi perpetrati concluſio qa hoc miraculū primo a Chriſto factū eſt ad manifeſtandum uirtutē diuinitatiſ in eo latētē & ad fidem eoꝝ confirmandam. & hoc eſt quod dicitur. hoc fecit initiū ſignoꝝ Ieſuſ in Chana Galylee. quia illud fuit. primū miraculum ab eo factū ut plenius uidebitur in fine huiuſ ca. & manifeſtauit gloriam ſuā. i. diuinitatiſ potentiā. Et crediderunt in eum diſcipuli eiuſ. quia aliqui de nouo in eum crediderunt: & illi qui priuſ credide/rant ut Andreaſ & alii ut dictum eſt per hoc in fide ſolidati fuerunt. Poſt hoc de/ſcendit. Poſita immutatione nature coram diſcipulis hoc idem oſtenditur corā turbis non protunc facta: ſed quia predicitur in poſterum fienda ut uidebitur. & diuiditur in duaſ parteſ. quia primo propoſitū oſtenditur. ſcđo ex hoc ſequenſ fructuſ declarat ibi. Cum aūt eſſet Hieroſolimis. Iſta immutatio nature eſt ſuſcitatio corporis ſui quā hic prenuntiat ſe factuꝝ in ſua reſurrexione: & diuiditur in treſ quia primo ponit huiuſ denuntiationiſ occaſio. ſecundo preīūgitur ipſa prenuntiatio ibi. uiderūt ergo Iudei. tertio p̄nuntiationiſ interpretatio ibi. dixerunt ergo. Prima in duaſ. qa p̄mo continuat hiſtoriam. ſecundo deſcendit ad ꝓpriam materiam ibi. & prope erat paſcha In p̄ma parte dicit̄ ſic cōtinuando ad p̄cedentia. poſt hec. q.d. poſt aque in uinū etc. Deſcendit in Capharnaū. Illa. n. erat ciuitaſ Metropoliſ Galylee & ideo illuc uoluit uenire: quia inceperat iam gloriam ſuam manifeſtare. Ip̄e & mater eiuſ. qa mortuo Ioſeph Xp̄uſ comitabatur matrem ſuam ad impendendum ei debitū obſequium: & fratreſ eiuſ: nō quia eſſent filii Marie matriſ eiuſ ut dixit Eulidiuſ hereticuſ q dixit eam fuiſſe cognitam a Ioſeph poſt Chriſti natiuitatem & de ea filioſ genuiſſe q dicūt̄ hic fratreſ quia ex matre eadem licet nō ex eodē patre ſed hoc fuit ꝑobatum Mat. p̄mo ca. propter quod alii dixerunt q̄ fuerunt filii Ioſeph de alia uxore dicunt̄ tamē hic fratreſ Chriſti eo q̄ Ioſeph putabat̄ pater Ieſu. Sed hoc eſt falſum. quia cū Xp̄ſ matrem ſuam in cruce non commendauerit niſi uirgini: & tñ iam proceſſerat in etate non eſt ueriſimile q̄ Ioſeph qui fuit aſſignatuſ a deo precipuuſ cuſtoſ eiuſ & ī iuuē/tute uirginiſ: non fuerit conſimiliter uirgo ideo cum ea uotū uirginitatiſ commiſit: qa erat in conſimili propoſito ſicut ipſa: ſicut diffuſius tractatur in. iiii. ſententiaꝝ ubi tractatur de coniugio Ioſeph & Marie de hoc etiam plenius dixi ſuppra Luc. i. ca. dicuntur etiā fratreſ Xp̄i cognati eiuſ quia illi q ſunt de eadē cognatione ī ſcriptura frequenter dicunt̄ fratreſ. unde Geñ. xiii. Abraham dixit ad Loth. ne ſit iurgium. ſequitur fratreſ enim ſumuſ tñ Loth erat nepoſ eiuſ ſequitur. Et ibi manſerunt non multis diebuſ. quia imminebat tempuſ eundi Hieruſalem ut patebit in parte ſequēti Et prope. poſita continuatione hiſtorie. hic conſequenter ponitur occaſio p̄nuntiādi ſuam reſurrectionem futuram: quia aſcendenſ Hieruſalē eiecit de templo uēdenteſ & emētes quia uidebat̄ pertinere ad perſonā ſuper populum autoritatem habentem & ideo huiuſ autoritatiſ ratione petierunt Iudei ſignum. & hoc fuit occaſio predicēdi ſignum ſue reſurrectioniſ. & hoc eſt quod dicitur. Et prope erat paſcha Iudeorum in tribuſ enim ſollemnitatibuſ in anno tenebant̄ conuenire in Hieruſalem. ſ. in ſollē/nitate Paſche. Penthecoſteſ & Tabernaculorum: ut habetur Exo xxiii. Veruntñ de feſto Tabernaculoꝝ & Penthecoſteſ ante diſpenſabat̄ cū illiſ qui erant a remotiſ non tamen de ſollemnitate paſchali & hoc eſt qđ ſubditur. Et aſcendit in Hieruſalē ex hoc etiam confutatur error Manichei q dicat uetuſ teſtamentū a diabulo datū qa Chriſtuſ nullo mō obſeruaſſent ip̄m. & inuenit in templo. nomine templi nō accipitur

hic ipſa domuſ domini in quo erat altare Thimiamatiſ & candelabrorum nec atrium ſacerdotum in quo erat altare holocauſtoꝝ: ſed quoddã atrium ubi hominеſ orabãt & doctoreſ docebãt ibidem & ibi etiam uendebantur ea que in templo offerebantur & hoc eſt quod dicitur.uendenteſ oueſ & boueſ & columbaſ & quia taleſ de longíquo non poterant adduci ideo ſacerdoteſ cupiditate ducti ſtatuerũt hominеſ ibi uẽdenteſ ut uenienteſ de longinquo non haberent excuſationem de oblationibuſ dimittendiſ. aliqui etiam eorum non habebant peccuniam: & ideo ibi ſacerdoteſ ſtatuerunt camp/ ſoreſ qui ſub cautiõe credebant peccuniam & cum hoc ultra ſortem aliqua munuſcula recipiebant: non tñ peccuniã ne arguerent manifeſte facere cõtra legẽ Deut. xxiii. ubi dicitur non dabiſ fratri tuo ad uſuram peccuniam & hoc eſt quod dicit. Et numu/ lariоſ ſedenteſ. quia hoc erat illicitũ propter cupiditatem ſacerdotũ qa diuerſiſ adin/ uentionibuſ depauperabant populũ: ut patet ex dictiſ quia frauſ & tumultuſ ſolent annecti mercationi que contrariatur orationi: ideo ſequit. Et cum feciſſet quaſi fla/ gellũ de funiculiſ oñſ eiecit de tẽplo. patet littera uſq; ibi. biſ qui colũbaſ uendebant dixit. auferte iſta. non uoluit eiicere columbaſ quia ſpirituſſanctuſ deſignatur per columbam. ſequitur. recordati uero ſunt diſcipuli eiuſ. quia ſcriptum eſt Pſal. lxxxx. Zeluſ domuſ tue commedit me. ex facto enim Xp̃i recordati ſunt ſcripture illiuſ & impletioniſ eiuſ in Xp̃o. Queritur quare non reſiſtebant ei cũ ipſi eſſent multi & ipſe eſſet ſoluſ: & paruũ adhuc reputatuſ: dicendũ q̃ diuina uirtuſ in illo facto opebatur que apparebat in effectu cum uolebant ſicut inferiuſ. xviii. ca. ſolo uerbo eoſ pro/ ſtrauit q uolebant eum capere. corpuſ. n. Xp̃i erat inſtrumentũ diuinitatiſ: & ideo in oculiſ eiuſ quidã fulgor exiebat diuina uirtute eoſ cõterens q̃ ita reſiſtere nõ au/ debant: Sicut etiam in paſſione uox illa que erat diuinitatiſ quodãmõ inſtrumentum proſtrauit magnã multitudinem armatorum. Solet etiam queri ab aliquibuſ quomõ fecerit flagellũ de funiculiſ quare non uendebantur ibi funiculi. ubi ſunt ſolum illa que debebant in templo offerri. & dicunt aliqui. q̃ ipſe Chriſtuſ utebatur funiculo pro cingulo & illũ funiculum accepit de quo erat precinctuſ & ipſum duplicando fecit quaſi flagellum: quanuiſ hoc etiam non habebatur expreſſe in textu: tamen probabiliter poteſt concedi quia non omnia ſcripta ſunt ut habet in fine huiuſ ca. Reſponderunt ergo. Hic ponitur ſue reſurrectioniſ prenuntiatio. quia occaſione huiuſ facti petierunt ab eo ſignũ ſibiipſi Iudei dicẽteſ. Quod ſignũ oſtendiſ nobiſ. q̃uiſ enim factum eſſet bonũ de ſe tñ non pertinebat ad quemlibet hoc facere. ſed ſolum ad deum qui habet autoritatem corrigendi exceſſuſ ſacerdotum quod non conueniebat alicui de communi populo cũ ſacerdoteſ eſſent in illo populo ſenioreſ: Sed prophete miſſi ad hoc ſpecialiter a deo & ideo petierunt ſigna miſſiõiſ ſue & ipſe dedit eiſ ſignũ poteſtatiſ diuine de ſuſcitatione ſui corporiſ propria uirtute & hoc eſt quod dicitur. Reſpõdit eiſ Ieſuſ Soluite templum hoc. ſoluite non eſt uerbum inductiuum ad hoc faciendũ cum fuerit ſimpliciter malũ ex parte Iudeoꝝ ad malũ aũt Xp̃uſ nõ poterat inducere ſed hoc eſt uerbum denuntiatiuum eiuſ quod erat per ipſoſ fiendum. q. d. ſoluite. id eſt ſoluetiſ quia in paſſione Chriſti anima fuit ſoluta a corpore: & ſãguiſ a carne & continuitaſ membrorum in confixione clauorum & lancee. Et in tribuſ diebuſ excitabo illud. non dicit poſt treſ dieſ quia Chriſtuſ non fuit mortuuſ treſ dieſ complete. Dixerunt ergo. Hic ponit̃ ſue prenuntiationiſ interpretatio: & diuidit̃ in duaſ. quia primo ponitur interp̃tatio Iudeoꝝ falſa. ſecundo interpretatio euãge/ liſte uera ibi. Ille aũt. Circa primũ ſcidũ q̃ Iudei petierunt a Chriſto ſignũ non ad credendum & uenerandũ: ſed magiſ ad deridendum & impugnandum: quod patet ex

hoc ꝙ statim impugnauerunt dictū suum. & ideo non fuerunt digni ut prediceret eis resurrectionem corporis sui manifeste sed occulte uocans corpus suū templū: & ideo uoluerunt arguere dictū suū p materiale templum & hoc est qđ dicitur. Dixerunt ergo Iudei quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud. hoc dicunt Iudei esse impossibile. & multo plus derisissent si resuscitatiōem corporis sui dixisset manifeste quia difficilius est resuscitare mortuum q̄ edificare tale templum. Sciendum etiam ꝙ non loquunt̄ hic de templo facto per Salomonē: quia illud fuit edificatum in septē annis: ut habetur. iii. Regum. vi. & postea fuit per Nabuch. destructum. iiii. Regū ultimo. Sed loquūtur de templo reedificato post captiuitatē Babylonicā. a primo enim āno Cyri Regis persarum in quo data est populo licentia redeundi. & templū reedificandi usq; ad sex annos Darii sub quo consumatum est illud templū fluxerunt. xlvi. anni: quia Iudei impediebant̄ a nationibus in circuitu eorum existētibus in edificationibus tēpli. Iste numerus patet per hoc ꝙ Cyrus regnauit. xxx. annis Cambises filius eius post eum. iii. annis. qa nō cōputat̄ tempus quo regnauit cum patre. post eū regnauerunt successiue duo Magi sed tempus eoꝝ dimittit̄. qa regnauerunt tm̄ sex mensibus quibus successit Darius in cuius sexto anno consumatū est templi opus & ideo de illo templo loquebatur qa illud stabat in eoꝝ presentia & illud ostendebatur ut patet in littera. Ille aūt. Hic ponitur interpretatio uera qa loquebatur de corpore suo sub nomine templi quia humanitas Christi erat spirituale habitaculū ipsius dei: & hoc est quod dicit euangelista. Ille aūt dicebat de templo corporis sui. hanc tm̄ interpretationē non cognouerūt tm̄ Apostoli quod patet ex hoc qđ postea Petrus audiens ab eo eius passionē futuram uoluit eā impedire Mat. xvi. Sed post resurrectiōem Christi hanc interpretationē intellexit qm̄ apperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Luce ultimo & hoc est qđ dicitur Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius qa hoc dicebat. scilicet intelligendo hoc de corpore suo & crediderunt scripture. s. prophetaꝝ loquentiū de Christi resurrectione futura tertia die. Osee. vi. Viuificabit nos post duos dies & in die tertia suscitabit nos. hoc dicūt pphete quia resurrectio Xp̄i fuit causa resurrectionis nostre & Ione. ii. quia Ionas fuit tribus diebus & tribus noctibus in uentre piscis. s. ceti in figura ipsius Christi. Et sermoni eius quem dixit Iesus quia tunc preceperunt impletionem uerbi illius. Cum aūt. Hic ultimo ponitur fructus denūtiationis & p̄dicationis Christi quia Christus existens Hierosolimis in festo paschali populū docuit & multa miracula fecit ad confirmationē sue doctrine ex quibus multi fuerunt moti ad credendum. & hoc est quod dicitur. Cum aūt esset Hierosolimis in pascha in die festo. non accipitur hic dies pro una die naturali uel artificiali tm̄. sed pro toto tpe sollemnitatis pasche: quod durabat per sex dies continuos. multi crediderunt in noīe eius: cedentes ꝙ ipse uere esset Christus. uidentes signa que faciebat. sicut enim sufficiēter ueritas subiacens facultati naturalis intellectus qm̄ reducit̄ ad principia p̄ma per se nota. Ita ueritas excedens facultatem intellectus qualis erat ista qm̄ cōfirmatur per opera diuina: quia certum est ꝙ deus non potest esse testis falsitatis & ideo qm̄ ad confirmationem alicuius doctrine inducitur opus diuinū sufficienter ostendit̄ ꝙ dictū est in illa esse ueꝝ. Veruntamē qa in illa credentibus adhuc aliqui erant imperfecti & aliqui iungebant̄ eis q erant tātumō ficti: ideo adhuc Xp̄s nō reuelabat eis altiora & secretiora misteria catholice fidei: qa ficti indigni erant audire & imperfecti adhuc non poterant capere. propter quod etiam ipsis Apostolis dixit Iesus infra decimo multa habeo uobis dicere: sed non potestis mō portare. & hoc est quod dicitur. Iesus

aũt nõ credebat ſemetipſũ eſſ altiora myſteria. ſ. dei reuelando: & cauſa ſubdit. ee ꝙ ipſe noſcet. ſ. iſtoꝝ imperfectionẽ: & illoꝝ fictionẽ & modũ per quem cognoſcebat hic ſubdit & quia opuſ ei non erat. n. neceſſe. ut quiſ teſtimonium ꝓhiberet de homine id eſt ut mentẽ & ſtatũ cuiuſlibet hominiſ cognoſceret per informationem alterius: quia ſciebat perfecte per ſemetipſum: propter hoc ſequit. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. i. in mente cuiuſlibet hominiſ: & ex hoc oſtendit euangeliſta ipſum eſſe deũ cuiuſ proprium eſt ſcire ſecreta cordiũ. Ad maiorem euidentiã predictoꝝ queritur utꝝ cõuerſio aque ſ uinũ de qua dictum eſt fuerit Chriſti primũ miraculũ: & arguit primo quod non: quia Xp̃uſ fecit miracula ad inducẽdũ homineſ ad fidẽ ut tã dictũ eſt: Sed ante illaſ nuptiaſ aliqui ei credebant & ſicut diſcipuli ei adherebant: qa ſicut dictũ ẽ uocatuſ eſt Ieſuſ & diſcipuli eius ad nuptiaſ ergo uidet ꝙ ab eo aliq̃ miracula uiderant. Item illud miraculũ fecit Ieſuſ exiſtenſ. xxx. annoꝝ quia poſt baptiſmum ſuum fecit illud ut patet ex predictiſ ipſe aũt erat incipienſ. xxx. annoꝝ: qñ baptizatuſ eſt ut habetur Luc. iii. Sed in libro de infantia ſaluatoriſ ſcribunt que fecit in pueritia ergo etc. Contra hoc eſt dictũ illud qđ habet in littera. hoc initium ſignoꝝ Reſpondeo non eſt hic queſtio de Xp̃i poteſtate in operibuſ miraculoſiſ: quia ſuam poteſtatem in principio habuit. Sed queritur de tempore quo uſuſ fuerit iſta poteſtate in natura humana aſſumpta qđ eſt organum diuinitatiſ in miraculiſ. unde ad tactum manuſ eius ſanabãt infirmi. curabant leproſi. illuminabant ceci. & ad uocem eius ſuſcitabant mortui. & ſic patet ꝙ queſtio hic eſt de facto. propter quod ſunt hic duo uidenda primo quid ſit circa hoc factum. Secundo que circa hoc conuenientia ſunt. Circa primum dixerunt aliqui ꝙ conuerſio aque in uinũ nõ fuit primũ miraculũ Chriſti abſolute qa plura alia non fecerit ſed fuit primũ quantũ ad illa miracula que fecit Chriſtuſ ante conſpectũ diſcipuloꝝ ſuoꝝ. propter hoc ſignanter non dicit euãgeliũ hoc fecit initiũ ſignoꝝ Ieſuſ tm̃: ſed addit in Chana Galylee: & manifeſtauit gloriam ſuam & crediderunt in eum diſcipuli eius. q. d. alibi alia ſigna fecit: Sed hoc eſt contra ueritatem euangelii quia ſuperdixerat euangeliſta ꝙ Chriſtuſ adhuc erat incognituſ non ſolum ipſiſ Apoſtoliſ: Sed etiam Iohãni precurſori eius: Vnde Iohã. baptiſta de ipſo loquenſ ait & ego neſciebam eũ. ſ. ante baptiſmũ: Similiter loquenſ Iudeis dixit. mediuſ ueſtrũ ſtetit quẽ uoſ neſcitiſ. Si aliqua miracula feciſſet nõ fuiſſet ſic incognituſ & maxime ſuo precurſori: quia ad ipſum manifeſtandũ natuſ erat ut patet Luce. i. Io. etiam nõ etiã precurſori indiguiſſet quia eius miracula ſufficiẽter manifeſtaſſent ip̃m: & ideo dicere ꝙ fecerit miracula ante baptiſmũ ẽ expreſſe cõtra euangeliũ poſt baptiſmũ Chriſti primũ ſignũ fuit predicta conuerſio aque in uinũ & per cõſequẽſ fuit miraculũ eius ſimpliciter p̀mũ. Circaſcd̃m ſciendũ ꝙ miracula Xp̃i ordinabãt ad duo. ſ. ad manifeſtationẽ ſue diuinitatiſ & ad cõfirmationẽ ſue doctrine p quã homineſ ad fidẽ ducebantur & quantũ ad utrũq; fuit conueniens differre opationem miraculoꝝ uſq; poſt baptiſmũ. hoc primũ declarat ꝗuantũ miracula erãt doctrine ſue confirmatiua: quia confirmatio doctrine non precedit actum docendi: ſed magiſ ſequitur. Ad predicationẽ aũt & doctrinã requiritur etaſ ſaltẽ perfecta de cõgruitate de q̃ agitur & perfectio etatiſ eſt. xxx. annoꝝ ꝓpter qđ Ioſeph ſuceꝑit regimẽ Egypti in tali etate: ut habet Geñ. xl. Similiter Dauid erat triginta annoꝝ cũ regnare cepit ut habetur. ii. Regum. v. Et Ezechiaſ in xxx. annoꝝ etate cepit prophetare ut habetur Ezechie. i. & ideo conueniens fuit ut Xp̃uſ ante triceſimum annũ non doceret: nec per conſequens miracula ſue doctrine confirmatiua faceret. Secundo ibidẽ oſtendit ꝙ miracula que erant ſue diuinitatiſ manifeſtatiua pariſ eni

periculi est si negeť in Christo uera humanitas sicut si negeť sua diuinitas & ideo sic debuit diuinitas manifestari. ut uere humanitatis cognitio non impediret & ideo fuit conueniens ipsum non ante etatē perfectā miracula facere ne eius incarnatio fantastica diceret. Ad primū dicendū q illi discipuli q adheserūt ei ante miracula ip̄i adherunt ex Iohannis testimonio inchoante & doctrina Christi consumante. patet ex dictis. unde & ad laudē discipuloꝝ hoc pertinet q christū secuti sunt anteq̄ uidissent eum miracula facientem: secundū quod dicit Greg. Omelia. ii. Ad secundū dicendum q liber infantie saluatoris reprobatus ē tanq̄ ab hereticis cōfictus ut patet in decreto Gelasii. pape & ideo non est ei fides adhibenda. .III.

Erat aūt homo. Postq̄ Euangelista declarauit diuinitatem Christi per nature immutationē hoc ibidē declarat per gratie reformationem de q̄ principaliter agit. quia ad hoc euangeliū scripsit. & diuiditur in duo. quia primo agit de spirituali regeneratione baptismi in quo predicta gratia incohat. scd̄o de collatione multitudine beneficii in quo predicta reformatio consumat & incipit. v. ca. Post hoc erat. p̄ma in duas. quia p̄mo agit de regeneratione spirituali quo ad Iudeos. scd̄o prout deriuat quo ad extraneos ca. iiii. ut ergo cognouit. prima in duas quia primo describit spiritualis generatio. secūdo distinguitur a Io. baptismo ibi. Post hoc uenit. Prima i duas quia primo docet X̄p̄s regenerationis spiritualis necessitatē. secundo eius modū siue qualitatem ibi. dixit ad eum Nichodemus. tertio edificationis ipsius causam seu resurrectionem ibi. Respondit Nichodemus & quia docet ista. respondendo ad interrogata ideo prima diuiditur in duas. quia primo ponitur Nichodemi interrogatio. secundo subiungitur Christi respōsio ibi. respondit Iesus. Circa primū describitur prima conditio interrogantis: cū dicitur. Erat homo. Iste enim fuit unus illoꝝ de q̄bus dictum est ca. ii. quia multi crediderunt in Iesum uidentes signa que faciebat. & quia ibidem subditur q in hoc non credebat. s. eis secreta fidei reuelando ideo iste Nichodemus uenit ad Iesum in secreto & extra turbam aliorum ut ab ipso plenius instrueretur. sequitur ex Pharisei. quia erat de secta eoꝝ. Ipsi aūt confitentē resurrexionē & spirituales creaturas de q̄bus loquebatur supra: & ideo ex hoc erat quodammō dispositus ad audiēdū doctrinā eius. Nichodemus nomine. hoc exprimitur ad ostēdendū nomē eius & famam ipsius. princeps Iudeoꝝ. in hoc ostenditur dignitas eius. tunc. n. populus gubernabatur per doctores & sacerdotes. licet enim primos uocatos ad fidē uoluerit esse simplices: ut in pluribus ne doctrina fidei sapientie humane ascriberetur. ita etiā a principio uocauit aliquos litteratos: ne ipsa quasi contemptui haberetur q̄si a solis simplicibus recepta. Hic uenit ad Iesum nocte. non. n. audebat uenire in palam ne de Synagoga expelleretur sicut dicitur infra. vii. ca. de pentibus ceci nati q propter hoc non audebat X̄p̄m cōfiteri. Et dixit ei. Rabi scimus quia a deo uenisti magister id est certū est q doctrina tua est uera & a deo data & non humanitus conficta. & subdit causam dicens. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo. sicut enim certitudo ueritatis habetur in his que subiacent facultati naturalis rationis per reductionē ad prima principia: ita habetur in his que excedunt rationē p uera miracula que sunt sufficiens testimoniū q doctrina per talia cōfirmata ꝓcedit a ueritate p̄ma. Scimus. dixit ille Nichodemus & plus significauit: qa per talē cōfessionē ostendit se desyderare ab eo plenius informari. Respondit Iesus. Hic ponitur Christi responsio: qa uidebat Nichodemū humiliter & uere querere doctrinā X̄p̄i quantū ad secreta fidei: & ideo incepit a p̄mo sacramento. s. baptismo: q ē regeneratio spiritualis: & per cōsequens necessaria ad salutem & hoc q̄d dicitur. Respondit Iesus

dixit ei Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo. i. iterꝙ per regenerationē spiritualem. non potest uidere regnū dei. uisio. n. dei per essentiam sibi soli competit per naturam hominibus aūt competere non potest nisi per gratiā per quā trahuntur homines quoddammō ad naturam diuinā ut dicit̄. ii. Petri. i. magna & p̄ciosa p̄missa donauit ut per hoc efficiamini diuine nature consortes. hoc aūt non pōt esse p̄ gene/rationem carnalē que solum facit filios hominum: & ideo ad hoc requirit̄ regeneratio spiritualis per quā homines sint filii dei: & per consequens heredes uite celestis. Sed contra hoc uidet̄ ꝙ patres ueteris testamenti. saluati sunt qui tm̄ non fuerūt baptizati dicendū ꝙ tunc non erat in precepto: consecuti sunt tm̄ spiritualem uitam p̄ gratiam in fide Christi uenturi & sic habuerūt rem baptismi. habuerunt etiā ipsum in figura in aliquo correspondente per quod tollebat̄ peccatū originale. Dicit ad eū Nicho/demus. Hic conseqnenter docet Christus modum & qualitatem generatiōis spiritualis & diuidit̄ in duo. quia primo pōnit̄ Nicodemi obiectio. secundo Christi responsio ibi respondit Iesus. X p̄s enim dixerat necessariū esse ad salutē regenerari ideo ut modū generationis huius Nichodemus melius intelligat arguit contra predicta dupliciter: primo modo ex etate: quia ille qui nascitur est puer a senectute uero nō pōt aliquis redire ad pueritiam ergo regeneratio uidetur impossibilis & hoc est qd̄ dicit̄. dixit ad eum Nichodemus quomodo potest homo nasci cū sit senex? erat enim assuetus sensui litterali. & ideo arguit de generatione carnali. secundo arguit de quantitate nascētis que est p̄ua ut posset includi i utero matris: & ideo uidet̄ impossibile ꝙ ille renascat̄ qui iam est perfecte quantitatis. & hoc est qd̄ dicit̄. Nunqd potest in uentrē matris sue iterꝙ introire & nasci? q. d. quia quantitas non permittit. Respondit Iesus. Hic ponit̄ Christi responsio. & diuidit̄ in duo. quia primo eius responsio ponit̄. secundo ad hoc exemplū inducit̄ ibi spiritus ubi uult spirat. In p̄ma ergo parte dicit ꝙ illa rege/neratio de q̄ loquit̄ non est carnalis sed spiritualis & ideo non ualent argumenta que procedunt de generatione carnali. propter hoc modū generationis huius saluator ex/plicat contradicens. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. quasi. d. illa generatio de qua dixi sic est intelligenda inquantū aqua lauat exterius & spiritussanctus interius & talis locutio bene dicit̄ generatio: quia per hāc efficiunt̄ homines cōformes uerbo incarnato qui est filius dei naturalis inquantū in hac gene/ratione est aliquid sensibile correspondens carni. s. aq̄ & aliud inuisibile correspōdens uerbo. s. gratia. unde sequit̄. ꝙ natū est ex carne. i. secundū ueritatem carnalis gene/rationis. caro est. i. constituit̄ in uita carnali tm̄: & quod natum est ex spiritu. modo predicto spiritus est. ideo constituit̄ in uita spirituali. & ideo concludit̄. nō mireris. id est non debes admirari. quia dixi tibi oportet uos nasci denuo. id ē non loquor de generatione carnali de qua tu sic arguis. sed de spirituali. Spiritus ubi uult spirat. Hic saluator ad p̄dicta adducit sensibile signū secundū Cris. q hoc exponit de uento ma/teriali cuius principiū ignorat & similiter finis ubi terminat̄: & tm̄ sonus eius sensibiliter p̄cipit̄: sic est in generatione spirituali quia spiritussanctus qui est principium huius generationis & similiter beatitudo eterna que est eius finis a nobis non percipiuntur sed creduntur tm̄. aqua aūt exterior & forma uerboꝝ percipiuntur p̄ sensum. & hoc est quod dicitur. Spiritus ubi uult spirat. i. flat. Si autem arguatur contra hoc sicut arguit Aug. ꝙ uentus materialis non habet uoluntatē nec a se mouetur propter qd̄ dicit ꝙ hoc uerbū de spiritussancto intelligitur potest dici de sustinendo dictū Cris. ꝙ uoluntas aliqñ inscriptura accipitur pro inclinatione naturali & hoc mō accipitur & uocem eius audis. sensibiliter percipiendo. & nescis unde ueniat aut quo uadat. si

arguatur contra hoc ut arguit Aug. ꝙ omneſ cognoſcunt uentum uenire ab auſtro uel ab aquilone & ideo uadit in partē oppoſitā pōt dici ꝙ hoc uerū eſt tm̄ in generali ſed in qua parte terre determinate uerſus auſtrū incipiat taliſ uētuſ qui flat ab auſtro ubi terminet determinate omnino ignorat. Sic eſt omniſ qui natuſ eſt ex ſpiritu. qa ſicut dictū eſt in generatione eſt aliquid occultum & aliquid patenſ ad ſenſum ꝓpter argumenta p̄dicta: que tm̄ ſunt ſolubilia. ut uiſum eſt dicit Aug ꝙ predicta littera de ſpirituſancto intelligenda eſt qui ex prophetiſ & ſcripturiſ ſacriſ loquit. uox autem ꝓphetarū & ſcripturarū eoꝝ ſenſu ꝓcipit. Sed p̄ncipiū huiuſ ſcripture. ſ. ſpirituſſāctuſ & finiſ. ſ. beatitudo celeſtiſ nobiſ occultatur & ſola fide tenent & iſta expoſitio uidet rationabiliter qa Nichodemuſ erat ī ſcripturiſ ſanctiſ inſtructuſ & ideo magiſ uidet ꝙ ſaluator dederit exemplum de talibuſ q̄ de uento materiali & littera eſt plana. Spiritus ubi uult ſpirat. qm̄ non inſpirat hominеſ ex naturali neceſſitate: ſed ex mera liberalitate. & uocē eiuſ audiſ. in ſcripturiſ prophetarū que leguntur in Synagogiſ Iudeorū. & neſciſ unde ueniat aut quo uadat. quia principiū inſpirans et finiſ ultimuſ inſpirationiſ huiuſ ſibi occultatur ut dictū eſt. ſic eſt omniſ & exponitur ſicut ſupra. Reſpondit Nichodemuſ. Hic conſequenter ſaluator ponit cauſam efficatie que ē in ſpirituali generatiōe. & diuiditur in duo qa primo circa hoc ponitur Nichodemi interrogatio. ſecundo Chriſti reſponſio ibi. Reſpondit Ieſuſ. Circa primū ſciendum ꝙ conſuetudo quedā natura eſt ut dicit Phil. libro de memoria & reminiſcentia. & qa iſte Nichodemuſ erat aſſuetuſ legiſ Moſaice que promittit carnalia ideo nō poterat capere ſpiritualia. propter quod querit ulteriuſ circa predicta. d. Quomō poſſūt hec fieri. Reſpondit Ieſuſ. hic ponit Chriſti reſponſio & diuiditur in duo. qa primo reꝑhendit Nichodemi tarditatē: & ſcō oſtendit baptiſmi efficatiam ibi. & nemo aſcēdit Arguit aūt tarditatē Nichodemi ad ītelligendū & credēdū predicta ex tribuſ: p̄mo ex conditione audientiſ qui erat doctor & peritus in lege: & ꝑ conſequens debet talia cognoſcere: & hoc eſt qđ dicitur. Tu eſ magiſter in Iſrael & hec ignoraſ: Sed poſſet aliquiſ dicere ꝙ non erat mirū ꝙ talia ignorabat quia non pertinebant ad uetuſ teſtamentū. in quo erat inſtructuſ. dicendū ꝙ ī lege Moyſi figuratiue cōtinebatur baptiſmuſ ſecundū ꝙ Apoſtoluſ p̄ma Cor. iii. in Moiſe baptizati ſunt in nube & in mari quia inutroq; fuit baptiſmuſ figuratuſ: legiſ aūt doctoreſ debebant ſcire figuraſ eiuſ licet ad hoc non teneretur uulguſ. Item in prophetiſ quiſ frequenter legeret exp̄mit baptiſmuſ. Ezech. xxxvi. Effundā ſup uoſ aquā mundā & mundabimini ab omnibuſ inqnamentiſ ueſtriſ. Zach. xiii. in illa die erit fonſ patenſ domui Dauid & habitantibuſ Hieruſalē in ablutionē peccatoꝝ & menſtruate. Secūdo arguit tarditatē Nichodemi ex cōditione dicētiſ p̄dicta. quia Chriſtuſ ea certitudinaliter ſciebat ideo cito debebat acquirere: et maxime eiuſ doctrinā confeſſuſ fuerat a deo datam. & hoc eſt quod dicitur. Amē amē dico tibi. qa qđ ſcimuſ loquimur & qđ uidimuſ teſtamur. Chriſtuſ enim ſecundū diuinitatem habet eadē ſcientiā cum patre. In humana etiam natura cognoſcit omnia que cognoſcit deuſ notitia uiſioniſ ideo dicit. quod uidimuſ teſtamur & teſtimoniū noſtrū nō accipitiſ. quia pauci Iudeoꝝ cōparatiue crediderūt Chriſto. Iſte etiam Nichodemuſ erat ad capiendū tarduſ que docebat. Tertio modo arguit eum ex cōditione materie de qua erat ſermo que eſt faciliſ ad intelligendum reſpectu emanationiſ uerbi a patre & ſpirituſſancti ab utroq; & maxime qa in lege in qua ille fuit exercitatuſ per ablutioneſ aquarū amouebantur immunditie aque: & ideo de facili deberet capere q̄liter p ablutionē aque exteriuſ & uirtute diuina interiuſ fit ablutio anime: & hoc eſt quod dicitur. Si terrena dixi uobiſ & non creditiſ.

regeneratio ſpiritualiſ terrena pót dici ſquantú efficié in terra & ſub elemẽto ſenſibili ſcilicet aq̃ uel dicié terrena qa ad hoc induxerat exẽplú ſenſibile de uento flante in terra ſecundum expoſitionem Criſ. p̃dictam. Quomó ſi dixero uobiſ celeſtia crediti? Celeſtia hic uocat emanationem perſonaꝝ in diuinis que eſt ualde ardua & difficile intelligibilis. Et nemo aſcẽdit in celú. Reprehenſa eius tarditate ſaluator procedit ad reddendú cauſam efficatie que eſt in ſpirituali generatione & diuidié in duo. quia primo ponit ꝙ dictú eſt. ſecundo manifeſtat propoſitú ibi. Sic deus dilexit. Prima in duas. ſecundú duplicẽ cauſã quã aſſignat ſecũda ponié ibi. & ſicut Moyſes. Circa p̃mú ſciendú ꝙ principalis efficatie baptiſmalis eſt miniſterium incarnationis per quam dei filius uniuit ſibi humanam naturam in mundú deſcendendo. naturale eſt aũt ꝙ quelibet reſ ad locú ſue originis reuertat: ideo uerbú incarnatú ad patrem redire poteſt aſcendendo. & quia per generationem ſpiritualem homines efficiuné membra eius & ipſi uniuné: & per conſequens cum ipſo ad celeſtia trabuné uirtute uerbi incarnati: ſic ſoluta eſt queſtio Nicbodemi: qua querebat quomodo poſſunt hec fieri & hoc eſt qđ dicié. Nemo aſcendit in celú niſi cum deſcendit de celo. quia ſicut dictú eſt: homines non aſcendũt illuc niſi inquantú efficiuné membra uerbi incarnati: & quia uerbú nó deſcendit de celo per motú localẽ celú dimittendo: ſed carnẽ de nouo ſibi ſumendo & uiuendo & ad hoc denotandú ſubdié. filius hominis qui eſt in celo. ex hoc loco Valẽtinus accepit occaſionem errandi. d. ꝙ dei filius corpus celeſte accepit uel attulit: & p uirginẽ tranſiit nihil de ea ſummendo. hoc aũt patet erroneú & euangelio contrariú qa hoc mó Chriſtus non eſſet filius uirginis. Item Xp̃s non eſſet hó quia corpus celeſte non habet informari ab anima cũ ſit forma corporis phiſici organici qđ nó pót competere corpori celeſti. Et ſicut Moyſes. Hic ponié ſecunda cauſa efficacie baptiſmalis que eſt meritú paſſionis Chriſti quod i baptiſmo comparaé. & hoc tangié cũ dicié. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ i deſerto ita oportet exaltari filiú hominis ſupple in cruce. de hoc ſerpente habetur Numeri. xxi. & fuit figura paſſionis quia habuit ſimilitudinẽ ueneni inquantú ſerpẽs: fuit tñ ſine ueneno quia eneus. Sic Xp̃s habuit ſimilitudinem peccati ex carne paſſibili fuit tñ omnino ſine peccato: & ideo ſi aſpectus illius ſerpentis enei ſaluauit a corporali morte multomagis fides Xp̃i crucifixi ſaluat a morte ſpirituali & reſtituit hominẽ uite eterne: ideo ſequitur. ut omnis qui credit in ipſo non pereat ſed habeat uitam eternã. Notandú ꝙ Chriſti crucifixio dicié exaltatio: quia eis corpus fuit exaltatum in cruce ſicut uexillú in aere ad depellendum aereas tempeſtates ſecundum illud Hebre. xii. curramus ad propoſitú nobis certamen aſpicientes in autoritatem fidei Ieſum etc. & quia per paſſionem meruit exaltationem. ſecundú qđ dicié Philipp. ſecundo humiliauit ſemetipſum. ſ. obediens uſq; ad mortem: mortem aũt crucis propter qđ deus exaltauit illum. Sic enim deus. Hic conſequenter manifeſtat cauſam predictã & diuidit in duo. quia primo oſtendit propoſitú. ſecundo remouet dubiú ibi. non. n. miſit deus. ſuperius dixerat ꝙ efficacia baptiſmalis prouenit ex myſterio incarnationis: ideo declarat qualiter iſta ſcarnatio ſit facta dicẽs ꝙ nõ eſt facta ex merito nec ex neceſſitate: Sed ex gratuita datione dei ad nos: & hoc eſt qđ dicié. Sic enim deus dilexit mundú ut filiú ſuum unigenitum daret. qui eſt bonú infinitú. ex quo apparet maxima dei dilectio. quia diligere eſt uelle alicui bonum. Ipſe aũt uoluit nobis uoluntate efficaci bonum infinitú qa dedit uobis filiú ſuum. ut omnis qui credit in eum non pereat ſed habeat uitam eternã. ex hoc errauerunt aliqui heretici dicentes ꝙ credentes non damnabuné etiã ſi moriantur in peccato mortali: & confirmant dictum ſuum: per uerba Apoſtoli prima Cor. iii.

fundamentū aliud nemo pōt ponere etc.sequit.si cuius opus arserit detrimentū pacietʒ ipse aūt saluus erit: sic tamen q̄si per ignem. per fundamentū aūt illud intelligitur fides: & ideo si supra hoc fundamentū ponant opera combustione digna ꝓpter talia homo puniretʒ ad tempus tñ finaliter saluabitʒ. & hoc est heresis & erroneū & improbatʒ per dictū Apostoli ad Gal. v. manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio: immunditia: impudicitia etc. q talia agunt regnū dei non cōsequentʒ. & in Apocalip. ex quo patet q̄ non solum damnabuntʒ aliqui propter infidelitatē: sed etiam propter alia peccata mortalia. & ideo dicendū q̄ saluator non accepit hic fidem tñ ꝑ habitu fidei informis sed fidei formate per caritatē: & certum est q̄ talis saluabitur. & ad hoc denotandū dicit. ut omnis qui credit in eum. s. tendēdo in eū per caritatem. nō ꝑeat etc. Ad dictū Apostoli ꝓallegatum in contrariū dicendum q̄ loquitʒ de peccatis venialibus quod exponunt doctores & ego tunc plenius dicam si contingat me super illū locum scribere. ꝑ peccatis aut venialibus fideles tēporaliter puniuntʒ igne purgatorii tñ finaliter saluantʒ. Non enim misit deus. Hic remouet quoddā dubiū: & diuiditur in duo. quia primo facit quod dictum est. secundo declarat quoddā dictū ibidem ibi. hoc aūt est iudicium. Circa primū sciendum q̄ alique scripture loquendo de secundo aduentu Christi in mundū dicunt ipsum uenire ad iudicandū & ideo ne aliqui credāt q̄ hoc debeat fieri in primo eius aduentu hoc remouet dicens. non enī misit deus filiū suū in mundū ut iudicet mundū. s. q̄ in primo suo aduentu. tunc enim non uenit iudicare sed magis iudicari ꝑ mundi salute. ideo sequitur. sed ut saluetur mundus ꝑ ipsum probat consequenter dictū suum quia in primo aduentu Christi aliqui credebant ei & aliqui non credebant ei & est diuisio ꝑ immediata cum inter contradictoria non sit mediū. sed non uenit ad iudicandū non credentes nec credentes ut stati patebit: & hoc est hoc dicitur. Qui credit in eum non iudicatʒ. i. non habet causam ut damnetur. qui autē non credit iam iudicatus est. i. habet in se causam manifestam sue damnationis. sicut ille dicitur mortuus qui habet causam manifestā mortis. & hoc ē q̄d subditur qa nō credidit in nomine unigeniti filii dei. qui uenit ꝑ salute mūdi uerūtñ causa huius dampnationis dabitur executioni in secundo aduentu Christi. Hoc est iudicium. hic declarat suū dictū. uidelicet q̄ nō credentes in filiū dei tā habēt in se causā manifestā sue dampnationis: quia sunt extra gratiam saluatoris sine qua nullus unquam potuit saluari. & hoc est q̄d dicitur. Hoc est aūt iudicium. i. causa dānationis. quia lux. id ē Christus qui est lux uera ut dictū est. i. ca. uenit in mundū. carnem assumendo & in ea apparens salutē humani generis operando. Et dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. tenebras infidelitatis preeligendo: & subdit causam. erant enim opera eorum mala. Ad cuius intellectum sciendum q̄ legisperiti aliquā noticiam de Xp̄o habuerūt cognoscentes ipsum uere Christum: ut plenius sup Mat. xxi. ca. dictum est. Similiter illud dixerunt agricole hic est heres. uerūtñ quia arguebat eos q̄ uitia moti sunt cōtra eum inuidia. excecante illā cognitionē quā de eo habebant: quia passio fortis cōuertit iudiciū rationis sicut patet in continenti. quia presentē passionē iudicat esse fornicandā tñ extra passionē positus iudicat contrariū ut habetur. vii. Ethicoꝝ sicut iudei odio & inuidia moti persecuti sunt Christū. & ponit ad hoc saluator exemplum. d. omnis. n. qui male agit odit lucem. sicut patet de adultero & fure & de similibus. Et nō uenit ad lucem. i. non facit sua maleficia in palam. & nō arguantur opera eius. i. puniātur per iusticiam secularē. qui aūt facit ueritatē. i. opera conformia uoluntati diuine: que est idē q̄d ueritas prima. uenit ad lucem. i. palam uel ad Christum: qui est lux uera. ut manifestentʒ opera eius. non ad laudem propriam sed ad dei gloriam & ad proximi

edificationem quia in deo sunt facta. i. uirtute dei sine cuius uirtute opus meritorū fieri non pōt. Post hec uenit. Hic consequenter ponitur distinctio inter baptismum Christi & Io. & diuidit in tres qa primo uterq; baptismus describit. secundo ex hoc questio orit ibi. facta est questio. tertio soluit ibi. tunc respondit Io. Prima in duo. quia primo ponitur baptismus Christi. secundo ponitur baptismus Io. ibi. erat aūt & Io. In p̄ma parte dicit sic. Post hec uenit Iesus & discipuli eius. ex predictis patet q̄ Christus loquebat cū Nichodemo in Hierusalē que est metropolis in iudea. quomō ergo dicit hic immediate post locutionē Christi cū Nichodemo. Post hoc uenit. Iesus in iudeam. qui erat ibi ut uidetur. Ad hoc respondet Beda q̄ licet post hoc nō intelligitur immediate respectu precedentiū: sed in processu temporis. quia post instructionem Nichodemi uenit in Galyleam & iterq; reuersus est in Iudeā. Aliter etiā pōt dici ut immediate coniungat littere precedenti. Post hec uenit in Iudeā terram. q.d. post ĩstructionem Nichodemi in Hierusalē uenit ad alia loca Iudee: quia nō solum decebat docere in ciuitate Metropoli sed etiam in alias. & ad hoc denotandū dicitur. in Iudeam terram. tunc enim de Hierusalē uenit uersus Iordanē ubi congregabant̄ homines ad baptismū: & sic ĩciperet baptizare: secundū quod Io. de eo predixerat ut supra dictum est. ideo subdit̄. Et illic demorabat̄ cū illis & baptizabat. Sed cōtrariū uidet̄ ĩfra ca. iii. ubi dicit̄. q̄ Iesus nō baptizabat sed tm̄ discipuli eius. dicendū q̄ ipse p̄mo baptizauit discipulos suos ut hic dicit̄. postea soli discipuli baptizabāt Xp̄o circo altiora docendo occupato & sic non est cōtradictio de hoc tm̄ baptizare plenius dicet̄ infra in fine huius ca. Erat aūt Io. Hic cōsequenter ponit̄ baptismū Iohānis dicēs. Erat aūt Io. baptizans in Ennon iuxta Salim. quod est opidū iuxta Iordanem & dicunt aliqui q̄ alio nomine notat̄ Salem & est locus ubi regnauit Melchisedech ut habet̄ Geñ. xiiii. Sed hoc ē falsum: quia Salem ubi regnauit Melchisedech ut dicit Isidorus libro. xii. Et ibi. i. dicta est Salē. i. pacifica ex cōditione Regis q regnauit in pace: postea dicta est Hierusalē a tempore quo Abraham ibi uoluit offerre Isaac filiū suū: quia locum illum appellauit dn̄s uidet: ut habet̄ Geñ. xxii. & ideo Hierusalē interpretat̄ uisio pacis: quia tunc interpretatione addita est uisio. subditur aūt causa quare Io. baptizabat iuxta Salē cum dicit̄. quia aque multe erant illic & interp̄tatio eius qđ dicit̄ Enno. Ennos enim Hebraice dicit̄ aq̄. Et ueniebant homines & baptizabant̄. Sed uidetur q̄ baptismus Io. statim debuit cessare baptizante Christo cum ad ip̄m manifestandū ordinaretur ut supra dictū est: dicendū q̄ non statī cessauit ne crederetur totaliter reprobandus. Sicut baptismata quibus Pharisei utebantur dicit̄ Mat. vi. ca. Item qa sicut āte baptismū Christi Io. baptizabat in noīe Christi uenturi sic post baptismū Christi illos quos baptizabat ad Christū mittebat ad plenius ĩstruendos & confirmabat suum testimoniū de Christo. seqtur. nō dū enim Io. fuit missus in carcerē. hoc additur ad ostendendū q̄ texit historiā q̄ alii euangeliste dimiserant incipientes describitur facta Christi post incarcerationē Iohannis. Facta est ergo. hic ex predictis mouet̄ questio: quia discipuli Io. zelantes pro magistro suo uoluerāt preferre baptismū suum baptismo Christi: & hoc est quod dicitur. facta est ergo questio a discipulis Iohannis. indiscrete pro magistro suo zelantibus: cū Iudeis. id ē cum discipulis & alius ad baptismū Christi uenientibus. de purificatione. i. de baptismo. qa isti dicebāt baptismum Christi meliorem: quia Xp̄s istos quos baptizabat nō mittebat ad Iohannem. Et uenerunt ad Iohannē. moti zelo indiscreto. & dixerunt ei. & proposuerunt quattuor in quibus Iohannes posset prouocari ad inuidiam Christi. p̄mū est precedentis excellentia Io. respectu Iesu Christi. quod nocatur cum dicitur Rabi

qui erat recũ trãſ Iordanem? quaſi diſcipuluſ cum magiſtro. Secundũ eſt beneficium Iobánis Xp̃o impenſum. cũ ſubdit̃. cui teſtimoniũ ꝓbibuiſti? q. d. per te eſt in auctoritate. Tertiũ eſt uſurpatio officii alieni qui ſubditur. ecce hic baptizat. q. d. tuum officiũ uſurpat. Quartũ eſt minoratio Io. cum ſubdit̃. Et omneſ currunt ad eũ. q. d. de te non curat̃. Reſpondit Io. Hic ponitur queſtionis ſolutio: & quia diſcipuli Io. notabãt Xp̃m de hoc ꝙ officiũ Io. ſibi uſurparet & de hoc ꝙ fama Io. per hoc decreſceret: ideo Io. de ſua ſolutione ſic ꝓcedit. & ꝓmo oſtendit primũ eſſe falſũ. ſecũdo oſtendit ſecundũ eſſe uſtũ ibi. illum oportet creſcere. primũ oſtendit ꝓ hoc ꝙ Iohã. non baptizabat niſi ſicut preco Chriſti. & ideo Xp̃ſ baptizanſ non uſurpabat officiũ Io. ſed magis exercebat officiũ a Iobãne p̃conizatũ: & hoc eſt qđ dicit̃ hic. Reſpõdit Iohanneſ & dixit nõ poteſt homo quicq̃ accipere niſi fuerit ei datũ de celo. quia omnis poteſtas a deo eſt & ideo ſecundum diſtinctionẽ collationis diuine diſtinguunt̃ officia. Io. aũt non accepit poteſtatẽ a deo. baptizandi niſi ad denuntiandũ Chriſtum & preparando hominеſ ad ſuũ aduentũ: & hoc eſt qđ dicit̃. uoſipſi mihi teſtimonium perhibetis. i. perhibere debetis. qa a me audiſtis ꝙ dixerim non ſum ego Chriſtus ſed qa miſſus ſum ante illũ. ꝓpter qđ baptizando non uſurpabat officiũ alienum. quod probat̃ cum ſubdit̃. qui habet ſponſam ſponſus eſt. i. habet officiũ ſponſi. qđ ẽ generare filios. & ideo officium Xp̃i eſt baptizare per hoc regenerant̃ filii de ſponſa Chriſti que eſt eccleſia. amicus autem ſponſi q ſtat & audit eũ gaudio gaudet propter uocem ſponſi. i. debet cõgaudere ſponſe de filiis generatis. ſi enim officiũ generandi ex ſponſa Chriſti acciperet non eſt amicus ſponſi ſed inimicus & adulter eſſet. q. d. ideo de hoc ꝙ Xp̃ſ baptizat non debeo dolere ſed magis gaudere cũ ſim eius p̃co & amicus propter hoc ſubdit̃: hoc gaudiũ totum impletũ eſt. Et notandũ ꝙ Io. uocat ſe Chriſti amicũ ſupra aũt uocauit ſe eius ſeruum & indignum. d. cuius non ſum dignus ut ſoluam eius corrigiam calciamenti. cuius cauſa quia uolebat diſcipulos ſuos reprimere uolenteſ ipſum ad inuidiam mouere contra Chriſtũ ut patet ex p̃dictis. ideo uoluit hoc loqui magis caritatiue. Illũ oportet. Hic oſtendit ſecundũ eſſe iuſtum. ſ. famam ſuã minui & creſcere famã Chriſti: & diuidit̃ in duo. quia primo oſtendit propoſitũ. ſecundo concludit principale intentũ ibi. qui credit in filiũ. Primũ ꝓbat q̃ttuor rationibus. ꝑma ſumit̃ ex altitudinis Chriſti origine cuius origo ſurſum eſt & quantũ ad diuinitatem ſicut patuit primo ca. & quantũ ad humanitatem: qa corpus Chriſti formatum eſt uirtute ſpiritusſancti: & hoc eſt qđ ſubdit̃. Illũ oportet creſcere. in claritate fame & autoritate apud hominеſ qa in ipſo non augẽt̃. me aũt minui. ſicut lucifer minuit̃ in claritate quantũ ad apparentiam oriente ſole & autoritas p̃conis ad ueniente iudice: & huius ratio ſubdit̃. Qui deſurſũ uenit originatus eſt & quãtũ ad diuinitatẽ & q̃ntũ ad humanitatem mõ predicto ſuper omneſ eſt. i. autoritate & dignitate debet excellere omnẽ creaturam. qa quanto origo alicuius altior: tanto debetur ei maior honor Secunda ratio huius accipitur ex certitudine doctrine. Xp̃us enim in natura diuina habet eandem ſcientiam cum patre: in humana natura cognoſcit omnia que deus cognoſcit noticia uiſionis: ideo poteſt certitudinaliter docere & altiſſima: ideo debetur ei excellentia maxima & hoc eſt quod dicitur. qui de terra ẽ. i. omnis homo ꝓter Xp̃m cuius corpus formatur uirtute ſeminis exiſtentis de terra ad modũ ſicut & alia mixta: ut patet Geñ. ii. de terra ẽ. i. per hoc cõſtituitur ı̃ uita terrena. & p cõſequẽs non põt loq niſi de terrenis quantũ ex ſe. ideo ſeqtur. de terra loquitur. hic enim Io. & alii ſancti locuti ſunt de celeſtibus. hoc erat inquantum a deo erant illuminati. Sed aliter ẽ de homine Chriſto ratione p̃dicta. ideo ſubdit. qui de celo uenit. quantum ad

originem. ſuper omneſ ẽ. quantū ad doctrinam quia pōt loqui celeſtia & diuina que certitudinaliter cognoſcit & in quantū deuſ & inquantū hō: ideo ſubdit. Et qđ uidit & audiuit. licet non habeat eandē ſcientiam cum patre inquantū deuſ tñ habet eam a patre ſicut & eſſentiā & ſignificat̄ p̄ audire. inquantū aūt hō habet aliam ſcientiam a deo infuſam & ſic inquantum hō & inquantum deuſ a patre audiuit. hoc teſtatur. docendo. & patet certitudo teſtimonii per uiſum & auditū. & teſtimoniū eiuſ nemo accipit. i. pauci cōparatiue. ſicut cōmuniter dicit̄. Nemo eſt in foro. i. pauci de Iudeis crediderunt in aduentū Chriſti. qui accipit eiuſ teſtimoniū credendo. ſignauit. id eſt monſtrauit. quia deuſ uerax eſt. ad implendū de filio iam miſſo ſicut ante mittendum promiſerat per Prophetaſ & excludit excellentiam doctrine ex predictiſ. d. Quē. n. miſit deuſ uerba dei loquit̄. p̄pria uirtute. alii aūt non poſſunt hoc facere niſi uirtute ipſius. Tertia ratio excipitur ex plenitudine gratie: ſicut enim anima a capite corpali uel naturali ſunt omneſ ſenſuſ in aliſ aūt membriſ ſunt p̄ticulatim: ſic in capite noſtro eſt omniſ plenitudo gratie. in aliſ aūt diuiſim: & ideo excellentia honoriſ & dignitatiſ Chriſto debet̄ pre aliſ & hoc eſt quod dicit̄ non. n. ad menſurā dat deuſ ſpiritū. id eſt gratiā homini Xp̄o non quia habet gratiā ſc̄m omnē eiuſ rationē & effectum: ſicut ſi habet̄ albedo ſc̄m omnē gradū poſſibilē ipſius diceret̄ haberi ſine mēſura. Alio mō etiā dicit̄ ex reſpectu ad capacitatē anime. ſi enī aliquiſ ueniēſ ad fluuium ut hauriat aquā q̄ntum pōt uaſ capere dicit̄ accipere ſine menſura: licet uaſ ſit determinatū mē/ſure: Sicut in propoſito qa tota capacitaſ anime Chriſti fuit ꝑpleta gratia: ideo dicit̄ eam accepiſſe ſine menſura. Quarta ratio ſumit̄ ex Chriſti filiatione: quia eſt filiuſ dei naturaliſ & unigenituſ. Alii aūt quantūcunq; ſancti & angeli ſancti nō ſunt niſi filii adoptiui. & ideo ſibi debet̄ reuerentia & excellentia honoriſ & hoc eſt qđ dicit̄. pater diligit filiū & omnia dedit in manu eiuſ. qa inquantū deuſ habet eandē potentiā cum patre & eandē eſſentiā: & hoc modo accipiendo li. diligit non tenet̄ cauſaliter. quia filiuſ non procedit uoluntarie ſed naturaliter. ſed tenet̄ concomitatiue & per modum ſigni: qa dilectio cōcomitat̄ productiōe filii. Similiter inquantū hō omnia tradita ſūt in manu eiuſ ut habet̄ Mat. ultimo. data eſt mihi omniſ poteſtaſ in celo & in tera etc. & hoc mō capiendo li diligit tenetur cauſaliter. quia dilectio diuina eſt radix & ratio omniſ alteriuſ doni & ſic ē cauſa omniū donoꝝ: que facta ſunt in humanitate Xp̄i Qui credit. Hic concludit principale intentū: quia intentio Iohanniſ baptiſte illa di/centiſ erat inducere diſcipuloſ ſuoſ ad credendū ipſi Chriſto cuiuſ erat precurſor & nunciuſ & hoc eſt qđ dicit̄. qui credit in filiū. habet uitā eternam. quia habet gratiā que uirtualiter cōtinet beatitudinē ſicut ſemen arboriſ ipſam arborē & loquit̄ de fide formata caritate. Qui aūt incrediluſ eſt filio non uidebit uitā eternā. q̄ntū ad penā damni que eſt carētia uiſionis diuine. Sed ira dei manet ſuper eū. ſ. damnatum quam nullo mō poteſt euadere. Ad maiorē euidētiā eiuſ qđ dictū eſt q̄ Chriſtuſ non bapti/zabat ſed diſcipuli eiuſ: queratur q̄le fuit baptiſma & arguitur q̄ non fuit baptiſmuſ Chriſti quia baptiſmuſ Xp̄i habet efficatiam a paſſione eiuſ ergo illa non preceſſit quia effectuſ non pōt precedere cauſam ſuam Xp̄ſ aūt nondū paſſuſ fuerat etc. Itē ſi fuiſſent aliqui baptizati baptiſmo Xp̄i ante eiuſ aſcenſionē in celū euolaſſent: & hoc maxime uidetur eſſe uer̄ de Apoſtoliſ & Chriſti diſcipuliſ. hoc autē non eſt uerum qa Xp̄ſ uolenſ ad patrē aſcendere dixit eiſ Io. baptizauit aq̄ uoſ aūt baptizamini ſpiri/tuſſancto. ut dicitur actuū. i. baptiſmuſ aūt Chriſti ē in ſpiritu ſancto ut patet ex predictiſ. i. ca. etc. Contrariū uidetur p̄ dictū Aug. ſuper locū iſtū qui dicit q̄ Iohā. baptizabat ut ſeruuſ: Xp̄ſ aūt ut dn̄ſ. hoc ē autē baptizare baptiſmo ſuo ergo etc.

Reſpõſio in hac queſtione & in cõſimilibuſ que ſunt de illiſ que nõ poſſunt ſufficere de ratione inueſtigationũ: nec eoꝝ ueritaſ habetᷣ p expreſſam ſcripturã tenendũ ẽ illud ꝙ magiſ conſonũ rationi & ſcripture: & ideo ſcd̃m hunc modum in hac ratione eſt ſic p̃cedendũ qa non ẽ expreſſũ p ſcripturã q̃le fuerit illud baptiſma. Sciendũ igitur ꝙ Criſ. dicit ꝙ illud fuit baptiſma Io. tm̃ qa ſecundũ ip̃m baptiſmuſ Xp̃i nondũ erat inſtitutuſ cuiuſ ratio eſt: qa in baptiſmo Chriſti datᷣ ſpirituſſanctuſ q nõ eſt datuſ ãte Chriſti reſurrectionẽ ſcd̃m qd̃ dicitᷣ infra. vii. ca. Non dũ erat ſpirituſ datuſ: qa nõ dũ erat Ieſuſ glorificatuſ & ideo dicit ꝙ Apoſtoli ante paſſionẽ baptizabant tantum baptiſmo Io. de Xp̃o aũt dicit ꝙ ipſe non baptizabat. neꝯ dicitᷣ ſequenti ca. Sed pro tanto dicitᷣ baptizaſſe in hoc ca. qa actio ſuorum diſcipuloꝝ ei attribuitᷣ ſicut factum attribuitᷣ dño. Sed illa nõ uidentᷣ cõſona ſcripture: qd̃. n. dicit poſt baptiſma Chriſti non eſſe inſtitutũ ante reſurrectionẽ nõ uidetᷣ ueꝝ qa ſacramenta Chriſti que ex ſui inſtitutione gratiã cõferebant & ideo tunc uidetᷣ baptiſmuſ Xp̃i inſtitutuſ qñ data eſt uirtuſ p̃ducendi iſtũ effectum: hoc aũt fuit qñ Xp̃ſ a Iohanne baptizatuſ tactu carniſ ſue uirtutẽ regenerandi contulit aquiſ & hoc tenetᷣ a doctoribuſ: licet neceſſitaſ utendi hoc ſacremento fuerit ĩducta poſt paſſionẽ qa in paſſione Chriſti termi/nata ſunt figuralia ſacramenta: & hoc etiã dicit Aug. in quodã ſermone Epiphanie ex quo Chriſtuſ in aqſ mergitᷣ ex eo omni peccata abluit aq̃. ablutio autẽ auferenſ peccata non eſt aliud q̃ Chriſti baptiſmuſ ergo etc. Itẽ quod dicit ſecundo Apoſtoluſ baptizare baptiſmo Io. non uidetᷣ ueꝝ: qa ibidẽ dicitᷣ ꝙ diſcipuli Io. mouerũt uirgã & queſtionẽ de baptiſmo Chriſti & ſuoꝝ diſcipuloꝝ: qd̃ non eſſet ſi Chriſtuſ & eiuſ diſcipuli baptiſaſſent baptiſmo Io. qa nõ cederet ad Io. detrimentũ ut eiuſ diſcipuli inſinuabant. ſed magiſ ad honoriſ augmentũ. preterea ſi fuiſſet tm̃ unũ baptiſma Io. & Apoſtoloꝝ queſtio illa de diuerſis baptiſmatibuſ non haberet locũ. Quod aũt dicit tertio Xp̃m in p̃pria p̃ſona non baptizaſſe ſed tantũ per diſcipuloſ ſuoſ nõ uidetur ueꝝ: qa ut dicitᷣ Actuũ. i. cepit Ieſuſ facere & docere: & ideo nõ eſt ueriſimile: quin p̃mo baptizauit p ſemetip̃m & confirmatᷣ p hoc ꝙ Chriſtuſ alia ſacramenta p ſemetip̃m primo exercuit & inſtituit ſicut patet de eucariſtia ꝙ primo ipſe corpuſ ſuũ conſecrauit & formã Apoſtoliſ tradidit: Similiter ſacramentũ confirmationiſ per manuſ impoſitionẽ exhibuit p ſemetip̃m & ideo nõ eſt ueriſimile quin ſacramentũ baptiſmi p ſemetip̃m exercuerit cũ ſit p̃mũ ſacramentũ: & ideo dicendũ ſcd̃m aug. ꝙ Chriſtuſ baptizauit ſuoſ diſcipuloſ baptiſmo ſuo. ſ. aqua & ſpirituſancto: ut dicitᷣ in hoc ca. ꝙ ipſe baptizabat poſtmodũ tm̃ officiũ baptizãdi eodẽ baptiſmate reliqt diſcipuliſ itẽ/tuſ doctrine & p̃dicationi ſicut & Apoſtoluſ Pauluſ paucoſ p ſe baptizauit ut poſſet p̃dicationibuſ fideliũ plenius intendere ut habetᷣ infra Cor. i. qa ibidẽ ſubdit non. n. miſit me Xp̃ſ baptizare. ſ. p̃ncipaliter ſed euãgelizare: & hoc ẽ qd̃ dicit Aug. in epiſtola ad Tbelentianũ. credibile eſt Apoſtoloſ eſſe baptizatoſ baptiſmo Chriſti nec. n. myſterio baptizandi defuit: ut haberet baptizatoſ ſeruoſ p quoſ ceteroſ baptizaret: qui non defuit humilitatiſ myſterio qñ eiſ pedeſ lauit. Autoritaſ aũt illa que habetur Io. vii. nondũ erat ſpirituſ datuſ. Itelligendum eſt de datione ſpirituſſancti in ſigno uiſibili & hoc mõ non dabatᷣ in baptiſmo Chriſti ante eiuſ aſcenſionẽ: dabatᷣ tm̃ inuiſibiliſ gratia ſpirituſſancti ſicut & mõ. Ad primũ dicendũ ꝙ baptiſmuſ habet efficatiã a paſſione Xp̃i ratione ſuppoſiti diuini a quo & ipſa paſſio uirtutẽ habebat. eadẽ aũt erat p̃ſona ante paſſionẽ & poſt & p conſequenſ eadẽ cauſa efficatie fuit in baptiſmo Chriſti ab inſtitutione ipſiuſ qñ ex tactu carniſ data eſt aquiſ uirtuſ regenerãdi. Ad ſecundũ patet ex dictiſ ꝙ Apoſtoli ante paſſionẽ fuerunt baptizati baptiſmo Xp̃i

quod aũt dictũ est eis postea. uos autem baptizabimini spiritusancto non intelligitur baptismo sacramentali. Sed de infusione spiritussancti in signo uisibili que dicit̃ baptismus similitudinarie. quia in baptismo quod est sacramentum datur gratia inuisibilis spiritussancti sub ablutione aque uisibilis. .IIII.

ET ergo cognouit Iesus. Post̃q̃ euangelista declarauit de effectu gratie quo ad Iudeos. Hic determinat de deriuatione ipsius quo ad gentiles. qa doctrina Xp̃i dupliciter determinata est ad credentes. s. per doctrinam & miracula ut habet̃ Mat. ultimo. sermon̄ confirmante sequentibus signis. ideo primo agit̃ de deriuatione ipsius per doctrinã. secundo p̄ miracula ibi. post duos dies. prima diuidit̃ in tres. quia primo ponit̃ doctrine Christi oportunitas. secundo ipsius q̃litas ibi. uenit mulier. tertio conse/quẽs utilitas. i. reliquit ergo Iudeã. Primũ ostendit̃ ex tribus. qa primo ostendit̃ ex Christi recessu. sc̃do ex eius transitu ibi. Erat aũt. tertio ex eius accessũ ibi. Venit ergo. Circa primũ sciendũ q̄ Xp̃o baptizante primo & discipulis eius cõsequenter ut patet ex dictis Pharisei cõmoti sunt inuidia cõtra eũ: & ideo uol'ẽs dare patiẽtie locũ seu exemplũ inde recessit ut sic occasionẽ docendi gentiles haberet. & hoc est qd̃ dicit̃ ut ergo cognouit Iesus qa audierũt Pharisei: q̄ Iesus plures discipulos facit quã Io. Pharisei enim ex inuidia p̄secuti sunt Io. & p̄curauerũt eũ mitti in carcerẽ. p̄pter qd̃ dicit̃ Mat. xvii. de Io. Helias iam uenit & fecerunt in eũ quecũq; uoluerũt. & eodẽ mõ Xp̃m p̄sequabant̃ & eius mortẽ tandẽ p̄curauerũt. quãq̃ Iesus non baptizaret tunc. licet p̄mo baptizasset ut dictũ est. Sed discipuli eius. in hoc. n. Xp̃s dedit exẽplũ p̄latis ecclesie cõmittendi ea que possũt cõmode p̄ in feriores fieri ut ipsi liberius possũt in altioribus exerceri. reliquit iudeã. qa persequebant̃ eius doctrinã: eodẽ mõ dicitur de Apostolis. Actuũ. xiii. relinquẽtibus Iudeã p̄pter eor̄ incredulitatẽ. uobis oportebat primũ loq uerbũ dei: sed qa repu. & indig. etc. Oportebat. Hic consequenter ostẽ/ditur conuenientia doctrine Christi apud gentiles ex suo transitu: qa i regno q̃ttuor Tribuũ habitabant gentiles qui translati fuerãt in Regẽ Assyrior̄ illuc captiuitatis Iude quattuor Tribus sicut habet̃. iiii. Regũ. xvii. conueniebant tñ cũ iudeis aliq̃/liter: qa cũ primo translati fuissent in terram quattuor Tribuũ dñs immisit leones eos deuorantes & ideo Rex Assyrior̄ habito consilio misit unũ de sacerdotibus captiuis q̄ doceret eos colere dñm. Veruntñ cũ hoc colebant Idola ut ibidẽ dicit̃. nec recipiebãt omnes libros ueteris testamenti sed tm̄ duos libros Moysi & sic partim erant gentiles & partim erant Iudei. Xp̃s aũt uenies de Galylea in Iudeã oportebat eũ transire per eorum regionẽ & sic habuit occasionẽ docendi eos. & hoc tangit̃ hic. oportebat eum transire per Samariã. tota. n. regio dicebat̃ Samaria a nomine ciuitatis Metropolis que antiquitus Samaria dicebat̃. quãuis. n. tunc esset destructa tñ nomen ad huc re/manserat in terra. Venit ergo. Hic tertio tangit̃ oportunitas docẽdi ex accessu: qa accessit ad locũ delectabilẽ & q̄tũ & doctrine aptũ: tum p̄pter amenitatẽ loci: tum propter fõtis ibidẽ existẽtis proprietatẽ: que significat doctrinã Xp̃i & gratiã sc̃m qd̃ dicit̃ Esaie. xii. hauritis aq̃s i gaudeo de fõtibus saluatoris etc. & hoc ẽ qd̃ dicit̃. Venit in ciuitatẽ Samarie que dicit̃ Sichar. antiqtus dicebant Sichẽ ut habet̃ Geñ. xxiii. iuxta p̄dictũ quod dedit Ioseph filio suo. Iacob enim uenies de Mesopotamia emit agr̄ ab. Emor principe ciuitatis Sichen ibi ad tempus habitauit iuxta urbem ut ibidem dicit̃. Sed propter raptũ Diue filie sue occisi sunt habitatores illius ciuitatis a filiis Iacob & sic cessit in possessionẽ eius & illũ locũ dedit Iacob morien̄ Ioseph filio suo ut habet̃ Geñ. xlviii. Erat aũt ibi fons Iacob. i. puteus quã ipse fo derat quando habitabat ibi. Iesus aũt fatigatus ex itinere. in quo apparet ueritas humane nature

ex infirmitate. sedebat sic sup fontē. ꝓpter aptitudinē loci ad quiescendū & docendū hora aūt erat quasi sexta. hoc idē dicit ad ostendendū causā fatigatiōis qa ꝑ magnū tempus ambulauerat & ꝑdicando. uenit mulier: posita docendi oportunitate. hic cōsequenter ponit ēlitas doctrine: & diuidit in duo: qa primo ponit in docendo cōueniēs ingressus. scdo debitus processus ibi. Respōdit Iesus. cōueniētia ingressus fuit ꝑ hoc q̄ Xp̄s a muliere petit potū corpalē uolēs sibi reddere spiritualē: qa modus īstructiōis humane est q̄ a sensibilibus ad intellectualia deducat & hoc est qđ subdit. uenit mulier de Samaria haurire aquā. Samaria nō est hic nomē ciuitatis sed gētis uel regiōis quia illa mulier erat de ciuitate Sichen que tunc erat Metropolis Samaritanoꝝ ut dicit Iosephus. xi. antiquitatū. Samaria. n. destructa erat & reedificata tñ nomine eius mutato qa tunc Cebase dicebat ut habet. xi. lib. antiquitatum. Dixit ei Iesus da mihi bibere. causa aūt q̄re petit a muliere potū subdit. Discipuli aūt eius abierunt i ciuitatē. & ideo non erant presentes ad dandū sibi potū. ut cibos emerēt. qa sup fontē comedere uolebant sicut pauperes nec ad magna hospicia in uilla declinabant. Dixit ei mulier illa Samaritana quomō tu cū Iudeus sis. cognouit. n. ꝑ habitū quē ꝓtabat ipsum esse Iudeū: quia sic erant distincti ab aliis in cultu dei & in corporali circuncisione: ita etiā in ueste. propter hoc Numeri. xii. dicit q̄ habebat fimbrias ꝑ angulos pallioꝝ. bibere a me poscis que mulier sum Samaritana. de hoc etiam mirabat: cuius causa subdit. non enim coutuntur Iudei Samaritanis. licet enim Iudeis p̄ceptum sit ne fedus iungerēt & amicicias cū aliis nationibus tñ spetialiter abhominabant Samaritanos tū qa terram eoꝝ ꝑ parte occupauerāt. tū quia multas molestias fecerant in reedificatione templi ciuitatis ut patet. i. Esdre. Respondit Iesus. Hic ponit consequenter debitus processus in docendo. qa primo docet Xp̄s uerbis. secundo signis ibi. dicit ei Iesus uade. prima in duo. qa primo proponit intentū. secundo remouet mulieris falsum intellectū ibi. Respondit Iesus. habita ergo occasione loquendi de aqua spirituali ex uerbis mulieris. Respondit Iesus & dixit ei. si scires donū dei. i. gratiam spiritussancti in quo dono alia donant. Et qs est qui dicit da mihi bibere. q̄ potens esset & paratus gratiam spiritussancti dare omnibus petentibus fideliter & deuote. tu forsan. hoc dicit propter liberi arbitrii uertibilitatē. petisses ab eo. qa gratia nō dat adultis de cōmuni lege sine motu proprio in deum. Et dedisset tibi aquā uiuā. s. spiritussancti gratiam qa effectū cōcupiscētie refrigerat & ꝑ deuotionē humectat. dicit ergo aqua uiua ad similitudinem aque in corporibus ubi dicunt aque uiue que cōtinuant a principio sine statu originis. aque aūt mortue dicunt ille que collecte sunt in lacubus & cisternis. gratia aūt spiritussancti cū ipso contiguat: quia gratia nō est in anima nisi spiritussanctus spetiali mō habitet in ipsa: & quia mulier erat asueta corporalibus intellexit uerbū Xp̄i de aqua corporali: ideo sequit. dixit ei mulier dñe neqn quo haureas habes: & puteus altus est. q. d. non potes mihi dare aquā uiuā de isto puteo: qa nō habes īstrumentū ad hauriendū & puteus est ꝑfundus q̄ nō posses eū attingere manu. Vnde ergo habes aquā uiuam. q. d. non potes dare mihi nisi tu hoc faceres miraculose quod non uidet tu es minor Iacob Patriarcha & hoc est quod dicit. Nunquid tu maior es patre Patriarcha Iacob? qui fuit contentus aqua putei huius. ideo sequit. q dedit nobis puteū inquantū fodit ipm ut ꝑdictū ē: q̄ nō feciset si aquā uiuā ꝑ uoluntate sua aliūde habere posset. Et bibit ex eo & filii eius & pecora eius. Respondit Iesus. Hic remouet falsū intellectum huius mulieris. ostendens q̄ non loquebat de aq̄ materiali sed spirituali & hoc ē qđ dicit. Respōdit Iesus & dixit oīs q bibit ex aqua hac. s. materiali de q̄ tu intelligis. sitiet iterꝝ. qa sedat sitī nisi ad tp̄us.

Qui aũt bibit ex aq̃ quã ego dabo ei. i. gratiã ſpirituſſancti nõ ſitiet in eternũ. Sed contra hoc uidet̃ iſtud. Eccle. xxiiii. q bibunt me adhuc ſitiunt ubi loquitur de aqua ſapientie. dicendũ q̃ ſitiſ uno mõ accipit̃ p deſiderio alterius rei & ſic oĩs reſ tẽporaliſ adepta magiſ generat ſitim quã tollat: qa cupiditatẽ augmentat: Similiter aq̃ corporaliſ qa non habet effectũ niſi ad tempuſ oportet ꝛeꝛ q̃ alia aqua numero ſũmat̃ ad ſedandũ ſitim & ſic fit incorruptio. Alio modo accipit̃ ſitiſ p deſiderio eiuſdem rei habite ad habendũ eam perfectiuſ: & ſic habenteſ deũ p gratiam ſitiũt habere ipſum per gloriã. & hoc modo loquit̃ illa autoritaſ Eccle. allegata. Tertio mõ accipit̃ pro excluſione faſtidii a dilectione habita & ſic bene dicunt̃ deũ ſitire: cum hoc ergo dicit̃. Non ſitiet in eternũ. intelligit̃ de ſiti primo mõ dicta qa habenſ aquã non deſyderat non de eadẽ q̃ non habeat: ſed deſyderat deũ quẽ habet pfectiuſ habere. ideo ſeqtur. Sed aquã quam ego dabo ei fiet in eo fonſ aque ſalientiſ in uitã eternã. qa p gratiã ſpirituſſancti inhabitat mentẽ que eſt origo gratie facientiſ hominem ſalire in uitam eternã. naturale enim eſt q̃ aqua tm̃ aſcendere põt quantũ deſcendit: & ideo ſicut aq̃ gratie a deo in noſ deriuat̃ ideo per ipſam aĩa ad deũ eleuat̃: quia per ipſam conſortſ diuine nature efficit̃: ut dicit̃. ſecunda. Petri. i. magna & precioſa donauit deuſ dona ut p hoc efficiamini diuine nature conſorteſ. Dicit ei mulier dñe da michi hanc aquã quamuiſ. n. ad plenũ non intelligeret uerba Chriſti. tñ audienſ huiuſ aque bonitatem petit eam: & ſubdit cauſã. ut non ſitiam neq; ueniã huc haurire aquam. i. ut liberer a ſitiſ ardore: & a labore ueniẽdi huc hauriẽdi & deportandi. Dicit ei Ieſus. qa nõ poterat mulier hec capere uerba Chriſti conſequenter procedit ad ſigna & diuiditur in duo quia primo inſtruit eã p reuelationẽ ſecreti. ſecundo p ſolutionẽ dubii ibi. Dixit ei mulier. ſecretũ aũt illud erat q̃ mulier adulterꝫ habuit q tñ credebat̃ ab hominibuſ loci mariti eiuſ & ratio per hoc qa Chriſtuſ hoc ſecrete mulieri dixit. oſtendit ſe ſcire peccata occulta: & hoc ẽ qđ dicit̃. uade uoca uirꝫ tuũ. ſ. putatiuũ. & ueni huc. hoc nõ dixit Ieſus ut illa mulier eum adduceret. ſed ut ex reſpoſione eiuſ conuenientiuſ eam argueret ſecretũ reuelando: unde ſequit̃. Reſpõdit mulier dixit ei nõ habeo uirũ. ſ. legittimũ. Dicit ei Ieſus. exponendo eiuſ dictũ. bñ dixiſti: qa uirꝫ nõ habeo. & ſubdit̃ cauſa. Quinq; n. uiroſ habuiſti legittimoſ & nunc quẽ habeſ non eſt uir tuuſ. ſc̃m ueritatẽ. ideo ſeqt̃. hec uere dxiſti. q. d. illud q̃ aliaſ finxiſti eũ eſſe uirꝫ tuũ mendatiũ eſt. Dixit ei mulier. Hic conſequenter inſtruit eam p ſolutionẽ dubii & diuiditur in duo qa primo ponit̃ ipſius Ieſu inſtructio. ſecundo mulieriſ reſponſio ibi. Dixit ei mulier ſcio. Circa primã partẽ ſciendũ q̃ mulier percepit eũ eſſe prophetam ex hoc q̃ eiuſ ſecretũ cognouerat. ideo conuertit ſe ad interrogandũ eũ de quoddam dubiũ quod inter Iudeoſ & Samaritanoſ uertebat̃. & ideo diuidit̃ in duo qa p̃mo ponitur mulieriſ interrogatio. ſecundo Chriſti reſponſio ibi. dixit ei Ieſus. Circa primũ ſciẽdũ q̃ Iudei reuertenteſ de captione Babylonica noluerunt Samaritanoſ aſſummere in edificatione templi ut habet̃ Eſdre. iiii. & ideo fecerunt ſibi locũ adorationiſ diuine in monte Garazim ut dicũt aliqui: Ioſeph aũt aſſignat aliã rationẽ. d. q̃ quidã Iudeuſ nomine Manaſſeſ accepit filiam principiſ Samaritanorꝫ: & qa apud Iudeoſ ſummum ſacerdotiũ erat ualde honorificũ rogauit ſocerꝫ ſuũ ut faceret ſibi templũ ĩ Garazim mõte ut ibi ſacerdotio fungeret̃: ut habet̃. iiii. antiquitatũ: Samaritani igit̃ dicebãt q̃ hic locuſ magiſ erat orationi conuenieſ q̃ templum Hieruſalẽ: Iudei aũt contrariũ dicebant: & erãt rationeſ ad utrãq; partẽ: & ideo uoluit audire a Ieſu circa hoc ſuam ſententiã: & hoc eſt qđ dicit̃. Dicit ei mulier dñe uideo per effectũ. ſ. per reuelationẽ ſecreti. qa propheta eſ tu. ergo inſtrue me de loco debito orationiſ & arguit q̃ locuſ

Garizim ſic conuenientior ꝑ hoc ꝙ antiq patreſ ueteriſ teſtamenti ibi adorauerunt: qa filii Iſrael ingrediendo terram ꝓmiſſionis in illo loco benedixerunt deū ut habet Deut. xxvii. Similiter Iacob Patriarcha & filii eius prope illū locū manſerunt ut ſupra dictū eſt & ideo in illo orationes fecerunt qa ante templi edificationē Iudei in montibus adorabant & ſacrificabant ut patet de Abrahā Gen. xxi. & de Salomone iii. Regum. iii. & in multis aliis locis: & ideo ꝓbabile eſt ꝙ Iacob & filii eius in monte Garizim adorauerūt & hoc ē qđ dicit Patreſ noſtri in monte adorauerunt. uocabāt enim Samaritani patreſ ueteriſ teſtamenti patreſ ſuos: qa receperant quinq; libros Moyſi & in parte erat Iudei ut dictū eſt. Et uos. ſ. Iudei dicitis: econtrario qa Hie/roſolomis eſt locus ibi adorare oportet. q.d. non uidet cōueniens illud ꝙ dicitis ratiōe dicta: Sciendū tñ ꝙ locus erat conuenientior in Hieruſalē: qa erat a deo electus ut eſſet locus adorationis & ſacrificii ut habet. ii. Paralipō. vi. Dicit ei Ieſus. hic ponit Xp̄i reſpōſio. mulier. n. deuote petierat ab eo qa cognoſcēs eū prophetā nō cōuertit ſe ad querendū de curioſitatibus & euētibus futuroꝝ & de ſimilibus: Sed de mō colēdi deū. ideo inſtruit eā dicēs. mulier crede michi. ꝙ addiſcentē oportet credere. Hebre. xi. & Eſaie. vii. niſi creditis non intelligitis. & tranſlationē Hie. Venit hora. ſ. tp̄us publicationis euangelii. Quādo nec in monte hoc. qa cultus gentiliū tūc ceſſabit. neq; in Hieroſolomis adorabitis patrē. qa templū diuina diſpoſitiōe deſtructū ē. xl. āno poſt paſſionē Xp̄i & ſic deuotio totius populi occurret ad Chriſtū & ex gentibus & Iudeis fiet unus populus Xp̄ianus ſubtracto eo qđ impediebant hanc cōiunctionē ex utraq; ꝑte: qa Idolatria gentiliū erat abhominabilis Iudeis: & onus cerimoniarū gentiliū erat imꝓtabile gentibus: & ideo ꝑ Xp̄m utꝝq; amotū per publicationē euā/gelii. ideo ex Iudeis & gentibus factus unus populus Xp̄ianus: & ſic patet ꝙ Xp̄us eā inſtruxit de uero cultu diuino in ꝓximo uenturo qa Idolatrie gentiū & cerimonie Iudeoꝝ conuertende erant ad ſpiritualē noue legis cultū diuinū. ueruntñ quia ante publicationē euangelii cultus Iudeoꝝ erat licitus & bonus. nō ſic autē cultus gētilium & ideo ſubdit ſaluator. Vos adoratis ꝙ neſcitis. attribuere. n. deo illud qđ ſibi non cōuenit ut ꝙ ſit corpus uel aliqd huius ē ip̄m neſcire. hoc aūt faciebāt gētiles: & max/ime iſti Samaritani. Iudei uero habebāt uerā dei cognitionem ut dicit Pſal. lxxv. Notus in Iudea deus. ideo ſequit. noſ adoramus qđ ſcimus. & qa uera cognitio dei ꝑ legē & ꝓphetas eſt conceſſa populo Iudaico ſicut beneficia ſpiritualia diuina: ꝓpter qđ Xp̄s naſciturus erat ex eis: ideo ſubdit. quia ſalus ex Iudeis eſt. i. ſaluator ex eis expectat & qa ipſū ſaluatorē cultus cerimonialis legis ut dictum eſt: ideo ſequitur. Sed uenit hora & nunc eſt. qa a tempore predicationis Xp̄i incepit publicatio euā/gelii ꝑ quā ē introductus ueruſ & ꝑfectus cultus diuinus: unde ſequit. qñ ueri adora/tores adorabunt patrē in ſpiritu. ꝑ hoc excludunt figurales cerimonie legis: qa utꝝq; ammotū ꝑ Xp̄m & quia talis cultus noue legis ſic a deo acceptus oſtendit ex diuina acceptatione cū ſubdit. nā & pater tales querit q adorant eū. ex aſſimilatione ad deū q eſt ſpiritualis nature: & ideo magis cōformamur ꝑ ſpūalia q̄ ꝑ corpalia. & hoc ē qđ dicit. Spiritus ē deus & eos q adorāt eū i ſpiritu & ueritate oꝑtet adorare. qa oratio eſt aſcenſus mentis ad deū: & ideo requirit conformitatē ad ip̄m ſcđm qđ eſt poſſibile. Dixit ei mulier. hic ponit mulieris reſponſio. erat enī opinio non ſolum apud Iudeos Sed etiā apud Samaritanos ꝙ in aduentu Meſſie inſtrueret ꝓfecte de omnibus ꝑ/tinentibus ad ſalutē: & ideo mulier nō capiēs plene uerba Xp̄i: dicit ſe & alios tempe Meſſie de his ad plenū inſtrui & hoc eſt qđ dicit. Dicit ei mulier ſcio qa Meſſias uenit id eſt eſt in ꝓximo uenturus: ſicut enim dictū eſt. Samaritani recepunt quinq; libros

Moysi: & Gen̄. xlix. dat̄ signū de aduēcu Xp̄i. s. translatio regni Iudeoꝝ: cū dicit̄. Non auferet̄ sceptꝝ de Iuda donec ueniat etc. Ipsi aūt uidebant hoc esse cōpletū tpe Herodis Regis. sub quo natus est Xp̄s & ideo apud eos erat fama cōmunis ꝙ Xp̄us erat de proximo uēturus: & ideo sic loquebat̄ mulier qa ex fama cōmuni audiebat. Qui dicit̄ Xp̄s. i. unctus. qa Xp̄us exaltabat̄ Rex & sacerdos: & utrꝙ officiū per unctionē accipiebat̄. Cū ergo uenerit ille nobis annuntiabit omnia. ad salutē necessaria que sunt mō occulta. igit̄ Iesus uidens eius deuotionē consequenter se ei reuelat dicens. Ego sum qui loquor tecū. q. d. mō est tempus reuelandi ueritatē. Et cōtinuo uenerūt. Hic ponit̄ fructus conueniens ex doctrina Christi: qa hec mulier edocta a Xp̄o statim iuit ad ciuitatē & adduxit ad Iesum populi multitudinē ad credendum patā. diuidit̄ igit̄ in duo. qa primo ponit̄ mulieris recessus. scd̄o exequēs populi excessus ibi. Exierūt. recessit igit̄ mulier qa cessauit cum ea loq uenientibus discipulis de ciuitate: & hoc ē qd̄ dicit̄. Et cōtinuo uenerūt discipuli eius ꝙ mirabant̄ ꝙ ipse cū muliere loquebat̄. non ꝓpter suspitionē aliq̄ sed mir̄ erat ꝙ tātus doctor alloquebat̄ solā mulierē paupculā & gentilem: qa uidebat eis parua & nulla utilitas cū tamē esset magna: ut patebit ex sequentibus. Nemo tñ dixit quid queris aut qd loqueris cū ea scientes ꝙ eius locutio cū muliere non fuit inutilis: & uana: q̄uis hoc nō uideret̄ quod patet ex sequenti effectu qa mulier edocta a Xp̄o ex feruore denuntiādi ꝙ audierat. Reliqt Hydriā suā mulier & iuit in ciuitatē. qa oblita aq̄ necessaria ad uitam corporalē cucurrit ad denuntiandū aq̄m sapientie: que ē necessaria ad uitā spiritualē unde sequit̄. & dixit illis hominibus. i. hominibus existētibus in ciuitate. uenite & uidete hominē q dixit oīa quecūq; feci. ex quo patet eius deuotio qa nō uereb̄ fraterī turpitudinē suā ut eos adducat ad Christi p̄dicationē. nunqd ipse ē Xp̄us? q. d. sic uidet̄ pfectū. Et exierūt. Hic cōsequenter ponit̄ populi accessus ad Xp̄m & diuidit̄ in tres. qa euāgelista p̄mo incipit describere hūc accessū. secūdo interponit īstructionē discipulorꝝ ibi. interea. tertio reuertit̄ ad propositū ibi. Ex ciuitate aūt. Circa p̄mū sciendū ꝙ Samaritani erant in suspensu de aduentu Christi de ꝓximo: tum propter impletionē temporis ut dictū est: tū ꝓpter predicationē Io. p̄dicentis Xp̄i. aduentu de ꝓximo: cuius p̄dicatio tunc erat famosa ideo facilius crediderunt uerbo mulieris & hoc ē qd̄ dicit̄. Et exierunt de ciuitate & ueniebāt ad deū. ut p̄sentialiter audirēt eū. Interea. hic interponit̄ discipulorꝝ informatio: qa Christus uidebat multitudinē gentiū dispositā ad credendū: ideo uolebat discipulos excitare ad p̄dicandū. Excitat aūt eos dupliciter. p̄mo ꝓpter salutē populi siue proximi. secūdo ꝓpter retributionē p̄mii ibi. & q mecū. Circa primū ostēdit Xp̄us ꝙ hō debet magis esse solicitus de salute spirituali sui ꝓximi q̄ de propria necessitate corporali. qa cū esset tempus comedēdi uoluit tñ differre ut intenderet p̄dicationi dans exēplū alius similiter faciendi & hoc est qd̄ dicit̄. Interea. i. anteq̄ ꝓuenissent Samaritani ad eum. rogabant eum discipuli dicentes. Rabi māduca. qa iā erat hora sexta ut dictū est: & erāt supra fontē ubi erat locus aptus ad comedendū: Ille aūt dixit eis. habita enim occasione ex cibo corporali incipit loq de cibo spirituali. s. de conuersione Samaritanorꝝ q ꝑ eius predicationē sūt īformati: unde subdit̄. ego cibū habeo māducare quē uos nescitis. q. d. alius cibus plus me delectat. Dicebant ergo discipuli adinuicē nunqd aliq̄s attulit illi manducare intellexerūt uerbū Xp̄i de cibo corporali & sciebant ꝙ nihil portauerat secū cōmestibile & ideo querebant sic aliunde. ideo Christus exponit eis dicens. meus cibus ē ut faciā uoluntatē eius q me misit: ut perfitiā opus eius. i. gentiliū conuersionē qa scd̄m qd̄ dicit̄ p̄mo ad Thim. ii. uult omnes homines saluos fieri: & ad cognitionē ueritatis

uenire & q̄ inſtet tempuſ hoc faciendi oſtendit. d. nnone uoſ dicitiſ q̄ adhuc q̄ttuor menſeſ ſunt & meſſiſ uenit. q. d. licet tēpuſ meſſiſ corporaliſ ad p̄ſenſ non ſit: tñ meſſiſ ſpiritualiſ iam inſtat. dicit᷑ aũt meſſiſ collectio frugũ & ad ſimilitudinem huiuſ meſſiſ ſpiritualiter dicit᷑ uocatio hominũ ad fidē p̄ quā cõgregant᷑ in dñi horreũ unde ſeq̄t᷑. ecce dico uobiſ leuate oculoſ ueſtroſ & uidete regioneſ q̄a albe ſunt iã ad meſſē. hoc dicebat p̄pter Samaritanoſ ueniẽteſ ad ip̄m iam diſpoſitoſ ad credẽdum. Et q̄ metit. hic hortat᷑ diſcipuloſ ad opuſ p̄dicationiſ ex merito ſequẽtiſ premii ſicut. n. Samari/tani iam erãt diſpoſiti ad credẽdũ per p̄dicationẽ Xp̄i ita & Chriſtuſ uidebat ī mul/tudinẽ credentiũ gentium p̄ totũ mundũ cito congregandũ in horreum eccleſie per p̄dicationẽ Apoſtoloꝝ: ex q̄ p̄dicatione meruerunt p̄mium uite eterne: & hoc ē q̄d dicit᷑. Et q̄ metit mercedẽ accipit. In p̃ti aũt eſt primo meſſiſ p̄ quā hoſeſ cõgregant᷑ ad fidẽ. in hac meſſe meſſoreſ fuerunt Apoſtoli. ultima uero meſſiſ erit in iuditio: q̄a colligunt᷑ fideleſ intra horreũ glorie & tunc meſſoreſ erunt angeli: ut habet᷑ Matth. xxiii. ca. & ideo ſequit᷑. & congregat fructũ. i. multitudinẽ fideliũ reponendã uitam eternã: q̄a pacto iudicio reponet᷑ in horreo glorie p̄ miniſteriũ angeloꝝ ut dictũ ē & q̄a locutuſ eſt de meſſe ſpirituali p̄ ſimilitudinẽ meſſiſ corporaliſ: ideo oſtẽdit in quo eſt ſimile & in quo diſſimile. Ad cuiuſ intellectũ ſciendũ q̄ apud Iudeoſ erat ꝓuerbiũ de hoc q̄ñ aliq̄ſ multũ laborabat in re aliq̄: & aliuſ reportabat fructũ dicebat᷑ ꝓuer/bialiter unuſ ſeminat aliuſ metit. q. d. unuſ laborat aliuſ gaudet. & ſic aliq̄ñ cõtingit de meſſe corporali que ab uno alio ſeminat᷑ & ab eiuſ hoſte irruente colligit᷑ de meſſe uero ſpirituali ſic eſt q̄ alii ſeminauerũt & alii meſſuerunt: q̄a Patriarche & Pro/phete antiq̄ ſeminauerũt prima ſemina fidei: ſed Apoſtoli meſſuerũt ꝛquantũ populũ ad p̄fectionẽ fidei deduxerunt. Veruntñ uterq; reptant gaudiũ. q̄a tam Prophete antiq̄ q̄ Apoſtoli ꝓpter meritũ laboriſ ſui recepti. ſunt ad celeſte gaudiũ & hoc non tenet ꝓuerbiũ de meſſe corpali in quo nõ gaudet ſeminãſſi ab alio metat᷑ & hoc ē q̄d dicit. ut q̄ ſeminant ſimul gaudeant & q̄ metit. ſ. Prophete & Apoſtoli. In hoc enim uerbũ ueꝝ eſt. i. ꝓuerbiũ cõmune p̄ tanto habet locũ in propoſito: Quia aliuſ ē qui ſeminat. ſ. Patriarche & Prophete. & aliuſ q̄ metit. ſ. Apoſtoli. ideo. ſequit᷑. Ego miſi uoſ metere. i. ad p̄fectionẽ fidei adducere. q̄d uoſ non laboraſtiſ. Prophete enim & Patriarche multũ laborauerunt in denũtiando aduentũ Xp̄i & arguẽdo infidelitatẽ populi: & ideo ſequit᷑. & alii laboraueruntꝝ uoſ in laboreſ eoꝝ introiſtiſ. q̄a ꝓphetiaſ ab aliiſ p̄nuntiataſ completaſ p̄dicabitiſ. Ex ciuitate aũt. Similiter euãgeliſta incho/auerat acceſſũ Samaritanoꝝ ad Xp̄m ſed interpoſuit in formationẽ diſcipulorum: ideo hic reuertit᷑ ad ꝓpoſitũ oſtendenſ q̄ eoꝝ acceſſuſ fuit ualde utiliſ: quia p̄ ueram fidẽ conuerſi ſunt ad eũ: & hoc eſt q̄d dicit᷑. Ex ciuitate aũt illa. que dicebat᷑ Sichen uel Sichar ut p̄dictũ eſt. multi crediderunt in eũ Samaritanoꝝ ꝓpter uerbũ mulieriſ teſtimoniũ perhibentiſ q̄a dixit mihi omnia quecũq; feci. illud teſtimonium uidebat᷑ efficax ex duobuſ: q̄a primo dicebat contra honorẽ ſuũ ex zelo ueritatiſ: ſecũdo q̄a oſtendebat eũ ſcire talia que nõ poterant ſciri uia humana. Veruntñ q̄a hoc teſti/moniũ nõ fuit niſi quedã p̄ſuaſio ad credendũ q̄a p̄fectio fidei ipſoꝝ facta ē p Xp̄m ideo ſequit᷑. Cum uenerũt ergo ad Ieſũ Samaritani rogauerũt eũ ut ibi maneret. q̄a accepta fide p̄ eiuſ doctrinã deſyderabant ampliuſ informari ad ſuã confirmationẽ tunc manſit ibi duoſ dieſ. acquieſcenſ petitioni ipſoꝝ: que erat honeſta & deuota. Et multo plureſ crediderũt in eũ. ꝓpter ſermonem eiuſ q̄ a principio. Et multi dicebant mulieri q̄a iã nõ ꝓpter tuã loquelã credimuſ. q̄a licet ex doctrina alicuiuſ ĩducat᷑ ad credendũ tñ fideſ innitit᷑ ueritati diuine ſecundũ ſe: ideo ſequit᷑. Ipſi enim audiuimuſ &

ſcimuſ ab ipſo. qui eſt deuſ & ſcimuſ firmiter credendo qa in fide maior eſt certitudo adherentie. & qa non ſufficit cordi credere: ſed oportet fidē cōfiteri ore ſecundū qđ dicit Ro. iii ideo fidē ſuā confiteť .d. Quia hic ē uere ſaluator mundi. In quo tria cōfitenť de Xp̄o eiuſ eminentiā ſingularē ibi. hic eſt. efficatiā ſalutarē. uere ſaluator influentiā generalē mundi. Poſt duoſ. Deſcripta cōuerſione gētiliū per doctrinam hic conſequenter deſcribit eiuſ conuerſio per miraculi operationē: & diuidit in treſ. qa primo circunſtantia miraculi deſcribit. ſecūdo ip̄m miraculū efficit ibi. Erat quidam tertio intentū concludit ibi. & credidit. Quantū ad p̄mū tangit primo circunſtātia tpis: cū dicit. Poſt duoſ aūt dieſ. qbuſ manſerat cū Samaretaniſ ut dictū ē. & ſubdit circunſtātia loci. Exiit inde & abiit in Galyleā. & ſubdit cauſa ſcd̄m Criſ. ipſe Ieſuſ teſtimoniū perhibuit. i. perhibuerat ante: ut habeť Luc. iiii. Quia propheta in patria ſua honorē non habet. qa inuidia magiſ eſt inter cūpatrioraſ ut dictū fuit Matth. xiii. & ideo Xp̄ſ nō rediit in Nazareth ubi fuerat uilipēſuſ qñ uoluerūt eū p̄cipitare ut habeť Luc. ix. Sed abiit in aliā partē Gelylee. & hoc eſt qđ dicit. Cū ergo ueniſſēt in Galyleā receperunt eum Galylei honorifice ſicut Chriſtū a deo miſſum: & cauſa ſubdit. Cū oīa uidiſſent que fecerat Hieroſolimiſ in die feſto. propter que etiā miracula Nichodemuſ legiſ doctor crediderat ut ſupra dictū eſt. iii. ca. & oſtendit q̄liter Galylei iſta ſigna uiderāt. d. Et ipſe uenerat ad diē feſtū qa ipſi tenebant uenire ut ſupra dictū ē. ſecundo ca. Venit ergo iterꝫ in Chana Galilee. qa ibi ante fuerat in nuptiſ unde ſubdit. ubi fecit aq̄m in uinū. & declinauit ciuitatem Nazareth ratione p̄dicta. Aliter exponit ab aliiſ dicendo q̄ non diuertit a Nazareth: Sed oſtendit p̄ littarā p̄dictā q̄ fuit honorifice receptuſ ille benedictuſ Xp̄ſ ubi priuſ fuerat uilipenſuſ: & ratio redditur per hoc q̄ illi de Galylea generaliter. inter quoſ erant illi de Nazareth cū eſſent Galylei fuerunt in Hieruſalē in die feſto ſ. paſche: & uidenteſ miracula que fecit Ieſuſ crediderūt in eū: & ſic honorifice receperunt eum: & ad hoc p̄ōt applicari littera ab illo loco. Et abiit in Galyleā generaliter nō excipiendo Nazaret. & ſubdit cauſa. Ipſe Ieſuſ teſtimoniū perhibuit. i. perhibuerat. q. d. mutatum erat negotiū in oppoſitā partē: unde ſubdit. Cū ergo ueniſſet i Galyleā excepūt eū honorifice Galylei. generaliter etiā illi de Nazareth: & cauſa reddit Cū oīa uidiſſēt que fecerat etc. Venit ergo iterꝫ in Chana Galylee. non dimittendo a Nazareth ut dicit Criſ. ſed de Iudea ueniēdo uerſuſ Nazareth: qa Chana ē in uia ueniēdi illuc. Et erat qdam reguluſ. Deſcripteſ circunſtantiaſ miraculi quantū ad locū & tempuſ. conſequenter deſcribit miraculi actuſ cū dicit. Et erat quidā reguluſ. non accipit hic reguluſ p̄ paruo rege: ut uidet nomē ſonare: qa rationi uolenteſ frangere Iudeorū ſuperbiā abſtulerūt ab eiſ regiam dignitatē regnū Iudee in q̄ttuor parteſ ſeu Thetrachiaſ diuidenteſ. p̄cauere uolēteſ eoꝝ rebellionē: unde p̄ illo tempore nullus Rex rexerat in Iudea. dicit ergo ille reguluſ qa erat officialiſ Imperatoriſ deputatuſ ad cuſtodiam Galylee propter quod manebat in Chapharnaū que erat Metropoliſ illiuſ terre: unde ſubditur. cuiuſ filiuſ infirmabatur in Chapharnaū. & licet eſſet gentiliſ audiēſ tñ de miraculiſ Xp̄i ſperauit ab eo impetrare ſanitatem filii ſui. ideo ſequitur. q cū audiſſet q̄ Ieſuſ aduenire a Iudea in Galyleā abiit ad deū. qa Xp̄ſ erat in alia uilla .ſ. in Chana. & rogabat eū ut deſcenderet: qa Chapharnaū erat in ualle ſita reſpectu loci in quo erat Xp̄ſ. Et ſanaret filiū eiuſ licet. n. crederet ip̄m poſſe ſanare eū credebat tñ q̄ hoc non faceret ſine preſentia corporali. p̄pter qđ Xp̄uſ reſpondit illi dure dicēſ. niſi ſigna & p̄digia uideritiſ non creditiſ mihi. non. n. reprehēdit eū de petitione ſalutiſ filii ſui ſed ex defectu fidei. uerūtñ ex deuotiōe repetit petitionē ſuā

dicenſ. dñe deſcende etc. ideo exauditur a Xp̃o. unde ſeqtur. dicit ei Ieſuſ uade. non enim uoluit Xp̃ſ uenire corporaliter ut ām̃oueret ab eo falſam eſtimationem: quam putabat eū poſſe ſanare tm̃ i pn̄tia corporali. filiuſ tuuſ uiuit. i. pfecte ſanitati reſti/tutuſ eſt de ianuiſ mortiſ qa ic̄ipiebat mori. credidit hō ſermoni quē dixit Ieſuſ. quia fideſ reqrit̄ ad optinendū beneficia dei. & ibat. ſine corporali Xp̃i pn̄tia. Iā autē eo deſcendente. qa Capharnaū ē ſita in ualle. & occurrerunt ei ſerui & nuntiauerūt ei dicenteſ qa filiuſ eiuſ uiueret. congaudendo ipſi. Interrogabat ergo horam ab eiſ i q̄ meliuſ haberet. hoc fecit ad certificationē miraculi reſpectu ſui qđ patet p hoc qđ poſta ſequit̄. Cognouit ergo pater etc. Et credidit. hic ponit̄ intenti cōcluſio: ad hoc enim factū eſt iſtud miraculū ut iſte reguluſ cū familia ſua crederet in Xp̃m & hoc eſt qđ dicit̄. Et credidit ipſe & domuſ eiuſ tota. i. familia. Solet aūt queri utr̄ miracu/lū illud ſit idē cū eo qđ ſcribit̄ Mat. viii. de cēturionis ſeruo ſanato a Xp̃o & dicit Criſ. q̄ ſic. Alii dicunt tñ contrariū q̄ uidet̄ ex q̄ttuor. p̄mo ex perſona infirmi. que hic dicit̄ filiuſ ibi aūt dicit̄ ſeruuſ. ſecūdo ex infirmitate que hic dicit̄ febriſ: ibi autem dicit̄ paliſiſ. unde idem dicitur ſeruuſ meuſ iacet paraliticuſ in domo. tertio ex modo rogandi: qa iſte rogabat ut ipſe ueniret pn̄tialiter credenſ q̄ non poſſet curare aliter. ꝓpter qđ fuit reꝓbenſuſ a Xp̃o ut dictū eſt. Ille aūt centurio preſentiā Xp̃i repel/lebat reputanſ ſe indignū tāto hoſpite. d. non ſum dignuſ ut intreſ etc. credebat enim eū poſſe ſanare abſenſ ſolo imperio. ꝓpter qđ dicebat. dic tm̃ uerbo & ſanabit̄ puer meuſ. ꝓpter qđ fuit a dño cōmendatuſ dicente: non inueni tantā fidē in Iſrael: & ſic patet ex mō rogandi q̄ iſte reguluſ aliuſ fuit ab illo centurione. q̄rto patet ex loco qa Xp̃ſ erat in Capharnaū qñ fuit rogatuſ a centurione: hic dicit̄ q̄ erat in Chana Galylee qñ fuit rogatuſ a regulo. hoc itez̄ ſignū fecit Ieſuſ non dicit̄ ſecundū ſimpli/citer: qa multa fecerat i Hieruſalē ut p̄dictū eſt: ſed dicit̄ ſecundū de hiſ que fecit in Galylea. ideo ſeqtur. cū ueniſſet a Iudea in Galyleam .V.

POſt hec erat dieſ feſtuſ. In ſuperioribuſ determinauit euangeliſta de ſpirituali regeneratiōe: hic mō determinat de beneficio ad hoc cōſequentiū exhibitione in generatione. n. carnali filii habent a patre uitā nutrimentū & doctrinā: ita eodē mō in regeneratione ſpirituali: ideo euāgeliſta p̄mo deſcribit uite collationē. ſecundo ſpiritualē nutritionē ca. vi. poſt hoc aūt. tertio inſtructionē ca. vii. poſt hoc autem ambulabat. Circa p̄mū ſciendū q̄ moduſ naturaliſ cognitioniſ humane ē ex ſēſibilibuſ ad itelligibilia deduci: qa oīſ noſtra cognitio orit̄ ex ſenſu: nā moduſ ipſius euāgeliſte ut frequenter eſt p̄mittere ſignū ſenſibile conueniens doctrine ſequēti. nā hoc capi. diuidit̄ in duo. p̄mo p̄mittit̄ ſenſibile ſignū ad denotandū q̄ in Xp̃o ſit potentia uite repatiua. ſecundo ſubdit̄ doctrina ibi. pater diligit. prima in duo. quia p̄mo ponitur miraculi operatio. ſecundo impugnatio ibi. Reſpondit Ieſuſ pater meuſ. p̄ma in duo qa p̄mo circunſtantia miraculi p̄mittit̄. ſecundo actuſ miraculi deſcribit̄ ibi. Erat aūt quedā. Circa primū p̄mo ponit̄ circunſtantia temporiſ cū dicitur. poſt hoc erat dieſ feſtuſ Iudeoꝝ. ſ. Penthe. & aſcendit Ieſuſ Hieroſolimā. qa uiri tenebant̄ eſſe in illo feſto qa ter in āno tenebant̄ maſculi apparere corā dño. ſ. in Paſcha Pent. & i feſto Tabernaculoꝝ. Secundo deſcribitur cōditio loci cū dicitur. Erat autē Hieroſolimiſ ꝓbatica piſcina. in q̄ aque pluuialeſ colligebātur & ibi lauabant̄ hoſtie p̄mo & poſtea in interioribuſ in atrio ſacerdotū exiſtentibuſ: ideo dicebatur illa piſcina probatica a probaton qđ eſt ouiſ: & ē nomē grecū cuiuſ interp̃tationem ponit in hebraico. Que cognominatur hebraice Bethſaida. i. domuſ ouiū quinq; porticoſ habenſ. ut per plura loca poſſent leuanteſ hoſtiaſ deſcendere ad aq̄m. In hiſ. ſ. porticiſ. Iacebat multitudo

magna laguentiú etc. ſubditur cauſa. Angeluſ aút dñi ſcd̄m tempuſ. id eſt in diuerſiſ tẽporibuſ interpellatione tñ facta deſcendebat in piſcinã & mouebantur aque ex de/ deſcenſu angeli. Et q ꝑ deſcendebat poſt motionẽ aque ſanuſ fiebat. cauſa autem deſcẽſuſ angeli & butuſ miraculi aſſignat̄ a doctoribuſ dicẽtibuſ ꝙ apropinq̃nte euã/ gelii. uirtute dñi uoluit figurã exp̃ſſã baptiſmi ĩ hac piſcina oñdere: que cõueniebat cũ baptiſſmo ĩ mundando ĩ ſanãdo uirtute occulta uerbi. & aliqñ cũ hoc ſanat corpuſ miraculoſe. uez̧tñ figura deficit a figurato. ideo iſta figura non ſanabat niſi corpuſ & una uice nõ ſanabat niſi unũ: baptiſmuſ aút ꝓtingit ad animã & ſanat oñſ quotquot ueniũt ad baptiſmũ niſi ponãt ĩpedimentũ. Alii aút dicũt ꝙ illa miracula fiebãt ꝓpter pñtiã ligni dñice crucif qd̄ ibi enatauit appropinq̃nte Xp̃i paſſione. & ideo angeluſ deſcendebat propter ligni reuerentiã & enatauit tẽpore conueniẽti ꝓ eiuſ motionem ꝓ hoc etiã oſtẽdebat̄ ꝙ natura humana a morbo peccati ꝓ lignũ dominice crucif erat ſanãda. Qualiteraút iſtud lignũ dñice crucif ĩ illo loco fuerit poſitũ diuerſimode dicit̄. Dicit̄. n. in biſtoria ꝙ Regina Saba uidit ĩ domo ſaltuſ libani quoddã lignũ de quo uidit in ſpiritu ꝙ in illo patereꝯ ille ꝓpter quẽ deficeret regnũ in Iſrael: ꝙ cũ ſigni/ ficaſſet Salomõ ipſe uolens ſeruare durabilitatẽ regni fecit poni illud lignũ in ꝓfũdo terre iuxta templũ ubi poſtea in ſupficie terre facta eſt illa piſcina. & ideo ibi poſtea iſtud lignũ apparuit modo p̃dicto. In quadã uero biſtoria ſancte crucif dicit̄ ꝙ Seth filiuſ Ade ex p̃cepto patriſ iuit ad paradiſũ uoluptatiſ: unde eiectuſ fuerat: & petiit ab angelo cuſtodiẽte locũ illũ: de oleo miſericordie q acceptiſ tribuſ graniſ arboriſ uetite dedit ea Seth: & ipſe illa grana plantauit ſup ſepulchꝝ patriſ ſui Ade: & inde orte ſũt treſ uirgule que poſtea in unam arborẽ ſunt coniuncte. poſtea tempore Salomonis illa arbor fuit ſecta qa uidebat̄ ad edificationẽ tẽpli neceſſaria uerũtñ qa applicabat̄ ad opuſ ſemper inueniebatur nimiſ curta aut nimiſ longa: & ideo tanq̃ inutilis ad hoc dimiſſa fuit iuxta tẽplũ in quodã atrio. boieſ aút ueniẽteſ ad tẽplũ illi ligno ĩceperũt facere reuerentiã quodã inſtinctu diuino. de quo dolenteſ ſacerdoteſ fecerũt iſtud ꝓici ĩ piſcinã que erat ꝓpe tẽplũ: qd̄ deſcendens ad fũdũ ibi diu latuit. poſtea immi/ nente paſſione apparuit mõ p̃dicto. hec aút ſcripſi ſine aliq̃ aſſertione. Erat aút qdã hõ. Hic cõſequẽter ponit̄ actuſ miraculi cũ dicit̄. Erat aút qdã hõ ibi. xxxviii. ãnis hñſ ĩfirmitatẽ ſuã. ex quo patet ꝙ diu punituſ fuerat. illã. n. ĩfirmitatẽ ꝓpter peccatũ p̃cedẽſ incurrerat ut patebit ĩfra. uez̧tũ qa penã paciẽter ſuſtinuerat ideo dignũ fuit ut ei ſubueniret̄. ꝓpter qd̄ ſeqt̄. hũc cũ uidiſſet Ieſuſ iacẽtẽ & cognouiſſet qa multũ tp̃ſ haberet. ſ. ĩfirmitatẽ iſtã. Dixit ei Ieſuſ uis ſanuſ fieri. nõ petẽſ ãſi dubitãſ de eiuſ uolũtate: ſed ut magis excitet eiuſ deſyderiũ: qa p hoc hõ dignior efficit̄ dei dono. re/ ſpondit ei laguiduſ. oſtẽdẽſ ſuũ deſyderiũ. dñe hominẽ nõ habeo ut cũ turbata fuerit aq̃ qui mittat me in piſcinã. q. d. multũ deſydero ſed non habeo q me ꝓtet: & ego ſum ita debiliſ ꝙ nõ poſſum ita cito uenire ſicut alii. unde ſeqtur. dũ enim uenio ego aliuſ ante me deſcendit. hoc aút dicebat qa uidebat ip̃m fortẽ & aptũ ad portandũ eum. & magnũ reputaret eũ ſi in hoc ei ſeruire uellet: Sed ſtatĩ contulit ei maiuſ beneficium uidelicet ſanitatẽ perfectã. unde ſeqtur. dicit ei Ieſuſ ſurge. reſtitutuſ ſanitati. tolle grabatũ tuum. reſtitutuſ ꝑſtino uigori. & ambula: ad declarationẽ diuini miraculi. & ſtatĩ hõ ſanuſ factuſ ẽ. qa diuina uirtuſ infinita ẽ: & operat̄ in inſtãti. ſanitaſ. n. que uirtute nature reſtituit̄ in tẽpore & in inſtanti acqrit̄. Erat enim ſabbatum. Hic conſequenter ponit̄ preteriti miraculi accuſatio: & ꝑmo quantũ ad ipſum infirmum ſecundo quantũ ad ip̃m medicũ ibi. Interrogauerat. In ꝑma ꝑte dicit̄ ſic. Erat autem ſabbatum in illa die. in quo non eſt licitum ſeruilia facere. ꝓpter qd̄ ſequit̄. dicebant

ergo iudei ille q̃ sanus fuerat sabbatū est non licet tibi tollere grabatū tuū.isti falsum dicebāt q̃a opa corpalia que sunt ad honorē dei bñ possūt in die sabbati fieri sicut.n. sacerdotes in templo corporaliter operabanť templū ornando hostias immolādo lau/dando & similia ut dicit Mat.xii.portatio aūt illius grabati erat ad magnificentiam diuini miraculi sicut & mō illi qui miraculose de carceribus uel huiusmodi uīculis libe/rantur portant compedes suos ad loca sancta ad manifestationē sue miraculose libe/ratiōis:tñ aliter excusat se iste sanatus.d. Ille q̃ me sanū fecit dixit mihi tolle grabatū tuū & ambula.q.d.ille qui me diuina uirtute sanauit eadē uirtute & autoritate mihi p̄cepit & per consequens sibi teneor obedire nec sum transgressor. Interrogauerunt ergo. Hic ponit excusatio medici:& p̀mo in generali āte cognitionē determinatā de ipso.scd̄o in speciali ipso cognito ibi. Postea.q̃a p eū iste sanus cōuenienter se excusat & ideo querebant de ipso sanante ut ipsum p̧sequerent. & hoc est qd̄ dicit.Interro/gauerunt ergo eū quis ē iste hō q̃ dixit tibi tolle grabatū tuū & ambula? q.d. malus hō est qui precepit talia.is aūt qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. quia diu lāguidus iacuerat:& sic facta Xp̄i & eius famā ignorabat. Iesus autem declinauit a turba constituta in loco.dans exēplū aliqñ fugiendi uolentes calumniari & nolēs sese iactare de miraculi operatione. Postea.hic ponit accusatio medici in speciali habita cognitione de eo:& hoc est qd̄ dicit.postea inuenit eū Iesus in templo.q̃a ad agendū gratias de sanitate sibi collata frequentabat tēplum illud qd̄ est locus orationis. Ec dixit ei.ecce sanus factus es iam noli peccare. Ex quo patet q̃ infirmitas sibi fuerat propter peccatū inflicta.ne deterius tibi aliquid contingat. Incurrēdo penā eternam q̃a in recidiuitate fiunt peiora prioribus. Abiit ille hō & nūtiauit Iudeis:q̃a Iesus esset qui fecit eū sanū.dicunt aliq̃ q̃ hoc fecit malicīose sed hoc non est uer̄:q̃a illos quos dñs sanauit corpore:sanauit & mente.ut dicit infra.xi.ca. Totum hominem saluum fecit in sabbato. qd̄ etiā p̄mittit hic ex uerbo Xp̄i cū dicit iā amplius noli peccare. q.d predens peccatum est tibi dimissum:& ideo dicendū q̃ iste sanatus fuit bona in/tentione ad publicandū uirtutē Xp̄i. Illi tñ quibus hoc nūtiauit fecerunt inde dānū suum:& de alius Xp̄i uirtutibus ideo sequit.propterea persequebant Iudei Iesum q̃a hoc faciebat in sabbato.ideo tanq̃ uiolatorē diuine legis eū reputabāt:q̃ tñ erat falsū sicut uisum est. Iesus aūt.hic ponit miraculi excusatio. Circa qd̄ consyderandum q̃ Apostoli fuerunt puri homines: & ideo Xp̄s eos de uiolatione sabbati in cōfricatiōe spicar̄ per exempla puror̄ hominum.s. Dauid & sacerdotum ut habet Mat.xxii. ubi ista exempla diffusius tractant.ipse aūt Christus erat hō & deus & ideo aliqñ se excusauit de uiolatione sabbati:per facta humana:ut patet Luc.xiii.ubi ostenderat q̃ in necessitate poterat bos leuari de puteo in die sabbati:& multomagis hō sanari: & infra.ix.ca. Si circuncisionē hō accipit in sabbato: aliqñ aūt se excusat per facta diuina:& hoc ē qd̄ dicit. Pater meus usq; nunc operat & ego operor. deus.n.nō sic p̧ducit res sicut artifex domum: qui domini facta dimittit:& non conseruat.& ideo domo facta cessat eius operatio:deus autē sic producit res & eas conseruat in esse: & ideo licet die alio quieuit a nouis opatiōibus condēdis.nō tñ qeuit a creaturis p̧ductis seruandis: pater & filius sunt unus deus & ideo sicut pater continue operat in cōser/uatione in administratione rer̄:ita & filius & sic Xp̄s excusatur in sabbato operādo Sed q̃a ex hac operatione sequitur q̃ Xp̄s sit eq̄lis patri ideo ex hoc uerbo magis persequebantur Iudei eum tanq̃ blasphemū: quia blasphemia alicuius puniebatur in lege q̃ fractio sabbati.& hoc est quod dicitur: propterea ergo magis querebant eum interficere Iudei.patet littera propter qd̄ se excusauit Iesus.Amen amen dico uobis.

non pōt filiuſ quicq̄ a ſe facere niſi q̄ uiderit patrē facientē. q. uoſ mihi ponitis legiſ tranſſgreſſionē: & hoc eſt impoſſibile. quia nō poſſum obliq̄ri a regula ueritatiſ diuine quod patet q̄ filiuſ inquantū deuſ habet omnino eandē opinionē cū patre & ſic non pōt ab eo obliquari. Similiter inquantū hō quia humanitaſ Xp̄i eſt inſtrumentum coniuncti ipſius diuinitatiſ: & ſic non poteſt a motione eiuſ obliquari & per conſequens non poteſt tranſgredi: quia tranſgreſſio eſt obliq̄ ratio a lege diuina. Sciendū tamen q̄ Arriuſ ex hoc uerbo. non poteſt filiuſ. dicit filium in diuinis minorem eſſe patre. ideo conſequenter hoc excludit cum dicitur. Quecunq; enim ille fecerit. ubi tria excluduntur per que poſſet dici filiuſ minor patre. primum eſt ſi operatio patriſ ſe extenderet ad aliqua ad.que nō extēderet operatio filii excludit hoc ibi. Quecūq; Secundum eſt ſi filiuſ faceret que facit pater ſecundum idemptitatē ſpeciei tantū: ſed nō ſecundū numer4. ita q̄ pater plura faceret numero & hoc excludit cum dicit. hec & filiuſ ſimiliter facit. i. eodē numero. tertiū ē ſi faceret eodē numero: ſed aliter ſicut faber & martelluſ producūt eundē effectū materialiter. qa faber ut cauſa p̄ncipaliſ martelluſ ut inſtrumentaliſ: & hoc excludit cum dicit. Similiter facit. i. uniformiter per omnē modū. & ſic patet qd̄ uerbū predictum non pōt exponi ſecundū errorem Arrii de minoritate filii reſpectu patriſ in diuinis. Sed tm̄ oſtēdit proceſſū filii a patre inquantū filiuſ non eſt a ſe ſed a patre: & ſic potentiam operandi & noticiam habet a patre ſicut etiam eſſentiā nō tm̄ aliam ſed eandē numero. Si uero filiuſ eſſet creatura ut dicit Arriuſ non poſſet facere quecunq; facit pater ut Marcuſ dicit euangeliſta. Quecunq; ille facit etc. quia ſeipſum non poſſet producere nec conſeruare eſſet tamē productuſ & conſeruatuſ a patre. Pater diligit. poſtq̄ euangeliſta poſuit ſignū uiſibile ad oſtendendū q̄ filiuſ habet potentiam collatiuā uite corporali: hic conſequēter ponitur doctrina Xp̄i de uita ſpirituali per ipſum conferenda: & diuidit in duo. qa primo doctrina Xp̄i ponit ſecundū eiuſ confirmationem. ſubdit ibi. ſi ego teſtimonium. Circa primū ſciendum q̄ duplex eſt uiuificatio anime & corporis: & duplex iudiciū diuinū ſibi correſpondet. primū ē iudicium diſcretionis quod nūc eſt & reſpōdet in preſenti. ſecundum eſt deſcretionis ultime & premiationis & erit in futuro: & reſpondet correlariū ſuſcitationi. ideo ſic procedit. quia primo agit de uiuificatione animarum & iudicio diſcretionis nunc exiſtente. ſecuundo de reſurrectione futura & iudicio ſibi correſpondente. Sicut pater habet prima in duo. quia p̄mo oſtendit Xp̄s ſe habere potentiam uiuificatiuam. ſecundo oſtendit q̄liter illa potētia ſit intelligēda ibi. Amen dico uobis. In prima parte dicitur ſic. pater diligit filium & omnia demonſtrat ei que ipſe facit. ſi accipitur hic filiuſ ſecundum diuinam naturam. dilectio nō accipit hic cauſaliter: qa uolūtas in diuinis non eſt principiū originis filii: Sed natura ut ſuperius dictū eſt: & cum dicit ibi. pater diligit filium etc. inquātum ſcientia patriſ cōmunicat filio. hoc uerbum diligit non notat cauſam: ſed tm̄ ſignū uel concomitātiā Si aūt accipit filiuſ ſecundū naturam humanā ſic accipitur cauſaliter: quia amor eſt primū donum & cauſa alioz: tunc eſt ſenſus. pater diligigit filium etc. quia plenitudo ſciētie cōmunicate anime Xp̄i p̄cedit ex patriſ dilectione. Et maiora his demōſtrabit ei opera. ſ. uiuificationē mortuoz uita ſpirituali: de qua loquit poſtea qa magiſ eſt uiuificare impium quam creare celū & terram ſecundum Aug. ex potentia infinita xx. ca. Et maiora hoz faciet. q̄ aūt dicit hic demonſtrabit de futuro. non eſt p̄ hoc intelligendū q̄ filiuſ ſecundum diuinam naturam accepit de nouo aliquam ſcientiam uel q̄ anima Chriſti aliquid cognouerit quod a principio ſue creationis ignorabat. qa a principio ſue creationis habuit plenitudinem ſcientie & gratie. Sed dicitur reſ

demonſtrari qñ reſ de nouo aliſ innoteſcit & taliſ moduſ loquendi habeť Geñ .xxi. Sicut cognouit ꝙ timeaſ dñm.i. alioſ cognoſcere feci. qa deuſ ſciebat ante Abrahā timere ipm. Sed ꝑ obedientiā eiuſ in imolatione filii hic fecit ab aliſ cognoſci.ut uoſ miremini. Iſtud non ponit causaliter ſed tm conſecutiue qa poteſtaſ uiuificatiua non eſt data Xpo ꝓpter admiratione Iudeoꝝ ſed ex hoc ſecuta eſt qñ uiderunt miracula Xpi. & oſtendit cōſequenter que ſint illa maiora. ſ. opera. d. Sicut enim pater ſuſcitat mortuoſ & uiuificat. quod eſt diume uirtutiſ. ſic & filiuſ quoſ uult uiuificat. Iſtud uerbū uult non ponitur hic ad denotandum ꝙ filiuſ pautior eſ uiuificet q̄ pater. ſed ad oſtendendū modū agendi ipſiuſ. qa non agit coacte nec ex neceſſitate nature ſed libere: & quia iudiciū diſcretioniſ cōcomitať reſurrectionem ſpiritualem ut p̄dictum eſt. ideo ſequitur. neq; enim pater iudicat quem q̄. ſ. ſeorſum a filio cū ſit eorum una operatio. Sed omne iudiciū dedit filio. hoc dicitur pro tanto quia iudiciū eſt ꝑ ſapiētiam diuinam. Sapientia autem tota communicatur filio & per conſequenſ potentia iudiciaria: ꝙ ſic. ut oīſ honorificēt filiū ſicut honorificant patrē ex dictiſ. n. ſeqť ꝙ ſit honorāduſ honore latrie ſicut & pater cū ſit unuſ deuſ cū eo: unde ſequitť. Qui nō honorificat filiū. honore latrie. nō honorificat patrē qui miſit illū. quia habet eandē poteſtatem ſiue maieſtatē. Amen amen dico uobiſ. Hic oſtenditur qualiter potentia uiuificatiua de qua locutuſ eſt ſit intelligenda. ſ. de uiuificatione ſpirituali que eſt ꝑ fidem caritate informatam. & hoc eſt quod dicitur. Amen amen dico uobiſ qui uerbū meum audit & credit ei qui miſit me. fide & caritate formata. habet uitam eternam cauſaliter: quia habet gratiam que facit eum dignum uita eterna. Sed in iudicium nō uenit. ſ. condemnationiſ. ueniet tamen in iudicium diſcretioniſ & premiationiſ: & quia dixt ꝙ taliſ habet uitam eternam. ne credat aliquiſ ex hoc ꝙ fideſ faciat aliquem in preſenti immortalem. ideo ſubditur. Sed tranſit a morte in uitam. qa oportet ſoluere debitum nature antequam ueniat ad uitam glorie: & quia fideſ a deo eſt per inſpirationem: ideo ſubditur. amen amen dico uobiſ. Iſte euāgeliſta ſoluſ duplicat hanc dictionem amē que in hebraico affirmationem ſignificat. Ipe autem ſubtiliora & altiora de Chriſto ſcripſit: & ideo indigent maiori aſſertione propterea cōmuniter utitť tali duplicatione. Quia uenit hora & nunc eſt quando mortui. morte infidelitatiſ. de qua dicitur Mat. viii. dimitte mortuoſ ſepelire mortuoſ ſuoſ. Audient uocem filii dei. fidē uiuificantem ſuſcitando. ideo ſequitur. Et qui audiuerunt. uiuent poteſt etiā intelligi de uiuificatione corporali: quia ad uocē Chriſti aliqui fuerunt reſuſcitati. ſcilicet filiuſ uidue Luc. v. & filii Archiſynagogi Mat. ix. & Lazaruſ infra. xi. per hoc autem cum dicitur. Venit hora & nunc eſt. patet ꝙ non loquitur de reſurrectione generali que erit in futuro: Sed de uiuificatiōe ſpirituali que eſt per fidem Chriſti & de reſurrectiōibuſ corporalibuſ particularibuſ que facte ſunt ad confirmationem huiuſ fidei et iſta inceperunt a principio predicationiſ Xpi. Sicut enim pater. Hic conſequēter agit de reſurrectione generali & de iudicio futuro ſibi correſpondendo. & diuiditur in duo. quia primo agitur de reſurrectione. ſcd̄o de iudicio ibi. & poteſtatem. Circa primū ſciendū ꝙ illud ꝙ tale per eſſentiā eſt cauſa alioꝝ ut habetur. ii. Methaphiſice deuſ pater eſt uita per eſſentiā & per cōſequēſ filiuſ cū ſit una eſſentia: & una uita & per conſequenſ ipſe eſt cauſa uiuificatiua omniū refugentiū: & hoc eſt qd̄ dicitť. Sicut enim pater habet uitam ſ ſemetipſo. quia licet ſit filiuſ uita per eſſentiā ſicut & pater hoc tamen habet a patre. Et poteſtatem. Hic cōſequenter agitur de iudicio futuro & diuiditur in duo. quia primo deſcribitur illud iudiciū. ſecundo deſcribitur fore iuſtū ibi. non poſſum. Circa primū ſciendum ꝙ tota trinitaſ in iudicio futuro iudicabit

autoritatiue. Sed Christus inquantum homo iudicabit executiue cuius ratio est: quia iudex debet esse manifestus omnibus iudicandis deus autem pater uel filius secundum diuinam naturam non uidebitur in iudicio ab omnibus: quia tunc omnes essent beati: quia in tali uisione consistit beatitudo & ideo executio iudicii data est Christo homini qui poterit ab omnibus uideri: & hoc est quod dicitur. Et potestatem dedit ei iudicium facere executiue. quia filius hominis est. ab hominibus uisibilis bonis & malis. Nolite mirari. q. d. adhuc maius facit Christus homo unde subditur. Quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem filii dei. humanitas enim Christi cum sit organum diuinitatis. & ideo uox eius operabitur ad resurrectionē generaliter futurā per modum instrumenti coniuncti. Veruntamen quia nō resurgent uniformiter: qa aliqui resurgent ad gloriam alii ad penam ideo sequitur. Et procedent qui bona fecerunt ad resurrectionem uite hoc dicitur ad denotandum q̄ fides sine operibus non sufficit ad salutem. Qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii. id est condemnationis. Non possum. hic ostendit iudicium fore iustum filius enim inquantum deus habet eandem naturam cum patre: & sic non potest in iudicando deficere. Similiter nec inquantum homo: quia uolūtas humana in omnibus sequitur motum & regulam humanitatis diuine & hoc est quod dicitur. non possum a me ipso. quidquam facere declinando a patre: sicut audio iudico. licet enim habeat eandem noticiam cum patre inquantū deus: tamen habet eam a patre & secundum hoc dicitur ab eo audire. scd̄m uero naturam humanam habet noticiam infusam: & sic magis proprie a patre audit. Et iudicium meum iustum est quia non potest obliquari uoluntas dei hominis auctoritate dei ut dictum est ideo sequitur. Quia non quero uoluntatem meam sed eius qui misitme. Si ego testimonium. Posita doctrina Christi de potentia eius uiuificatiua. Hic consequenter ponitur confirmatio predicte doctrine & diuiditur in duo. quia prima confirmatur doctrina huius. secundo arguitur Iudeorum duricia ibi. claritatem ab hominibus. prima in duo. quia primo confirmatur testimonio humano. secundo testimonio diuino ibi. Ego autem habeo. prima in duas quia primo inducitur testimonium. secundo ostendit q̄ debet esse acceptum ibi. Iste erat. Circa primum sciendum q̄ aliquando doctrina aliqua confirmatur per aliquod quod est minoris autoritatis. propter quod hoc illud est magis acceptum audientibus: sicut dicit Philosophus secundo Methaphisice q̄ aliqui dignantur. id est dignum repetant poetam inducere testem: sicut sunt illi qui sunt imbuti in dictis poeticis & ideo nichil recipiunt nisi per testificationem poete confirmetur quamuis illud sit ius autenticū simpliciter quā dictum poeticum: & eodem modo uenientibus ad fidem de iudaismo confirmatur nouum testamentum per uetus: & eodem modo saluator hic confirmat doctrinam suam per testimonium Iohānis cuius sāctitas erat nota iudeis: & hoc est quod dicitur. Sir ego testimonium perhibui de me. scilicet solus testimonium meum nō est uerum id est efficax secūdum reputationem uestram quamuis in se sit efficatissimum propter hoc sequitur. Alius est qui testimonium perhibet de me. id est Iohannes baptista ut patuit primo ca. &. ii. Et scio quia uer̄ est testimonium quod perhibet. quia pater eius Zacharias prophetauit ipsum per Psal. preire ante faciem domini ad dandam scientiam salutis ut habetur Luc. primo testimonium autē salutiferum esse nō potest nisi sit uerum. Quod autem illud testimonium sit autenticum ostēditur cum dicit uos misistis ad Iohannē. nūtios solemnes q̄si uolentes acquiescere dictis eius sicut autētico ut dictum est. i. ca. Et testimoniū prebibuit ueritati. i. mihi qui sum ueritas. cōfitēdo me Christum. & se negando ut patuit supra. i. ca. &. iii. Ego. autem non ab homine

teſtimonium recipio: ſed hoc dico ut uoſ ſalui ſitis. q̃ſi. d. non dixi predicta ut ſim in maiori autoritate propter dictum Io. teſtimonium: Sed propter ſalutē uestram quā deſydero: ut acquieſcētes eius teſtimonio ad ſalutem pertingatis. Ille erat. hic oſtēdit q̄ teſtimonium Iohannis eis debet esse acceptum. propter tria. ſ. propter eius offitiū quia erat preco Christi hoc nocatur cum dicitur. Ille erat lucerna ostendens uiam ſa/lutis ſcilicet Christum & ſicut lucerna non lucet ex ſe. ſicut Iohannes non fuit lux. ſed uenit ut teſtimonium perhiberet de lumine. Secundo propter caritatis incendiū qđ notatur cum dicitur. Ardens q̄ propter zelum caritatis diuine mortē ſuſcepit. Tertio propter ueritatis exercitium intantum q̄ credebant ipſum esse Christum quod notat ibi. lucens. Iſta tria debent reddere eius teſtimonium acceptum & maxime Iudeis qui noluerunt ipſum accipere tanq̃ Christum propter quod ſubditur. Vos aũt noluiſtis exaltari ad horam eius. dicens ad horam quia finaliter cōtempſerunt eū & mortē eius prouocauerunt. Ego autem. Hic confirmat doctrinam ſuam per teſtimoniū diuinū & diuiditur in tres. ſecundum q̄ pater teſtificatus est de Chriſto tripliciter ſcilicet per opera & per ſemetipſum & per ſcripturas. in prima parte dicit ſic. Ego autem habeo teſtimonium maius Iohāne. ſcilicet teſtimonium dei patris: quod est maius teſtimonio Iohānis propter maiorem certitudinem cognitionis: & propter eius incōmutabilitatē & ſic quale illud teſtimonium dicens. opera enim que dedit mihi pater ut perficiā illa. ſcilicet miracula uirtutem totius creature excedentia que faciebat Chriſtus uirtute p/pria ideo dicit. ut perficiam ea ipſa opera que ego facio teſtimonium perhibent de me quia pater miſit me. ſicut enim firmum teſtimonium. habetur per demonſtrationem in his que ſubſunt facultati naturali alicuius: ita in his que ſunt ſuper facultatem habent firmum teſtimonium per opera ſoli deo poſſibilia: qui non potest esse teſtis falsitatis & hoc modo cofirmata est doctrina Christi non ſolū ipſo predicante ſed etiā Apoſtolis ut habetur Marci ultimo. Illi autem profecti ubiq; domino cooperante & ſermonē confirmante ſequentibus ſignis. Et qui miſit me. Hic conſequenter ponitur teſtimo/nium patris quod teſtificatus est per ſeipſum: & licet fuit in baptiſmo & in transfigu/ratione ubi audita est uox patris ſuper Christum hic est filius meus dilectus. & hoc est quod dicitur. Et qui miſit me pater ipſe teſtimonium perhibet de me. per ſemetipſum Veruntamen conſequēter dicit eos non capere hoc teſtimonium quod deus oſtendit tripliciter. Primo per ſignum ſenſibile ſicut in baptiſmo & in transfiguratiōe audita est uox ſenſibilis: Sed hanc uocem non audierant Iudei perſequentes Christum quia ibi non fuerant. & ideo dicitur. Neq; uocem eius nunq̃ audiſtis. Secundo oſtendit aliquid per uiſionem ſue eſſentie ſicut beatis & hoc excludit̃ ab eis cum dicitur. Neq; ſpeciem eius uidiſtis. Tertio per internam inſpirationem & hoc excluditur cum dicit̃. Et uerbum eius in uobis non habetis manens. & ſubdit cauſam eius. quia quem miſit ille huic uos crediſtis. quaſi diceret hoc non prouenit ex dei difficultate ſed ex ueſtra incredulitate. Scrutamini. Hic conſequenter ponitur teſtimonium dei patris p ſcrip/turas ueteris teſtamenti: que manifeſte habentur de Chriſto & hoc est quod dicitur. Scrutamini. id est interius diligenter aduertite. ſcripturas. legis Prophetarum. quia putatis in ipsis uitam eternam habere. quia ab hac oppinione ſunt defraudati ergo bene dicit putatis ex eorum incredulitate. Et iſte patris teſtimonium perhibent de me. quia ſcriptura ueteris teſtamenti determinat tempus eius aduentus: Geñ. penultimo. Non auferetur ſceptrum de Iuda. Dan. ix. ubi determinatur aduētus ſancti ſāctorū ſub numero certo ebdomodarum. determinat etiam locum neceſſitatis Mich. quinto Et tu Bethlē Eufrata paruulus es i milibus Iuda etc. Determinat etiā modū naſcēdi.

Esa. vii. Ecce uirgo cõcipiet & pariet filiũ etc.& modũ cõuersandi. sed in pauptate
Zach. ix. Ecce Rex tuus uenit tibi iustus & saluator & ipse pauper. & modum mo/
riendi Esa. liii. Sicut ouis ad occisiõem ductus est. & breuiter oĩa mysteria in ueteri
testamento inueniuntur expresse in Christo completa: & ideo ex scripturis ueteris
testamenti poterat uere cognosci ꝙ ipse erat Christus sicut diffusius declarauī in q̃dã
questione quã de hoc determinauī. Et non uultis uenire ad me. per fidem quia pro
maiori parte Iudei permanserũt in infidelitate. & uitam eternã habeatis. que habet̃
per fidem formata caritate. Claritatem. Hic consequenter arguit eorum blasphemiã
in quo fingebant se zelo dei & ut uiolatorem sabbati in quo uidebantur moueri zelo
legis Moysi. ideo ostendit utrumq; esse falsum. secundo idem ibi. nolite putare. dicit̃
igitur primo sic. Claritatem ab hominibus nõ accipio. i. quero. q. d. predicta nõ dixi
ad iactantiam: quia non quero hominũ gloriam quod patet ca. sequenti ubi dicit̃
ꝙ fugit quando turbe uoluerunt eum facere Regem. Sed ostendit ulterius ad quid
predicta dixerit. scilicet ostendendo eoꝝ duriciam. d. Sed cognoui uos. id est cogno/
scere feci. quia dilectionem dei non habetis in uobis. qđ declarat ex signo presenti. d.
Ego ueni in nomine patris mei. quod patet per predicta testimonia. Et nõ accepistis
me. sed magis persequimini quod non faceretis si dilectionem dei habetis. hoc etiam
delarat ex signo futuro dicẽs. si alius ueniet in nomine suo. id est non habens predicta
testimonia a deo. Illum accipietis. hoc fuit incobatum quando Iudei receperunt Bon/
zedam tanq̃ Messiam qui tamen nullum testimonium diuinum habebat per miracula
uel scripturas. hoc etiam perfecte complebitur qñ recipient Antixp̃m pro deo uero
quia faciet se circuncidi & dicet se eis esse promissum & ei adherebũt quousq; falsitas
eius detegat̃ per Enoch & Helyam & causa huius incredulitatis subditur. d. Quomõ
potest credere qui gloriam adinuicem accipitis. i. humanam laudẽ. hoc. n. impediuit
Iudeos a fide Christi in parte. quia scilicet attendebant & adhuc attendunt ad gloriã
humanã & exaltationẽ temporalem dandam eis per Messiam. uidebant aũt Christum
pauperem & abiectum: ideo non receperunt eum non aduertẽtes scripturas Prophe/
tarum que de eius paupertate & abiectione locuntur manifeste ut supra dictum est.
gloria autem & exaltatio que premittitur danda per Christum illa est gloria celestis
quã non intelligebant. ideo subditur. & gloriam que a solo deo ẽ non queritis. q. d.
propter hoc in infidelitate permanetis. Nolite putare. Hic ostendit eos non moueri
zelo Moysi ipm consequẽdo: quia Moyses manifeste scripserat de eo: & hoc est quod
dicitur. Nolite putare ꝙ ego accusaturus sum uos apud patrem. s. ego solus. est qui
accusat uos Moyses in quo speratis. Si enim creditis Moysi forsitã & mihi li forsitan
non est nota dubii sed liberalitatis arbitrii qui nullus credit nisi uolens. De me enim
ille scripsit. s. dupliciter. uno mõ expresse & manifeste ut p̃dictũ est Geñ. penultimo.
Prophetam suscitabit uobis deus etc. alio modo figuraliter: & occulte: quia omnia
sacrificia & sancta ueteris testamenti sunt figure Christi. Si autem illius litteris non
creditis quomodo meis uerbis creditis? non quia lex Moysi sit maioris autoritatis quã
uerbum Christi scdm ueritatem sed tm̃ secundũ Iudeoꝝ reputationem. uocat̃ etiam
lex Moysi littere. doctrina Antixpi uerbũ qa Moyses doctrinã suã tradidit litteris
non Antixp̃s quia lex euangelica est lex amoris & ideo fuit scripta in cordibus Apo/
stoloꝝ p̃ receptionẽ spiritussancti sicut diffusius declarauī sup epistolã ad Hebreos.

POst hec abiit Iesus. Postq̃ egit de uita spirituali: .VI.

Hic consequenter agit de nutrimento sibi correspõdenti & diuidit in duas ptes.
qa primo ponit̃ sensibile signum de collatione cibi corpalis ut per hoc inducamur ad

intellectū cibi spiritualis. secūdo subiungit de ipso spirituali cibo ibi. respondit ei Iesus. Prima in tres. quia primo ponit miraculi tempus & locus. secundo miraculi actus ibi. Cum subleuasset. tertio cōsequens fructus ibi. Illi ergo homines. In prima parte dicit sic. Post hec aūt. que predicta sunt. Abiit Iesus transmare Galylee: Iudei enim quere/rebant eum interficere & non erat adhuc tempus passionis sue. ideo recedendo dedit exemplū cedendi ad tempus malicie hominū ostendens q̄ aliquando esset licitū Xp̄i/fidelibus in persecutiōe fugere. quod est Thyberiadis. illud enim mare est quidā lacus magnus per quem transit Iordanus fluuius sed uocat mare secundū modum loquendi hebraicum: in quo congregatio magna aquaꝝ dicit mare secūdum illud Gen̄. primo congregationes aquaꝝ appellamus maria. uocat aūt mare Galylee a prouintia iuxta quā transit & mare Thyberiadis ex nomine ciuitatis edificate ī littore que antiqtus Cenereth dicebat: Sed ab Herode tetrarcha fuerat reedificata & ampliata: & Thibe/rias uocata in honore Thyberii Cesaris. uocatur etiam illud mare aliis nominibus ut declarauī super Mat: & ideo ista ōmitto. Et sequebat eum multitudo magna. quidam ex deuotione ab eo curati: quidā maliciose uolentes eum capere in sermone: ut Pha/risei: & quidā ex desyderio addiscendi & aliqui ex curiositate mira cula que faciebat uidere: ideo sequit. quia uidebant signa que faciebat super his qui infirmabant. hoc addit ad ostendendū q̄ fiebant uirtute diuina magicis enim artibus bene fiunt aliqua curiosa & inutilia: sicut q̄ statue loquebantur & consimilia sed sanitates que fiunt ad reducendum homines in deū fiunt tātumodo uirtute diuina: sicut dicitur in itinerario clementis. Subiit ergo in montem. quia erat locus deuotionis & doctrine aptus. ideo sequitur. ibi sedebat cum discipulis suis. docens eos. & sic patet locus in quo factum est miraculū sequens. tempus autem in quo factum est describitur cum dicitur. Erat autē proximum pascha dies festus Iudeorum. istud est secundum festum paschale de quo iste euangelista facit mentionem & in primo pascha te non fuit Iesus in Hierusalem quamuis enim Christus legem seruauerit tamen in hac sollemnitate non fuit: quia illi qui habebant inimicicias capitales excusati erant. ex precepto legis quo precipitur omnem masculum apparere coram dño in sollemnitate paschali: Sic autem erat de Christo: quia Iudei querebant eum interficere. propterea Xp̄us sicut seruando legē ostendebat se esse uer̄ hominem de filiis Israel secundū carnem: Sic aliqn̄ p̄termittēdo obseruationem eius ostendebat se esse supra legem. Cum subleuasset. Hic consequēter ponit miraculi actus: & diuidit in tres. quia primo ponit miraculi necessitas. secundo describitur eius qualitas ibi dixit ergo Iesus. tertio ostenditur eius ueritas ibi. Cū aūt impleti sunt. primum ostenditur triplicater. scilicet ex populi multitudine cum dicitur. Cum subleuasset oculos Iesus & uidisset quia multitudo magna uenit ad eum. tantum enim desyderabant audire Christum q̄ omm̄serant apportare secū alimentum: p̄pter quod necessarium erat fieri miraculum. ostenditur etiam hoc necessarium ex defectu peccunie cum subditur. unde ememus panes ut manducent hi. non petit ignorans q̄ deficerēt eis precium sed ut ex respōsione Philippi appareret certius miraculum. unde subditur. hoc autem dicebat temptans eum. ut per hoc defectus peccunie alius osten/deretur. Sicut Gen̄. xxii. Temptauit deus Abraham ut eius obedientia alius manifes/taretur non sibi propter hoc sequitur. Ipse enim sciebat quid esset facturus. quia in/quantum deus omnia nouit ab eterno & inquantū homo habuit plenitudinē scientie a principio conceptionis. respondit Philippus ducentoꝝ denarioꝝ panes non sufficiūt eis. q. d. pauperes sumus: tantam peccuniā habere non possumus etiam si haberemus non sufficerent pro eorum refectione: ideo sequit. ut unusquisq; modicum qd accipiet

Iſte enim Philippuſ adhuc rudiſ exiſtenſ non aſpiciebat ad eiuſ uirtutem qua de aq̄
uinum fecerat: nec ad alia ſigna. oſtenditur conſequēter hoc miraculum ex cibi pau/
citate. dicit ei unuſ ex diſcipulis eiuſ Andreaſ frater Symonis Petri hic uidetur meliuſ
diſpoſituſ quā Philippuſ: qa in reſurrectione ſua uidet̄ habere reſpectum ad multitu/
dinem panum: eo mó quo factum eſt per Helyſeum. iiii. Regū. iiii. ca. unde ſubdit̄.
eſt puer unuſ hic qui habet quinq; paneſ ordeaceoſ & duoſ piſceſ: ſed hec qd ſunt inter
tantoſ? q. d. ſi multiplicarentur eo modo quo factum eſt per Heliſeum qui dicit̄. xx.
panibuſ multiplicatiſ non ſaciauit niſi centum uiroſ & in iſta magna multitudine hoc
eſſet ualde modicum. Dixit ergo Ieſuſ oſtenſa miraculi neceſſitate. hic conſequenter
deſcribit̄ eiuſ qualitaſ per multiplicationem panum uirtute Chriſti & hoc eſt quod
ſubdit̄. facite homineſ diſcumbere. i. ordinate ſedere ad comedendum. Erat aūt fenum
multum in loco. hoc interponitur ad oſtendendū q̄ locuſ erat aptuſ ad comedendum
diſcubuerunt ergo uiri numero quaſi quinque milia uiroꝝ. ſecundum modum hebraicū
ſolt uiri hic numerant̄ a uiginti anniſ: & ſupra ut habetur Numeri. xxvii. mulieres aūt
& paruuli tacētur. Accepit ergo Ieſuſ paneſ. quia in manibuſ ſuiſ multiplicati ſunt. de
modo huiuſ multiplicationiſ dixi ſup Mat. xiiii. ubi ibidem idem miraculum deſcribit̄
Sciendum tñ q̄ Chriſtuſ non creauit paneſ de nouo ſed preexiſtenteſ multiplicauit.
ut miraculū eſſet magis notū: qa taliſ multiplicatio eſt magis perceptibiliſ quā creatio
Et cum gratiaſ egiſſet diſtribuit diſcumbentibuſ. i. per Apoſtoloſ diſtribui precepit.
Sciendum etiam q̄ Chriſtuſ aliquando facit miraculum in operando ut oſtenderet ita
facere propria uirtute: aliqñ aūt orādo ut hic cum dicitur gratiaſ egiſſet ut oſtēderet
q̄ taliter faciebat ab eo non p̄ demoneſ magica arte ut Phi. dicebant. Vt aūt impleti
ſunt. Hic oſtendit̄ miraculi ueritaſ. Si enim multiplicatio fuiſſet tantum ſecundū ap/
parentiā homineſ non fuiſſent inde ſaciati nec remanſiſſent reliquie ſenſibileſ: ideo ad
maiorem declarationem miraculi & eiuſ publicationē ſubditur: Dixit Ieſuſ diſcipuliſ
ſuiſ colligite que ſuper fuerunt fragmenta ne pereāt. qa per fragmenta portata aliuſ
qui ibi non fuerant publicatū eſt miraculum: & approbatum: quia uere & non ficte
reficiebantur. collegerūt & impleuerunt duodecim Cophinoſ fragmentoꝝ non a caſu
ſed ex diuina diſpoſitiōe impleti ſunt duodecim Cophini: ſcd̄m numerū duodecī Apo/
ſtoloꝝ: ut per hoc deſignaretur q̄ fragmenta uerborum Chriſti per Apoſtoloſ per
mundum portarentur. Sed ſi querat̄ unde habuerunt illoſ Cophinoſ in monte. Pōt
dici q̄ receperunt in aliqua uilla propinqua: uel fuerunt ibi portati ut uenderentur
multitudini uenienti uel poteſt dici q̄ non fuerunt ibi Cophini ſed tantum collegerūt
de fragmentiſ q̄ duodecim Cophini poſſunt impleri: & bene alibi inuenitur taliſ
moduſ loquendi. Ex quinq; panibuſ. hoc etiam facit ad euidentiam miraculi q̄ pluſ
remanſerit quam in principio fuerit. Illi ergo. hic ponitur miraculi fructuſ qui
oſtenditur triplex. primuſ eſt fidei confeſſio. ſecunduſ honoriſ exhibitio ibi. Ieſuſ
ergo. tertiuſ Chriſti ſolicita inquiſitio ibi. ut autem ſero. Circa prmum ſciēdum q̄ in
lege erat promiſſuſ tanquā propheta ceteriſ excellentior ut habetur Deut. xviii.
prophetam ſuſcitabit nobiſ deuſ etc. Viſo miraculo de p̄dicto populuſ confeſſuſ ē illū
eſſe de quo loquitur predicta ſcriptura: & ſic confitebantur eum eſſe uere Chriſtum
& hoc eſt quod dicitur. Illi ergo homineſ cum uidiſſent q̄ fecerat ſignum. aliaſ non
auditum: quia iſta multiplicatio que facta eſt per Helyſeum fuit multū deficiens ab
iſta: ut patet per predicta. Dicebat quia hic eſt uere propheta qui uenturuſ eſt in
mundum. ad ipſum ſaluandum. Sic autem non uenerunt alii prophete: Sed ſolum ad
nunciandum iſtiuſ aduentum. Ieſuſ ergo. hic ponit̄ ſecūduſ fructuſ: qui eſt honoriſ

exhibitio Christus enim erat promissus Rex futurus secundum q̄ habetur Hieremie xxxiii. Et suscitabo Dauid germen iustum. & ideo postq̄ cōfessi sunt eum esse Xp̄m uoluerunt consequenter ipsum facere Regem: tamen non acceptauit hunc honorem & hoc est quod dicitur. Iesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent eū & facerēt eum Regem fugit iterum ipse solus in mōtem. in hoc dās exemplū nobis fugiendi honores & acceptandi labores: quia ad passionem quesitus se obtulit. Si autē queratur quare non tunc acceptauit regnum cum esset suum ex diuina promissione. dicendū q̄ licet esset suum dicto modo: tamen non erat manifestandum nisi tempore debito hoc autem non debuit esse primo aduentu: ne fides catholica potentie humane ascriberetur: sicut lex Machometi: qui per potentiam gladii incipit & per eam tenet propterea quia per prophetas erat denuntiatus primo uēturus ad sustinendū obiec/ tionem & mortem: postea autem uenit ad manifestandum regium honorem & ꝓpter hoc Actuum primo dicitur Apostolis querentibus domine si in tempore hoc res. re. is respondit non est ue. no. temp. etc. Vt autē sero hic ponitur tertius fluctus miraculi predicti qui est sollicita Christi quesitio: & primo queritur qualiter quesitus est a dis/ cipulis. secundo a turbis ibi. altera autem. In prima parte dicitur sic. Vt autem sero factum est discipuli eius descenderent ad mare. ut quererent magistrum suum qui ab eis recesserat: ut predictum est: & patet ex hoc deuotio eorum ad ipsum: quia propter noctem imminētem non desierunt querere eum. Et cū ascendissent uenerūt trāsmare in Capharnaum. id est uoluerunt uenire q̄ credebant illuc esse Christum ꝓpter hoc subditur. Et tenebre iā facte erant Christū enim ex altera parte maris Thyberiadis usq; ad noctem spectauerunt. Et non uenerat ad eos Iesus. propter quod credebant ipsum mare transisse sine eis. mare autē uento magno flante exurgebat. ex quo patet desiderium eorum essendi cum eo: q̄ propter tempestatis periculum non differebant uenire ad eum. Cum remigassent ergo quasi stadia uiginti quinq; aut triginta. stadiū est octaua pars miliaris & sic patet. dcc. xxv. stadia faciūt tria miliaria & unū stadiū Videntes Iesum ambulantem super mare. non quia habuit corpus fantasticum sicut dicit Manichеus: sed uirtute diuina sic ambulauit: quia & Petrum eadem uirtute fecit ambulare supra aquas maris: ut habetur Mat. xiiii. quia habuit corpus graue & pō/ derosum etiam secundum Manichеum. Et timuerunt. tum propter aque periculum: tum quia timebant ne esset quid fātasticum: & ideo utrumq; timorem remouet dicēs. Ego sum. uere & non fantastice. nolite timere. quia possum eos de periculo aque recu/ pere. Voluerunt ergo eum recipere in naui. ut securius essent ex sua presentia & statī fuit nauis ad terram ad quam ibat. scilicet Capharnaum & sic patet ibi triplex mira/ culum. primo quia super aquas ambulauit. secundo quia tempestatem sedauit. tertio quia in breuissimo tempore fuerunt in partu a quo multum distabant. Solet autem queri utrum sit idem factum quod hic describitur & Matth. quartodecimo ad hoc dicit Cris. q̄ non primo quia ibi dicitur q̄ discipuli ex precepto Christi nauem intra/ uerunt hic dicitur q̄ propria uoluntate hoc fecerunt. secundo quia ibi dicitur q̄ uenies ad eos supra mare intrauit nauim. hic autem non dicitur. tertio quia hic dicitur q̄ aplicuerunt in Capharnaum ibi autem dicitur q̄ applicuerunt in terram Genasar & ideo dicat q̄ est aliud & aliud factum: habens tamen similitudinem in multis. nec est mirum: q̄ Christus frequenter legitur similia fecisse Aug. uero dicit contrarium: quia Matthеus post resurrectionem turbe narrat hanc apparitionem Christi supra mare sicut hic qui uult Augustinū sequi potest. ad opinionem Crisostimi. Ad primum potest dici q̄ Christus p̄cepit Apostolis ut pararēt se ad transfretādū & itez illis ignorātibus

aſcendit in montem orare: & ipſum expectauerunt uſq; ad ueſperam: & ut uidenteſ q̄ non uenirent crediderunt ipſum aliter tranſire. propter quod tunc aſcenderunt nauim propria uoluntate: ut quererent eum: & ſic non eſt contradictio quia primo Xp̄uſ preceperat ut dicit Matthеuſ quod poſtea ipſo abſente p̄pria uoluntate executi ſunt. Ad ſecundum dicendum q̄ Iohanneſ non negat Chriſtum intraſſe nauem: Sed dicit q̄ uoluerunt ipſum rapere quando appropinquauit eiſ: Sed tunc non intrauit ſed ibat extra nauem: & petruſ petiit ipſum uenire ſupra aquaſ ut dicit Matthеuſ ibi. Poſtea cum Petro intrauit nauem. Ad tertium dicendum q̄ Genaſar non eſt nom̄ ciuitatiſ ſed regioniſ ſupra illud mare exiſtenſ & dicitur Genaſar quaſi generanſ aur̄ propter uentum ibidem ex mari generatum. In illa autem regiõe eſt ciuitaſ Capharnaum & ideo uenire Capharnaum eſt uenire genaſar: ſicut uenire Pariſiuſ eſt uenire in terr̄ Francie uel ſi dicatur q̄ Genaſar eſt uilla. dicendum q̄ erat prope Capharnaum & in confiniſ utriuſq; applicuerunt: medium autem ab utroq; extremo denominatur. Altera. hic oſtendit qualiter fuit queſituſ a turbiſ. multi enim uiderant & audierant ſignum factum de panibuſ in craſtinum uenerunt ad locũ ubi Ieſuſ fecerat illud ſignum: & non inuenienteſ eum uenerũt ad alteram part̄ nauiſ & ibi inuenerũt eum cum diſcipuliſ ſuiſ. & quia ibi erāt tantum due nueſ una in q̄ ipſi uenerant quereнteſ Ieſum & alia in qua uenerant Apoſtoli & die precedenti uiderant q̄ Ieſuſ non intrauerat nauem cum diſcipuliſ ſuiſ: & ideo mirabantur qualiter intraſſet illud mare ideo querebant. Rabi quando huc ueniſti. alia littera patet ex dictiſ. reſpondit Ieſuſ poſito ſigno de cibo corporali: hic conſequenter ponitur doctrina de cibo ſpirituali cibuſ autem ſpiritualiſ eſt ipſum uerbum incarnatum principaliter ratione deitatiſ: & ex conſequenti ratione aſſumpte carniſ que non datur in cibum in ſacramento euchariſtie. & ideo primo agitur de cibo ſpirituali quod eſt uerbũ. ſecundo de cibo ſpirituali q̄ eſt ſacramentũ ibi. Et paniſ quem ego dabo uobiſ. Prima in duo. q̄a primo oſtẽdit Chriſti doctrina. ſecundo ſubiungitur Iudeoꝝ murmuratio maligna ibi. murmurabāt prima diuiditur in quattuor. quia primo inuitat eoſ ad querendum ſpiritualem cibum ſecundo oſtendit inueniendi modum ibi. dixerunt ergo. tertio oſtenditur quid ſit ille cibuſ ibi. dixerunt ergo ad eum da nobiſ domine. quarto qui pertingunt ad fruitionẽ eiuſ ibi. Omne quod dat mihi pater. In prima parte dicitur ſic Reſpondenſ eiſ Ieſuſ uidenſ enim q̄ ita ſollicitate querebant eum propter cibum corporalem: quem eiſ dederat & ad huc iterum ſperabant habere: arguit eoſ dicenſ. Amen amen dico uobiſ queritiſ me quia uidiſtiſ ſigna. ad credendum & uenerandum: loquitur de illiſ ſolum qui male mouebantur quia multi bona deuotione ſequebantur eum ut predictum eſt: & aliqui ex mala & carnali intentione: ideo ſequitur. Sed quia manducaſtiſ ex panibuſ & ſaturati eſtiſ. quaſi diceret deberetiſ eſſe magiſ ſolliciti de cibo ſpirituali: qua anima ſuſtentatur: quia melior eſt cibo corporali quanto anima melior eſt corpore: ideo ſequitur. operamini enim cibum qui non perit ſed qui permanet in uitam eternam. id eſt operam date ut poſſitiſ habere cibum ſpiritualem: qui non perit ſicut cibuſ corporaliſ: ſi enim cibuſ corporaliſ maneat in propria forma non nutrit ſed magiſ nocet corpori: & ſi nutriat oportet q̄ a propria natura pereat & conuertatur in membra. Econuerſo autem cibuſ ſpiritualiſ manet & conuertit in ſeipſum ſummentem: quia deuſ ſibi noſ incorporat: & non econuerſo unde Auguſtinuſ loquenſ in perſona huiuſ cibi dicit cibuſ ſiue gaudium nõ me mutabiſ in te: ſed tu mutaberiſ in me. quem filiuſ hominiſ dabit. id eſt paratum eſt dare. quia ad hoc uenit in mundũ. Hunc ergo ſignificauit deuſ pater. id eſt ad hoc ipſum aſſignauit mittendo

in mundū. propter quod infra decimooctauo dicitur. Ego ad hoc ueni in mundum ut testimonium perhibeam ueritati. & hoc est dare spiritualem. Dixerunt ergo. consequenter ostenditur modus habendi cibum hunc. scilicet per ueram fidem per quam deus homini incorporatur: & primo circa hoc ponitur Christi instructio. scđo Iudeorum obiectio ibi. dixerunt. Istructioni uero Christi premittitur eorum interrogatio cum dicitur. dixerunt ergo ad eum. querendo qualiter possunt habere cibū illum: quid faciemus ut operemur opera dei? id est opus per quod possumus predictum cibum habere. Respondit Iesus & dixit eis. hoc opus est opus dei per quod cibū hunc poteritis habere siue assequi. ut credatis in eum quem misit ille. ꝙ autem fides hic dicitur opus uidetur esse contra illud ꝙ habetur Roman: quarto. ubi fides distinguitur contra opera. dicendum ꝙ distinguit contra opera exteriora: hoc autem dicitur manens cum anima. dixerunt. hic contra dictum Christi obiciunt dicentes. Quod ergo signum tu facis ut uideamus & credamus tibi? quasi diceret ad huc non feciſti similia Moysi. propter quod subditur. patres nostri manna manducauerunt & mortui sunt. quasi diceret Moyses dedit nobis manna tu autem panem ordeatū Item dedit quadraginta annis: tu autem pauisti nos semel tantum: & subditur X̄pi responsio. Amen amen dico uobis non Moyses dedit uobis panem de celo scilicet proprie dicto: sed de celo aereo: quia descendebat ut ros uel pluuia ut habetur Numeri undecimo. Sed pater meus dat uobis panem de celo uerum. dicitur enim uerum contra figurale: & ideo manna non fuit proprie uerus panis: quia fuit figura panis spiritualis dati in sacramento: & ideo ille uerus panis qui fuit figuratus per illum dicitur de celo uere & proprie dicto. quia Christus ratione deitatis de celo oritur. id est de deo patre: Similiter ratione humanitatis: quia anima a deo immediate creatur: uirtus etiam formatiua corporis fuit spiritussanctus ut supra dictum est: ideo sequitur. panis enim dei est qui de celo descendit modo predicto. & dat uitam mundo. effectus enim uere panis est uitam cōseruare. ideo iste est uerus panis spiritualis qui dat & conseruat uitam spiritualem. hoc autem competit uerbo incarnato: propter quod dicit infra: ego ueni ut uitam habeant. Dixerunt ergo. Hic ostenditur quid sit iste panis spiritualis: Iudei audientes bonitatem huius cibi dixerunt. Domine da nobis semper panem hunc. uolebant enim decetero semper esse refecti sine esurie: & labore: sicut de muliere dictum fuit quarto capitulo que petiit a Christo domine da michi hanc aquam ut non sitiam. ueruntamen sicut illa non intelligebat cōdictionem aque spiritualis: sicut nec isti de pane spirituali: & ideo Iesus ostendit eis quid sit ille panis dicens. Ego sum panis uite. quia non solum uitam conseruat sed etiam dat ipsam de nouo. panis autem corporalis uitam preexistentem prolongat: ideo sequitur. Qui uenit ad me. per fidem formatā caritate. non esuriet & qui credit in me non sitiet in eternum. quia licet habens deum quem iam habet per gratiam desiderat plenius habere per gloriam: tamen non desyderat rem non habitam: cibus autem & potus corporalis est cōtrarie condictionis: quia habitus in plenitudine in fastidium uertitur: Sed quia possent Iudei dicere nos petimus a te panem istum & tū non respondes dabo uel non dabo: ideo adhuc respondet dicens. Si dixi uobis. ꝙ ego sum panis uite. & quia audistis me. & sic habetis hunc panem in p̄sentia uestra quem paratus sum dare. non credistis. in hunc panem & non quesistis: Sed magis corporalem. Omne quod dat mihi pater. Hic consequenter ostendit qui sunt illi qui fruuntur hoc pane: quia illi qui habent gratiam in presenti fruuntur imperfecte: in gloria autem fruentur perfecte: & hoc est quod dicitur. omne quod

dat mihi pater.i. facit mihi adherere nó solú scd'm p̄sentē iusticiā: sed etiā secúdum eternā p̄destinationē. ad me ueniet. p̄ fidē formatā. Et eú qui uenit ad me. hoc mó non eiciam foras. qa oís p̄destinatus naturaliter saluat' cuius causa subdit'. Quia ego descendi de celo nó ut faciā uolútatē meā: sed uolútatē eius q̄ misit me. nó ē propter hoc itelligēdú q̄ uolútas Xp̄i i aliquo discordet a uolútate patris qa scd'm diuinā natura eadē ē oíno uolútas patris & filii: Similiter scd'm naturā humanā uolútas eius nó poterat a uolútate diuina discordare: cú aía Xp̄i esset coniuncta uerbo nó solú p̄ fruitionē: sed etiā p̄ realē unionē & sic uoluntas Xp̄i nullo mó a uolútate patris p̄ót discrepare: & ideo facere uolútatē patris & facere uolútatē suā ē idē scd'm rē: & econuerso q̄n ergo dicit. descendi de celo non ut faciā uolútatē etc. ē cómunis modus loquēdi apud hoies illius q̄ omnino seq̄t'. uolútatē alterius & ē sensus. descēdi etc. ac si diceret' nó ueni declinādo in aliquo a uolútate patris & p̄ cósequēs ueni ad p̄ficiendú salutē electoz̄: qa hoc ē uolútas patris ipsis p̄destinatis. ideo seq̄t'. hec ē uolútas eius q̄ misit me patris: ut omne qd̄ dedit mihi. nó solú scd'm p̄item iusticiā: sed etiā scd'm eternam predestinationem. non perdam ex eo . quia si talis aliquando cadit in peccatum finaliter tamen resurget. Sed resuscitem illud. ut corpore & anima perfruat' in gloria. in nouissimo die. homines enim resurgent ad uitā immortalē & ideo post illā resurrectionē nó erit in natura humana generatio nec corruptio nec p̄ cósequēs in aliis creaturis corruptibilibus: que sunt p̄pter hoiem: & p̄ cósequēs túc cessabit motus celi: qui ordinat' ad cóplendú numez̄ electoz̄ p̄ generationē: & cessabit tp̄s qd̄ seq̄t' motú celi: ut habet'. iii. Phisi. p̄pter hoc habet' Apoc. iii. Iurauit p̄ uiuentē in secula seculoz̄ q̄ tempus amplius non erit patet ex dictis q̄ nouissimus dies erit dies resurrectiónis generalis: & qa ista resurrectio ordinatur ad hoc q̄ electi sint p̄fecte beati ideo seq̄t' hec est uolútas patris mei q̄ misit me ut oís q̄ uidet filiú. sed hic nó accipit' p̄ essentiā cú nó stet cú actu credendi: sed accipit' p̄ cognitione fidei formata ideo subdit'. & credit in eú. cedendo in ip̄m p̄ dilectionē. habeat uitā eternā. si p̄seuerent qd̄ est infallibile uez̄ in predestinatis de quibus loquit' ut patet in p̄dictis ideo seq̄t'. & ego resuscitabo eú etc. exponat' sicut p̄us. Murmurabant ergo. posita Xp̄i doctrina de spūali cibo: hic ponit' i cótrariú Iudeoz̄ murmuratio & diuidit' i duo. qa p̄mo ponit' hic murmuratio. scd'o eius sedatio cú subdit' ibi. respōdit ergo Iesus. Circa p̄mú sciendú q̄ Iudei credebāt Xp̄m esse hoiem puz̄ de semine Ioseph ex Maria cóceptú ignorantes ip̄m formatú uirtute spiritus sancti: & ideo murmurabāt de hoc q̄ dixerat ego sú panis uite q̄ de celo descēdi. & patet littera. Respōdit: hic ponit' murmuris sedatio: & diuidit' i tres. qa p̄mo admonitio ponit'. scd'o causa murmurationis subdit' ibi. nemo p̄ót. tertio ratio dicti p̄pter qd̄ murmurabāt reddit' ibi. amē amen dico uobis. In p̄ma p̄te dicit sic admonēdo eos. nolite murmurare inuicē. qa patres eoz̄ i deserto fuerunt grauiter puniti p̄pter murmurationē: & ideo admonitio Xp̄i est salubris ne cadāt in cósimilē penā. Nemo p̄ót. hic ostendit' causa p̄dicte murmurationis que nó causabat' ex uerboz̄ Xp̄i falsitate cú essēt uerissima: Sed ex Iudeoz̄ incredulitate: & hoc ē qd̄ dicit'. nemo p̄ót uenire ad me p̄ fidē formatā: nisi pater q̄ misit me traxerit eú. nihil. n. p̄ót ascēdere ad illud qd̄ ē supra naturā suā nisi ab alio trahat' sicut lapis nó p̄ót sursú ascēdere nisi p̄ motú alterius. fides aút formata caritate trahit quodāmó ad naturā diuinā scd'm illud Pe. i. magna & p̄ciosa p̄missa donauit nobis ut per hoc efficiamini cósortes diuine nature. & ideo tale donú nó p̄ót hó assequi nisi a deo trahat'. Iudei aút nó sic erant tracti: ideo murmurabant de uerbis Xp̄i. Illi aút q̄ a patre trahúnt' ad filium p̄ fidē formatam consequentur uitam eternam. ideo subditur.

Et ego reſuſſitabo eum etc. quia anima nō eſt ad plenum beata donec fuerit corpori reunita. & quia predictuſ tractuſ eſt per diuinam inſpirationem: ideo hoc oſtendit p ſcripturam dicens. ſcriptum eſt in ꝓphetis & erunt omneſ docibileſ dei. i. doctoſ a deo. ſententia huiuſ habetur Iſa. liiii. ponam omneſ filioſ tuoſ doctoſ ad omnia & Iere. iii. dabo uobiſ paſtoreſ iuxta cor meum: & paſcent uoſ ſcientia: & doctrina. & eſt eadem ſententia cum illa que hic a ſaluatore exp̄mitur. Xp̄ſ enim & apoſtoli nō ſemper al/ legarunt ſcripturam de uerbo ad uerbum: ſed ſuffecit eiſ accipere ſententiā. Cuiuſ aūt efficacie ſit diuina inſpiratio oſtendit dominuſ. Omniſ qui audiuit a patre. predictaſ inſpirationeſ ꝓcipiendo. & didicit ea. ſequendo. uenit ad me per fidem formatā: in p̄ñti & p gloriam in futuro. & quia deuſ pater docet hominē non operando uiſibilia: ſicut homo uel ſicut angeluſ in corpore ab eo moto: uel ſicut dei filiuſ dicitur in corpe ſibi unito. ideo ſeq̄t. Non quia patrē uidit quiſq̄ niſi iſ qui eſt a deo. ſ. filiuſ qui naturaliter ꝓcedit a patre. Notandum q̄ per hanc dictionē: qſq̄: poteſt intelligi nat̄a humana ſicut uerū eſt q̄ nulluſ homo ante Xp̄m uidit patrē: niſi forte in quodam raptu ſicut Moyſeſ: & taliſ uiſio nō erat ſimiliſ uiſioni Xp̄i qui ab inſtanti ſue conceptioniſ uidit diuinam eſſenciam: per modum habituſ ꝓmanentiſ: & utens ſenſibuſ corporiſ. Si aut̄ per li quiſquam omniſ excludit̄ creatura ſicut itelligitur quod ſeqtur de filio ſecundū diuinam naturam: & de uiſione: cōprehenſioniſ que competit ſoli deo. per hoc aut̄ q̄ dictio excluſiua niſi adiungitur filio non excluditur pater: & ſpirituſ ſanctuſ: quorū una eſt ſimplex uiſio. dictio enim excluſiua addita perſone reſpectu termini eſſēcialiſ non excludit aliam perſonam ut diffuſiuſ patet primo ſententia q̄. Amen amen dico uobiſ. reprehenſa iudeoꝝ murmuratione ſaluator reddit cauſam eiuſ q̄ dixerat. Ego ſum paniſ uite qui de celo deſcendi. q̄ſi ſatiſfaciens eoꝝ queſtioni: & q̄ illud dictum ſit uerū arguit. ille eſt uere paniſ uite & de celo deſcendens qui poteſt p̄ſeruare a morte & dare uitam eternam & celeſtem: taliſ paniſ qui eſt uerbum incarnatū non aūt paniſ datuſ a Moyſe in deſerto: qa omneſ qui manducauerūt ex illo mortui ſunt. ergo etc. Amen amē dico uobiſ qui credit in me. per fidem formatam. habet uitam eternā quia uirtualiter in gracia cōtinetur. alia littera patet ex dictiſ. Et paniſ quem ego dabo uobiſ. Poſtq̄ egit de pane ſpūali quod eſt uerbum. hic conſequenter agit de pane ſpi/ rituali quod eſt ſacram̄tum: & diuiditur in duo. quia p̄mo circa hoc ponitur doctrina Xp̄i. ii. exponitur que uidebatur obſcura. ibi. multi autem audienteſ. Prima in duo. quia primo oſtenditur ꝓpoſitum. ii. ꝓbat̄ quoddam ſuprapoſitum ibi. Qui manducat. Prima in treſ. quia p̄mo ſaluator docet huiuſ ſacramenti q̄litatem. ii. ipſiuſ neceſſitatē ibi. Litigabant. iii. eiuſ ueritatem ibi. Caro enim mea uere eſt cibuſ. Circa p̄mū ſciendū q̄ in ſacramento eukariſtie continetur uerbum incarnatum. Et ideo oſtendens huiuſ ſacramenti qualitatem. iii. tangit. Primum eſt illud quod eſt ibi ſacramentū tantum. ſ. ſpecieſ paniſ cum dicit. Et paniſ. Secūdū eſt actor ipſiuſ ſacraamenti qui eſt ipſe Xp̄ſ ſacerdoſ ſūmuſ: aū ſacerdoſ q eſt miniſter huiuſ ſacramenti tm̄modo profert uerba nō in ꝓpria perſona ſed in perſona Xp̄i. in aliuſ aut̄ ſacramentiſ utitur miniſter uerbiſ ſuiſ uel uerbiſ eccleſie quibuſ exp̄mitur actuſ quem facit: ut in baptiſmo patet cū dicit Ego baptizo te. Sed in ſacramento eukariſtie ſolum refert uerba Xp̄i qui pridie q̄ pateretur etc. & ſequūtur uerba Xp̄i cōſecratōm efficiētia & hoc notatur cū dicitur quem ego dabo. Tertium eſt reſ ſignata & contenta. ſ. uerū corpuſ Xp̄i cum dicitur Caro mea eſt. & accipitur hic caro ꝓut dicitur cōtra animam & ſanguinem quia licet ſub ſpecie paniſ ſit anima & ſanguiſ hoc tamen non ex uirtute ſacramenti: ſed ex con/ comitantia reali: ſicut & ipſa diuinitaſ. Quartum eſt reſ non contenta Sed tantum

ſignata. ſ. corpuſ Chriſti miſticum: quod cõiungit̃ capiti ꝑ caritatem. Hoc aũt ſacra/
mentum dicitur ſacramentum amoriſ. ideo dicitur. pro mundi uita. Sicut enim uita
naturaliſ eſt in mẽbriſ: eo ꝙ uniuntur capiti a quo recipiũt influẽtiã ſenſuſ: & motuſ.
Sic in fidelibuſ qui ſunt membra uite ſpiritualiſ conſeq̃t̃ eo ꝙ uniũtur capiti Chriſto
per ſacramentum amoriſ. Conſiderandum etiã ꝙ bene dicit. mũdi. qa alia ſacramenta
ſolum proficiunt ipſi recipienti: ſoluſ enim baptizatuſ recipit graciam baptiſmalem:
& non alii: Sacramentum autem eukariſtie non ſolum proficit ſacerdoti ſumenti: ſed
toti eccleſie. & illiſ qui ſunt in purgatorio: cuiuſ ratio eſt: quia ſacramẽtum non eſt tm̃
ſacramentum. ſed eſt eccleſie ſacrificium inq̃tum continet Xp̃m paſſum: & ideo ꝓficit
oĩbuſ Xp̃i fidelibuſ. Si aũt ſumat̃ alio mõ ſicut a laico: tunc proficit ſolũ ſumẽti: qa
officiũ eiuſ non eſt offerre ſacrificiũ. ſed tantum accipe ſacramentũ. Litigabãt ergo.
Hic conſequẽter oſtenditur huiuſ ſacramenti neceſſitaſ. Iudei enĩ rudeſ p̃dicta uerba
Xp̃i audienteſ reputabant ea inutilia & impoſſibilia: ideo oſtendit neceſſitatem huiuſ
ſacramẽti dicens. Niſi manducaueritiſ carnem filii hominiſ. Sicut enim in uita corpali
cibuſ eſt neceſſariuſ ad uitam conſeruandam: ita in uita ſpirituali hoc ſacramẽtum eſt
neceſſarium: qa eſt uite ſpiritualiſ cõſeruatiuũ: qa ſicut baptiſmuſ eſt quedã ſpiritualiſ
regeneratio. Ita eukariſtia eſt quedam ſpiritualiſ enutritio. ſeqtur. & sãguinem eiuſ
biberitiſ. non eſt per hoc intelligendum: ꝙ hoc ſacramentum ſit fidelibuſ exhibendũ:
Sed tm̃ hoc modo a ſacerdote ſumendum. licet enim in primitiua eccleſia populuſ ſub
utraq; ſpecie cõmunicaret: tamẽ poſtea ꝓuide ordinatum eſt: ut non cõmunicet ſub
ſpecie uini: ꝓpter ꝓiculum effuſioniſ: & qa ſub ſpecie paniſ accipit̃ qd̃amodo ſanguiſ
q̃tum ibi continetur ut predictum eſt: quia ſub utraq; ſpecie eſt totuſ Xp̃ſ aliter tamẽ
& aliter: quia ſub ſpecie paniſ eſt uera caro Xp̃i ex uirtute ſacrm̃ti: cetera uero sũt
ibi ex cõcomitantia reali: & eodem mõ ſub ſpecie uini eſt sãguiſ Xp̃i ex ui ſacramẽti
cetera concomitatiue. Notandum ꝙ ex hoc ꝙ dicitur. Niſi manducaueritiſ etc. dicũt
greci ꝙ hoc ſacramentum eſt tante neceſſitatiſ: ꝙ pueriſ debet dari ſicut baptiſmuſ: qd̃
eſt falſum: quia in ſumente ad hoc ſacramentũ reqritur actualiſ deuotio & reuerentia
que non ſunt in pueriſ: & ideo hec dictio niſi qd̃ ĩportat receptũ uel neceſſitatẽ tãtũ
mõ ĩtelligit̃ de adultiſ qbuſ neceſſariũ eſt ad ſalutẽ: hoc ſacramentum accipe ſaltem in
uoto ſi nõ poſſit haberi in re. Qui manducat. Hic cõſequẽter oñditur huiuſ ſacrm̃ti
utilitaſ que eſt augmẽtatio in uita ſpũali: ſicut cibuſ corpaliſ non ſolummodo nutrit
& conſeruat uitam: ſed perducit ad perfectam quantitatem. Sic uſuſ huiuſ ſacramẽti
perducit hominem ad gracie cõſummationem: que eſt gloria eterna: & hoc eſt quod
dicitur. Qui manducat meam carnem. non tantũ ſacramentaliter ſed etiã ſpiritualiter
percipienſ effectum ſacramenti. habet uitam eternam. quia habet deũ inhabitantem:
qui eſt uita eterna. & ego reſuſcitabo eum etc. ut participatio hũiuſ uite ad corpuſ
deriuetur. Caro enim mea. Hic conſequenter oſtenditur huiuſ ſacramenti ueritaſ.
Xp̃ſ enim frequenter ꝓbolice diſcipuliſ loquebatur: & ideo ne crederent ꝙ caro eiuſ
cõtineret̃ in hoc ſacramento eukariſtie tantũmõ: ſicut in ſigno: & ideo remouet dicẽſ.
caro mea uere eſt cibuſ. quia hic ſumitur realiter: & non figuratiue: & eodem modo ẽ
de ſanguine ſub ſpecie uini. ideo ſubdit̃. Et ſanguiſ meuſ. dicitur etiam caro Xp̃i uere
cibuſ & ſanguiſ meuſ uere eſt potuſ. quia reficiunt animã que eſt inmortaliſ. cibuſ autẽ
corporaliſ reficit corpuſ quod eſt corruptibile. Qui manducat. hic probat quoddam
ſuppoſitũ. dixerat enim ꝙ manducatio corpiſ eiuſ dat uitam. iſtud ꝓbat hic qa illud
per quod unitur p̃ncipio uiuificatiuo illud dat uitam: & hoc patet in uita corporali: ꝙ
hoc autẽ ſacramentum homo unitur Xp̃o: qui eſt pricipium ſpiritualiſ uite. ergo etc.

& hoc est quod dicitur. Qui mãducat meã carnem & bibit meũ sanguinẽ in me manet .i. unitur. & ego in eo etc. quia per caritatem amãs est in amato: & econuerso. Sicut uiuens misit me pater. qui est uita per essenciam: & ego uiuo ꝓpter patrem. filius enĩ inq̃tũ deus & inq̃tũ homo uiuit ꝓpter patrẽ sed aliẽ quia secũdum q̃ deus uiuit ꝓpter patrem inq̃tum ꝓcedit ab eo: accepit tamen eandẽ uitam quam habet pater. scd̃m uero q̃ homo uiuit ꝓpter patrem inq̃tum unitur supposito ꝓcedenti a patre quã unionem coĩcat plenitudo grẽ que est spũalis uita: & eodẽ mó nos iq̃tũ p sacramentum eukaristie unimur deo uiuimus spũaliter: tamen eius unio est realis in unitate suppositi: nrã aũt unio apud ipsum est per fidem: & caritatem: & hoc est quod dicitur. Et qui mãducat me & ipse uiuet ꝓpter me. quia per hoc uniuntur p̃ncipio spũalis uite: ut uisum est: ió cñẽ concludit esse uerũ illud de quo murmurabant iudei tãquã de falso. hic est panis qui de celo descẽdit. quia caro Xp̃i in hoc pane retenta uirtute spiritus sancti fuit formata. Non sicut patres uestri manducauerunt Manna & mortui sunt. & ideo nó fuit uere cibus celestis: sed tãtum figura eius: quia uitã spiritualẽ non cõferebat sed eam dari eandẽ in hoc sacramento prefigurabat: quia erga deuotos habebat omne delectamẽtum: malis autẽ hominibus erat insipidus. unde dicit. Num. xxii. Nauseat anima nostra: super cibo isto leuissimo: Sicut eukaristia digne sumẽtibus: est uite spiritualis solatium: & indigne sumentibus iudiciũ ideo seq̃t. Qui manducat hũc panẽ. s. digne. uiuet in eternũ. seqtur. hec dixit in synagoga. que est locus cõmunis ubi iudei conueniũt. docens in capharnaũ: que erat Metropolis Galylee: hoc addit euãgelista post uerba Xp̃i predicta ad ostendendum q̃ Christus in palam docebat sicut habens doctrinam sanam & non suspectam. Multi ergo audientes. Posita doctrina Christi hic consequenter exponitur & p̃mo ponitur expositio. ii. ad hoc oñditur aliquorum reꝓbatio & aliquoꝝ confirmatio ibi. ex hoc multi. Prima in duo. quia primo ponitur expositionis occasio. secũdo ponitur ipsa expositio ibi. Sciens autem Ihesus. occasio aũ expositionis fuit: quia multi Iudeoꝝ uerba Xp̃i capere non potentes propter suam incredulitatem dixerunt. Durus est hic sermo. in corporalibus dicitur aliquid durum duplici de causa. uel quia non est de facili penetrabile: uel qa reluctat tactui. & in spiritualibus dicitur aliquid durum: uel quia ab intellectu non penetrat: uel qa displicet uoluntati. utroq; mó sermo Xp̃i erat eis durus: quia eius uerba non intelligebant & displicebat eis: quia tantũ de se dicebat: eo q̃ eum purum hominem esse putabant. ideo seqtur. Quis potest eum audire. q. d. blasfemia est. Sciens autẽ. Hic ponit doctrine Xp̃i expositio q̃tum ad scd̃m: de quibus audiẽtes erãt scandalizati. scd̃m ponitur ibi. Spiritus est qui uiuificat. Primum ergo de quo fuerunt scandalizati: erat q̃ dixerat. Descendi de celo. & ostẽdit q̃ non debebant scandalizari predicens ut uiderent eum in posterum in celum ꝓpria uirtute reuerti: & ideo non debebant admirari si diceret se de celo originari: quia quelibet res ad suum locum reuertitur. & hoc est q̃ dicit. Sciẽs autem Ihesus apud semetipsum. i. absq; alio sic nunciante: quia murmurabant de hoc discipuli eius. quia dixerat se de celo descendisse: Dixit eis. reꝑmẽs eoꝝ murmuratóm iniustam. hoc uos scandalizat: & sine róne. Sic ergo uidebitis filiũ hominis ascẽdẽtem. ubi prius erat: Sic accipit ibi p qa. q. d. qa hoc uidebitis ñ debetis deboc scandalizari quod dixi. Illi enim qui Xp̃o credentes cum eo permanserunt in ascensione eius hoc uiderunt: ut patet Act. i. Spũs est q̃ uiuificat. Hic ponit scd̃m de quo murmurabãt .s. q̃ dixerat carnem suam esse cibum necessarium ad salutem: & ipsi intelligebant hoc si daretur in ꝓpria specie sicut laniator uel uẽditor in macello: quod est horribile ió tollit hunc intellectum dicens. Spiritus est qui uiuificat. quasi diceret uerba que dixi

ſpiritualem ſenſum habent: & ſic uiuificant. Caro autem non ꝓdeſt quicq̃.quia caro Xp̃i manducata eo modo quo ītelligebant non eſſet utiliſ: Sed magiſ horribiliſ:ideo ſeqtur. Verba que loquutuſ ſũ uobiſ.de carne mea manducando:ſpirituſ & uita ſũt.i. ſpiritualem habent intellectũ:nec mirum.quia ſunt a ſpũ ſancto.tamen illa ſpũalitaſ non eſt ſic accipienda ꝙ caro Xp̃i ſit in ſacramento eukariſtie tm̃modo:ſicut in ſigno ut dixerũt aliqui heretici:quia eſt ibi realiter ut predictum eſt.quia manducat caro Xp̃i in hoc ſacramento quodam ſpirituali modo:inq̃tum ſpecieſ uiſibileſ atterũtur & comeduntur & ſpirituſ ex uirtute dei carni unite reficitur. Sed ſũt quidam ex uobiſ qui non credunt.q.d.ꝓpter hoc intelligere nolunt. Sciebat enim ab inicio Ihesuſ q̃ eſſent non credenteſ: qa tanq̃ deuſ ſciebat occulta cordiũ:& quiſ traditurus eum eſſet. quia ſciebat euentum futuroꝝ cõtingentium. Et dicebat ad maiorem affirmationem p̃dictorum:ꝓterea dixi uobiſ:quia nemo poteſt uenire ad me etc .eandem enim ſen/ tentiam dixerat ſupra:licet uerba aliquantulũ alia:idē eſt trahi a patre:quod ſupra dixit:& dari fidem a patre quod hic ponit. Ipſe autem ſciebat iſtoſ quibuſ loquebat non eſſe predeſtinatoſ ab eterno:non tractoſ in tempore. Ex hoc multi diſcipulorum abierunt retro. Hic ex predictiſ cõcluditur aliquoꝝ obſtinatio in malo:ꝓ Apoſtaſiã cum dicitur. Ex hoc multi diſcipulorum abierunt retro. hoc non eſt intelligendum de duodecim apoſtoliſ & de Septuagintaduobuſ diſcipuliſ: quia iſti Xp̃o adheſerunt:ſed multi alii ſequebantur eum ad audiendũ eiuſ doctrinam:& de iſtiſ multi retroceſſerũt: & per cõſequenſ per oppoſitum oſtenditur alioꝝ affirmatio:cum dicitur. Dixit ergo Ihesuſ ad duodecim apoſtoloſ. Nũquid & uoſ uultiſ abire? non querit q̃ſi ignorãſ ſed ut ſe oſtendat eiſ non indigere:quia in eoꝝ optione ponunt cum aliiſ recedere. Reſ/ pondit ei Symon Petruſ.non ſolũ ꝓ ſe:ſed ꝓ omnibuſ:qa inter eoſ erat principalior: & in eiuſ reſpõſione exp̃mitur maxima dilectio ad Xp̃m cũ dicitur. Domine ad quẽ ibimuſ? quaſi diceret ſimilem tui inuenire non poſſumuſ:tu ſoluſ ſufficiſ nobiſ. propter quod omnia reliquimuſ.uerba uite eterne habeſ.i.uite eterne ꝓmiſſiua & inductiua ad eam:exp̃mitur in eiuſ reſponſione uera confeſſio fidei:cũ dicitur. Et noſ credimuſ & cognouimuſ.quia credere precedit intelligere.quia tu es Xp̃ſ.q̃tum ad hũanitatẽ: in qua unctuſ eſ ut rex & ſacerdoſ.filiuſ dei.naturaliſ:quantum ad deitatem & ꝓ cõ/ ſequenſ equaliſ ei in natura & potentia. Verũtñ quia petruſ nimiſ large reſpõderat dicenſ ꝓ omnibuſ.noſ credimuſ.quia nihil mali de aliiſ cogitabat.ió Ihesuſ cognitor occultoꝝ eiuſ reſponſionem corrigit.d. Nonne ego uoſ duodecim elegi.non loquitur hic de electione ad uitam eternam ſed ad apoſtolatum. Et unuſ ex uobiſ Dyaboluſ eſt.i.preuiſuſ ad Dyaboli conſortiũ. Verũtamen non dixit determinate quiſ eſſet:nec Apoſtoli tunc cognouerunt:ſed poſtea quando per effectum uiderunt:& ideo illud quod ſequitur nõ eſt de uerbiſ Xp̃i ſed euangeliſte qui ſcripſit illa poſt paſſionẽ Xp̃i dicẽtiſ. Dicebat autem.ſ.Ihesuſ.de Iuda Symoniſ Scharioti.ſ.ad differentiã alteriuſ Iude qui fuit frater Iacobi. Hic enim erat traditurus eũ.quãdo Ihesuſ ꝓtulit uerbũ premiſſum. Cũ eſſet unuſ ex duodecim,p̃ncipalibuſ Xp̃i diſcipuliſ. Queritur hic ſine argumentiſ utrꝝ Iudaſ a principio ſue uocationiſ a Xp̃o fuerit maluſ? dicendum ꝙ in hac queſtione que de hiſ que tranſcẽdunt humanam inuaſtigationem:cum ſint de oc/ cultiſ cordiſ humani:& in conſimilibuſ queſtionibuſ:tenencũ eſt illud quod eſt magiſ conſonum ſcripture ſacre:& ratione. Sciendum igitur.ꝙ dicit Auguſtinuſ ꝙ Iudaſ a p̃ncipio huiſ electionis fuit maluſ:electuſ tamen eſt a Xp̃o ad Apoſtolatum ut per eiuſ maliciam & ꝓditionem perficeret Chriſti miſterium:quia ſicut iniqui male utunt̃ bonis opibuſ dei: Sic etiam deuſ bene utit̃ maliſ operibuſ hominum & ideo q̃uiſ Iudaſ

fuerit peſſimuſ tum etuſ malo bene uſuſ eſt Chriſtuſ. Beda autem in hoc conuenit cū Aug. Sed additur ꝙ Iudaſ nō fuit electuſ ad Apoſtolatum: Sed alii undecim cum eſ uocatuſ ut per ꝓditionis etuſ officium. Xp̄ſ operaretur ſalutem humani generiſ: Sed utrunq; iſtorum uidet̄ eſſe cōtra ratiōm: et ſacramēta ſcripturā: diſtributio enī bono/ rum reſpicit iuſtitiam communicatiuam ut habetur primo Ethicorum ut alicui plus detur de honore: quanto maior eſt in uirtute: & ideo nō eſt ueriſimile ꝙ Iudaſ fue/ rit ad honorē Apoſtolatuſ electuſ niſi tūc fuerit iuſtuſ electuſ uel ꝙ Xp̄ſ eū tūc iuſti ficauerit ut eſſet tali honore dignuſ ſicut iuſtificauit. Mat. quādo uocauit eū ad apo/ ſtolatum ut habetur Mat. ix. Item infra. xvii. dixit Xp̄uſ de ſuiſ diſcipuliſ loquēſ ad patrem. quoſ dediſti mihi cuſtodiui & nemo periit ex eiſ niſi filiuſ perditionis & certū eſt ꝙ loquitur hic de perditione que eſt per peccatum mortale quia Iudaſ adhuc ui/ uebat uita corpali: & ſic uidet̄ ꝙ perierat per peccatū mortale poſtq̄ datuſ fuit Xp̄o per fidem a deo patre. ꝙ autem addit Beda. Iudam non fuiſſe uocatum ad apo/ ſtolatum uidetur eſſe cōtra ſcripturam Mat. x. & Mar. iii. ubi enumerāt̄ illi qui uocati ſunt ad apoſtolatum inter illoſ enumeratur Iudaſ. Item Act. i. ubi dicitur. Mathiaſ electuſ eſt in apoſtolatum de quo preuaricatuſ fuerat iudaſ nullus autem preuarica/ tur a ſtatu i quo nō fuerit ex quo patet ꝙ uere fuit uocatuſ ad apoſtolatū: Propter quod dicendum ſecundum Criſoſtomum ꝙ fuit uocatuſ ad dignitatem apoſtolatuſ & pro tunc fuit bonuſ quia uocatio ad talem dignitatem reſpicit ad preſentem iuſtitiā ꝙ autem poſtea peccauit prodendo & tradendo Xp̄um non contradicit iſti uocatio ni quia apoſtoli i ſua uocatione nō fuerūt in bono cōfirmati ꝙ patet ex caſu Petri q poſt ſuam uocatiōm Xp̄um negauit. Et ideo ſimiliter dicēdum ꝙ licet Iudaſ tempore ſue uocationiſ fuerit bonuſ: tamē poſtea Xp̄um tradendo peccauit. Sciēdū tamen ꝙ ex tūc maluſ erat quando Xp̄uſ apoſtoliſ dixit uerba in hoc capitulo cōtenta unuſ ex uobiſ diaboluſ eſt tamē ſua malitia nō erat apoſtoliſ nota ſed ſoli Xp̄o: qui cognoſ cit ſecreta cordiſ. Xp̄uſ tamē ſuam malitiam dixit in generali ipſo audiente ne credēſ ſuam malitiam latere ſine timore operaret̄: non tamen dixit in ſpeciali ne ex tunc inuerecunduſ factuſ peior efficeretur ſecundum ꝙ dicit Criſoſtomuſ .VII.

POſt hec ābulabat. Poſtq̄ euangeliſta egit de nutrimento ſpirituali collato filiiſ Xp̄i: hic conſequēter agit de doctrina eiſ collata: quia ſicut predictum eſt. pater debet filiuſ dare nutrimentum & documentum. & diuiditur in duo: quia primo origo doc trine oſtendit̄. Scd̄o ipſa doctrina ſubditur capitulo. viii. Ieſuſ autē perrexit. Prima in treſ quia primo euangeliſta ponit aptitudinem loci & temporiſ ad manifeſtandum doctrine Xp̄i originē. Scd̄o manifeſtandi occaſionem. Iudei autem querebant. iii. ma/ nifeſtationē actualem ibi. Reſpondit Ieſuſ. mea doctrina. Circa primum ſciēdum ꝙ locuſ aptuſ ad predictam manifeſtationem erat ciuitaſ Hieroſolima ubi ad diem feſtum conueniebat populuſ: & ideo ad manifeſtandum in hoc loco inuitatur: Xp̄uſ & licet primo recuſet tamē finaliter conſēnit: & rationaliter ut uidebitur & hoc eſt qd̄ dicitur. Poſt hec ambulabat Ieſuſ in Galileam docendo In ſynagogiſ eorum. non enī uolebat in iudeam ambulare quia iudei Querebant eum interficere. Licet enī poſſet eſſe inter eoſ ſine nocumēto uoluit tamē ſe abſentare ante tempuſ debitū paſſioniſ ſue oſtendendo in ſe ueritatem humane nate & ꝙ licitū erat ſuiſ fidelibuſ aliqñ pati p/ ſecutionē. Erat aūt in proximo dieſ feſtuſ iudeorū Scenophagia. i. feſtum taberna/ culorum: dicitur autē a ſcenoſ ꝙ eſt umbraculum & phagin ꝙ eſt comedere qa ſeptē diebuſ comedebant iudei in umbraculiſ. Dixerunt autem ad eū fratreſ eiuſ. nō ꝙ eſſēt filii Marie matriſ ſue uidelicet Ioſeph ut altaſ dictum eſt improbando errorem

Eluidu ſuper Mat.1.ca.&.11. nec cognati ſui qui erant ad apoſtolatum uocati: quia de iſtis dicitur infra q̄ fratres eius nondum credebant in eum. Sed dicunt hic frēs de cognatione ſua qui ex factis eius uolebant reptare gloriam humanam ſecundum Aug. Vnde ſeqtur. Transi hinc :& uade in iudeam. hoc eſt hieruſalē metroplim iudee ut & diſcipuli tui uideāt opera tua. dubitabant enī de X̄pi miraculis utrum eſſēt uera: propter quod ſequitur uidelicet enim fratres eius credebant in eum. & quia ſuggere/bant malum ei ſecundum gloriam mundanam querere : ideo recuſauit dicens. T̄pus meum nondum uenit .1. tempus glorie manifeſtandum que poſt reſurrexionem erat manifeſtanda: tempus autem ueſtrum ſemper eſt paratum. q.d. tempus glorie munda/ne quam queritis non eſt in principio huius ſolemnitatis : quia iudei magis uacabant conuiuiis & letitie in principio feſti quam in fine: quando X̄pus iuit ad feſtum. ut infra patebit: uel aliter. Tempus ueſtrum & cetera. q.d. uos poteſtis ire ſecure: non autem ego inquantum homo : qui inimicos captiuales ibi habeo. propter qđ ſequitur. Non poteſt uos odiſſe mundus quaſi diceret. uos qui gloriam mundanam queritis homines mundanos aduerſarios nō habetis me autē odit qui quero gloriā dei. & per conſequēs arguo peccata mundanoꝝ que ſunt ei contraria: & hoc eſt q̄ dicitur. quia ego teſti/monium perhibeo de illo .1. de mundo & accipitur hic mundus non quantum ad crea/turam ſubiectam ſed quantum ad hominum malitiam ſicut ſupra dictum eſt .1.ca. & mundus eum non cognouit. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. 1. ad principiū ſolem nitatis tabernaculorum : quia inprincipio magis uacabant homines epulis: & letitie: ut predictum eſt non q̄ inuitet eos ad talia: ſed oſtendendo quid ipſi querebant: qa mūda na adhuc ſapiebant tm̄ ut uiſum eſt. Ego autem non aſcendā ad diem feſtum iſtum. ſ. primum. Vnde q̄ poſtea uenit in medio ſolempnitatis in alia die: non eſt mentitus. & ſubditur cauſa: quia tempus meum nondum eſt impletum. Tempus enī aptum doctri/ne ueritatis: ꝓpter quam uenerat ſaluator nō ſic erat in principio ſolemnitatis ꝓpter predicta ſicut circa finem. Hec cum dixiſſet manſit in galylea ratione predicta. Vt autem aſcenderunt fratres eius tunc & ipſe aſcendit. ad diem feſtum tabernaculorum non tamen cum fratribus ſuis : nec eadem die: quia ipſi uenerunt ad primum diē huius feſtiuitatis: Ipſe aūt uenit illuc quarta die ut patebit infra ſicut enī noluit eſſe in prici/pio feſtiuitatis ne fratribus ſuis malum perſuadentibus fauere uideretur: ſic non debuit ſe omnino ſubtrabere ne a populo doctrinam ſalutis ſubtraberet : quā uenerat docere modus autem uenīēdi tangitur cum dicitur. non manifeſte. 1. cum magna comitiua ne daret iudeis occaſionem maioris inuidie: ſed quaſi in occulto in hoc condeſcendens fi/delibus q̄ timore mortis occultandi erant. Iudei ergo. Poſtq̄ euangeliſta deſcripſit ap/titudinē temporis ad manifeſtandum originem ſue doctrine. Hic conſequenter oñdit & deſcribit occaſionem manifeſtationis dicte. & diuiditur in duo. ſecundum duas occa/ſiones huius manifeſtationis. Secundo ponitur ibi. Iam aūt die feſto. prima occaſio fuit inueſtigatio iudeoꝝ X̄pum querentium: quoꝝ aliq̄ querebant ut eum interficerēt Alii autem ut eius doctrinam deuote audirent : & ideo debuit apparere & docere ut oſtenderet q̄ mali ei nocere non poterant. niſi iquantū permittebat: ſicut enim ſe oc/cultando oſtēdit infirmitatē humanitatis : ita confidēter inter inimicos apparendo & exiſtendo oſtendit potentiā diuinitatis. Debuit etiam apparere propter bonos ut eius doctrinam originatam a deo oſtenderet : Et ut ardentius eam deſiderarent. & hoc eſt q̄ dicitur. Iudei ergo querebant eum in die feſto duplici cauſa ut dictum eſt & dice/bant ubi eſt ille? quia illi q̄ querebāt eū ex odio dedignabant eum nominare proprio nomine. Illi autem qui querebant eum ex deuotione ita reputabant eum famoſum :

& autenticum q̄ non oportebat exprimere nomen ꝓprium & ideo quantum ad eos sensus est ubi est ille .q.d.ubi est ille q̄ est tantus & talis & facit tot mirabilia :& mur/ mur multus erat in populo de eo ꝓpter contrarietatem opinionum de eo : Ideo sequit̄ Quidam enim dicebant quia bonus est.approbātes eius doctrinam & mirabilia. Alii autem dicebant non : sed seducit turbas .ex hoc q̄ isti malignantes dicunt turbas esse seductas:patet q̄ maior pars secundum numerum dicebat eum esse bonum:tamen for/ tior pars dicebat contrarium:quia erant principes populi: unde sequitur . Nemo tamen palam loquebatur de eo .s. in bonum .s.propter metum iudeoꝝ .s.illorum de tribu Iuda . licet enim omnes de populo aliq̄ nominarent . Iudei tamen speciali modo sic nominantur illi de tribu Iuda & isti grauius mouebantur contra X̄pum eo q̄ in scripturis X̄pus erat promissus de tribu eorum : Ipsi autem reputabant istum Galyleum & ab eis extraneum: ꝓpter qđ sacerdotes etiam repudiabant eum ut habet̄ in fine huius capituli . Iam enim.hic ponitur secunda causa :que est admiratio turbe in doctrina X̄pi & ideo debuit ostendere unde originaretur excellentia sue doctrine & hoc est q̄ dicitur .Illi autem die festo mediante . dies festus dicitur hic totum tēpus illius solemnitatis que durabat per septem dies & sic medium huius festi erat in quarto die & tunc ascendebat Iesus ad tēplum & docebat: quia ibi est locus cōmunis & aptus sane doctrine .& mirabantur Iudei propter rem insolitam :credebant enim eum esse filium Ioseph:& per consequens occupatum in labore corporali :sciebant etiam ipsū non esse excercitatū in studio:& tamen uidebant eum excellentissime docentem:legis & prophetarū testimonia proferentem:& ideo merito mirabantur:unde tāta excel/ lentia doctrine originabatur & hoc est q̄ dicitur quomodo hic litteras scit cum non didicerit Respondit Iesus . Hic consequenter exprimitur origo illius doctrine & di/ uiditur in duo quia X̄pus primo ostendit sue doctrine originem . Secundo inuitat ad ipsam ibi.In nouissimo autem prima in duo quia primo ostenditur origo doctrine. Secundo origo docentis.Ibi dicebant ergo prima in tres :quia primo ꝓponit intentū & Secundo ꝓbat propositum ibi Si quis uoluerit & tertio concludit ibi :Nolite iudi/ care .In prima parte proponit q̄ doctrina sua originabat̄ a patre.d.Mea doctrina non est mea .q.d.ista doctrina que est mea approbatiue & subiectiue :non est mea: per exercitium acquisitionis humane.Sed eius qui misit me.i.data est mihi a patre:qa filius secundum naturam diuinam licet habeat eandem scientiam cum patre : tamen habet eam ab ipso ut supius frequēter dictū est:scd̄m uero naturam humanam habet aliam scientiam.s.creatam non tamen habet eam ꝑ exercitium acquisitam:sed ab in/ stanti conceptionis infusam & sic soluta est questio qua querebāt.Quomō hic litteras scit? Alio modo exponit .Aug.d.q̄ filius est uerbum patris :& quia uerbum alicuius est idem q̄ sua doctrina :ideo sequitur q̄ filius sit doctrina patris filius igitur est doc/ trina per idemptitatem non tamen per originem quia a se nō originatur sed a patre est igit̄ sensus scd̄m Aug. mea doctrina nō est mea.q.d.ego qui sum doctrina patris non sum a me ipso:sed a patre.expositio tamen prima magis concordat littere.Si qs. Hic consequenter probat propositum.s. q̄ sua doctrina sit a patre celesti: & diuidit̄ in duo.quia primo inducit suam probationem.secundo removet quandā obiectionē ibi. Nonne Moyses. Primo in duo:quia scd̄m duas probationes quas inducit:secūda ibi.Qui aūt a semetipso. Prima probatio procedit ex aliorū iudicio.amor enī & odiū multum peruertunt iudicium rationis: & ideo monet eos ut ammoueant odium quod contra proximum conceperant:& tunc poterunt manifeste iudicare q̄ eius doctrina sit a deo patre eam ꝑ miracula testificante:quia nō potest testis esse falsitatis ut supra

dictū est frequenter & hoc est quod dicitur. Si quis uoluerit uolūtatem eius facere. s. patris celestis peruersam affectionē a se abiciendo cognoscet doctrinam. i. uere poterit iudicare: quia paratus sum eius conditionem cōmittere. Vtrum ex deo sit an ego a meipso loquor. Non est per hoc intelligēdum q̄ filius in aliquo posset a patre discordare: quia hoc est impossibile ut supra declaratum est. sed loquitur eis secundum eorū opinionem: quia reputabant eum purū hominem. q. d. an ego a meipso loquor gloriā humanam falso querendo: ut uos estimatis. Qui a semetipso. Hic consequenter p̄bat p̄positū proprio facto quia in doctrina sua querebat gloriam patris celestis & sic patet q̄ illa doctrina erat a deo. oīe eīm quod est ad dei gloriam est ordinatū ab ipso: & hoc est quod dicitur. Qui a semetipso loquitur. falsa de se fingendo. p̄priā gloriā querit. quia superbia excitat eum ad sic loquendum. Qui autem querit gloriam eius: qui misit illum. i. dei patris. hic uerax est in doctrina. & iniustitia in illo non est. quia irrep̄hensibilis est in uita. Sic autē faciebat Cristus: quia statum paupertatis et abiectionis elegit. & gloriam dei in oībus quesiuit. et sic patet p̄positum. Nōne moyses. hic remouet quandam obiectionem que posset fieri in cōtrarium: quia possent dicere & de facto dicebant: tua doctrina non est a deo: quia legē datam Moysi non custodis: uiolando sabbatum: hoc enim ei imponebant sicut supra dictum est. hanc autem obiectionem remouet dupliciter. Secundus modus ponitur ibi. Respondit Iesus. primo igitur remouet obiectionem predictam per hoc dato q̄ esset transgressor legis non tamen habebant tytulum arguendi ipsum: cum essent transgressores legis manifeste in maioribus: & hoc est quod dicitur. Nonne Moyses dedit uobis legē? q. d. uos estis obligati ad eius obseruationem magis q̄ ego: quia secundum ueritatem non erat obligatus. Et nemo ex uobis facit legem. quod probat per effectū. d. Quid me queritis interficere? lex enim prohibet interfectionem innocentis: & quia non potuerunt rōnabiliter respondere. conuertunt se ad conuicia. unde sequitur. Respondit turba. idest homines turbati. demonium habes. quod patet manifeste falsum: quia demonia expellebat. Quis te querit interficere? q. d. nos non querimus & in hoc mentiuntur. sicut in primo: quia querebant mortem eius: ut dictū est in principio huius capituli.

Respondit Iesus. hic alio modo excludit obiectionem predictam: ostendens eam falsam: ex hoc enim dicebant eum transgressorē legis: q̄ languidos sanauerat die sabbati: ut supra dictum est: quinto capitulo. & tamen in hoc nō fuit transgressor ut ibi dictum est. & adhuc idem ostenditur alio modo. s. per circuncisionem: quam licite hō accipit in sabbato: & hoc est quod dicitur hic. Respondit Iesus & dixit eis: exp̄mēdo eorum maliciam. unum opus feci. s. notum uobis & omnes miramini. i. turbamini. q. d. quantum turbaremini si uidissetis omnia facta mea: male interpretando ea. p̄pterea Moyses dedit uobis circuncisionem in lege: eam scribendo: non quia ex Moyse est. s. p̄mo: sed ex patribus. quia data est a patre tēpore Abrahe ut patet genē. x. & sic patet q̄ circuncisio est maioris autoritatis eo q̄ est ipsi Abrahe q̄ erat pater principalis populi. et in sabbato circunciditis hominem absq; legis transgressione: quia p̄ceptum est q̄ octauo die circuncidat puer: & iō si octaua dies sit in sabbato: tunc circunciditur: nec aliqua transgressio reputatur. ex hoc arguit Saluator. Si circuncisionem accipit hō in sabbato: ut non soluatur lex Moysi. ut patet per p̄dicta mihi indignamini: q̄ totum hominem saluum feci in Sabbato. q. d. hoc est ualde inrationabile: quia magis licita est & melior sanatio hominis in anima & corpore q̄ sit ipsa circuncisio: & magis ad dei gloriā. Nolite iudicare. hic ex predictis concludit intentū. s. q̄ eius doctrina sit a deo si recte cōsyderet. & hoc est quod dicitur. Nolite iudicare secundum faciem

id eſt tendenteſ ad id quod non pertinet ad rem: quod fit quando odium uel amor : attenditur : propter quod aliter quam ſecundum ueritatem iudicatur . ſed iuſtum iudicium iudicate . id eſt de doctrina mea & factiſ meiſ iudicate ſecundum natu / ram rei in ſe & tunc inuenietiſ quod eſt a deo ſecundum ueritatem. Dicebant ergo. declarata ergo origine doctrine: hic conſequenter origo doctoriſ oſtenditur & diuiditur in duo. quia primo circa hoc ponitur populi dubitatio. ſcđo ſolutio Xpriſti ibi. Clamabat ergo. Circa primum ſciēdū .q̄ multi de populo ſciebāt principeſ que/ rere mortem X̄pi & ideo cum uidiſſent eum in palam docētem: & principeſ arguentē & ipſoſ non contradicere crediderunt fortiuſ ipſum eſſe X̄pm. trahenteſ argumētum ex facto principum: qui non capiebant eum: cum tamen ad mortem ipſum priuſ que/ rerent: quaſi ipſi de nouo haberent noticiam. q̄ ipſe eſſet uere X̄puſ eiſ promiſſuſ: & ideo ab eiuſ pſequutione ceſſaſſent. & hoc eſt quod dicitur. Dicebant ergo quidam ex hieroſolymiſ. Iſti enim meliuſ ſciebant maliciam principum: q̄ alii quia manebant cū eiſ in eadem ciuitate. Nonne hic eſt quem querunt interficere? toto conatu ſuo: ecce nunc palā loquitur etiā cōtra eoſ: ut patet per predicta. quia dixit. Nemo ex uobiſ facit legem. & nihil ei dicunt.i. X̄pm non capiunt: quia bene aliqua uerba ei dicebāt ut patet ex predictiſ. Nunquid uere cognouerunt principeſ: quia hic eſt Xpriſtuſ? q. d. uidetur q̄ ſic: eo q̄ deſiſtunt ab eiuſ perſequutione. uerum tñ quia non habebant certitudinem: ſed tantum opinionem: ideo etiam arguebant ad contrarium. dicenteſ . Sed ſcimuſ hunc unde ſit. quia patriam eiuſ: & genuſ cognoſcebant. X̄puſ autē cum uenit nemo ſcit. i. ſciet: unde ſit. Iſtud autem accipiebāt ex ſcriptura Eſa. liii. que ad literam intelligitur de X̄po. Generationem eiuſ quiſ enarrabit? & Eſa. xlv. uere tu eſ deuſ abſcondituſ ſaluator Iſrael. Clamabat. Poſita dubitatione populi circa ori/ ginem Chriſti. Hic ponitur predicte dubitationiſ ſolutio. & diuidit in duo. qa X̄puſ primo originem ſuam declarat. ſcđo terminū ad quem tendebat. dixit ergo Ieſuſ ad/ huc modicum. Prima in duaſ. quia prmio declaratur origo Chriſti. & ſecundo ex hoc oſtenditur turbe diuiſio: ibi. Querebant . In prima ergo parte: dicitur ſic. Clamabat ergo Ieſuſ. In quo oſtenditur magnitudo ſui effectuſ ad noſtram informationem: in templo docenſ. ut omneſ poſſent eum audire: & dicenſ eorum dubitationi rñdendo & me ſcitiſ. quantū ad humanitatem: patriam & genuſ cognoſcendo. Sed quātum ad diuinitatem: me neſcitiſ. ideo ſequit̄ . & a meipſo non ueni. ſed a patre: quem uoſ igno/ ratiſ: ſed eſt deuſ ueruſ qui me miſit. quia in hoc impleuit promiſſum de filii miſſione. quem uoſ neſcitiſ. quia deum nemo uidit unquam. ut ſupra dictum eſt. p̄mo capitulo. & per conſequenſ me non cognoſcitiſ: cum ſim eiuſ filiuſ naturaliſ equaliſ ei in natura deitatiſ. ego ſcio eum. quia inquantum deuſ habet eandem ſcientiam cum patre. & ſic eum apprehendit: ſecundum etiam q̄ homo eum clare uidit a principio. licet nō cōp/ hendat: & cauſa huiuſ noticie hic ſubditur. cum dicitur. quia ab ipſo ſum : & ipſe me miſit. per hoc enim q̄ procedit a patre in natura diuina: habet ſcientiam primā: que eſt ſcientia comprehenſioniſ: per hoc autem q̄ miſſuſ eſt in natura humana : ad ſalutē mundi habet in natura humana plenitudinem gratie & ſcientie que poteſt in natura creata recipi. Querebant ergo. Hic conſequenter ponitur populi diuiſio ſequenſ ad reſponſionem Chriſti: quia ea audita maligni exarſerunt in malicia: & boni fuerūt in fide ſolidati: & hoc eſt quod dicitur. Querebant ergo eum apprehēdere ad occidē/ dum malignanteſ. & nemo miſit in illum manuſ. quia non poterant explere maliciam in effectu: niſi quantum permittebat. ideo ſequitur. quia nondum uenerat hora eiuſ. id eſt ab eo ordinata de captione ſua. de turba aūt multi crediderunt in eum : ꝓpter

eiuſ doctrinā & miracula: Ideo ſequitur & dicebant. Xp̄uſ dum uenerit nunqd plura ſigna faciet: q̄ hic facit. quaſi dicat non eſt aliuſ expectāduſ qui plura faciat. ideo firmiter tenendū ꝙ hic eſt Chriſtuſ. Audierant enim anteq̄ ꝙ in aduentu Chriſti multa mirabilia debebant fieri: & ſecundum ueritatem tot uidebant fieri principaliter ꝙ cō/uincebantur credere ipſum eſſe Chriſtū. Audierant Phariſei turbam murmurantem hec de illo. & bene dicit murmurantem: quia non audebant bene confiteri in palam: Verumtñ Phariſei audenteſ tanta bona de Chriſto doluerunt & procurauerunt mi/niſtroſ per principeſ ad capiendum ipſum: & hoc eſt quod dicitur. & miſerūt p̄ncipeſ.

Dixit ergo Ieſuſ. Poſtq̄ Chriſtuſ oſtendit ſuam originem. hic conſequenter decla/rat terminū ad quem tendebat. & diuiditur in duo. quia primo oſtenditur ꝓpoſitum. ſc̄do ex hoc ſequitur admiratio turbarum ibi. dixerunt ergo. Terminuſ autē ad quē tendebat ipſe Chriſtuſ eſt ipſe pater ad quem per mortem rediit. inquantum per hoc gloriam corporiſ & exaltationem accepit. & hoc eſt quod dicit quaſi reſpōdēdo intē/tioni querentium ipſum capere. Adhuc modicum tempuſ uobiſcum ſum. q. d. non mō implebitiſ quod uultiſ: quia adhuc modico tempore uolo manere in populo: ad doceñ/dum & miracula faciendū. & uado ad eum qui miſit me. per mortē eim iuit ad patrē. peractiſ tamen predictiſ: queritiſ me. quia poſt aſcenſionem eiuſ in celum Iudei uidē/teſ ſigna per Apoſtoloſ fieri penitentia ducti: reuerſi ſunt ad fidem Chriſti dicenteſ ad Apoſtoloſ. Quid faciemuſ? ut habetur Act. ii. Sed non inuenietiſ. ſ. ſecundū p̄ñti/am corporalem: ſed penitenteſ eum inuenerunt: ſecundum preſentiam ſpiritualē. Ali/ter exponitur de preſentia corporali: quia poſt appropinquante deſtructione Ciui/tatiſ per Romanoſ: multi Iudeorū cognouerunt hanc miſeriā euenire propter mor/tem Ieſu: quem tunc libenter uoluiſſent habere preſentem: ad ſui liberationem. ſeq̄tur & ubi ego ſum uoſ non poteſtiſ uenire. quia non dixit ubi uado: quod uidetur cōue/nientiuſ dicere ſc̄m ꝙ ſicut ire ad patrem cōuenit ei ſecundum humanitatē: in qua eſt idem cum ipſo patre in eſſentia: diſtinctuſ tamen in perſona. & ad hoc deſignan/dum dicit ubi ego ſum. Dixerunt ergo. Hic ex uerbiſ Chriſti ponitur turbe admi/ratio & dubitatio. ex hoc enim ꝙ dixerat Chriſtuſ. queritiſ me & non inuenietiſ: quaſi dubitanteſ arguebant: ꝙ debebat a Iudea recedere: & ire ad p̄dicandū gentibuſ extra terram Iudeorum: & patet littera. ſed ex fine uerbi arguunt contrarium dicenteſ: & quiſ eſt hic ſermo quē dixit. queritiſ me & non inuenietiſ: & ubi ego ſum uoſ non po/teſtiſ uenire. q. d. ex hoc ꝙ dixit ubi ego ſum patet illud quod dixit queritiſ me. & nō inuenietiſ. non intelligitur per hoc receſſuſ eiuſ a Iudea: quia dixiſſet ubi ero & non ubi ſum: quia tunc erat in Iudea. cum protulit uerbum predictum: & ſic patet eorū dubium circa Chriſti uerbum ſic enim debebat loqui obſtinatiſ: ut uidenteſ non uide/rent & audenteſ non intelligerēt ꝓut erat de eiſ ꝓphetatum Eſa. vi. In nouiſſimo. Declarata origine doctrine Chriſti: & oſtenſo ꝙ erat a deo data: & facta. Hic con/ſequēter inuitat ad ipſam: & diuiditur in duo. quia p̄mo ponitur huiuſ inuitatio. ſc̄do ex hoc populi ſequenſ diſſenſio. ibi. Ex illa ergo turba. In prima ergo parte dicit ſic. In nouiſſimo autem die magne feſtiuitatiſ in die ſeptimo. quia primuſ dieſ & ultimuſ ſolemnioreſ erant intermediſ. vel aliter. In nouiſſimo. i. in octauo: qa peractiſ ſeptē diebuſ feſtiuitatiſ tabernaculorum: in octauo die erat cetuſ feſtum: & collecte: & di/cebatur illa dieſ ſanctiſſima in lege. cuiuſ ratio eſt: quia ſignificabat congregationē ſanctorum in ſuperna felicitate. In illo ergo die magno & ſolemni ſtabat Ieſuſ & cla/mabat. predicando uerbum dei: & ex hoc inoleuit conſuetudo: ut turbiſ uulgaribuſ fiat ſermo ſtando: religioſiſ aūt ſedendo: quia Chriſtuſ docebat diſcipuloſ ſuoſ ſedēdo.

ut habetur Matth. v. & cū sedissēt accesserunt ad eum. d. e. & in pluribus aliis locis in euangelio. Turbas autem docebat stando: ut hic habetur. Quid aūt docebat subditur. Si quis sitit ueniat ad me & bibat. i. si quis desyderat doctrinam uite ueniat ad me per fidem formatam: & bibat aquam sapientie salutaris. non solum ad sufficientiā: sed etiam ad redundantiam: quia fides & bonitas uniuscuiusq; debet ad alios dertuari: quod ostendit saluator per scripturam: cuius sententia habetur Prouerbio. ii. licet uerba sint aliquantulū mutata: & hoc est quod dicit Qui credit in me. sicut dicit scriptura: Flumina de uentre eius fluent ad alios per redundantiam: aque uiue. Dicit aūt sapientia diuina aqua uiua: quia continuat hominem suo principio. s. deo. hoc autem dixit de spiritu scō. Hec sunt uerba Euangeliste exponentis uerbū predictū Xp̄i de acceptione spiritus sancti in signo uisibili. sicut acceperunt Apostoli in die Penth. quia ex illa acceptione facta est redundantia fidei in p̄dicatione Euāgelii. per totū orbem. quem accepturi erant credentes in eum. q̄uis enim Apostoli haberent gratiam spiritus sancti ante illam diem Penth. non tamen ita plene & propter hoc non receperant in signo uisibili: quod denotat gratie plenitudinē: causa subditur. nōdum erat datus spiritus in tali plenitudine & signo uisibili quia Iesus nōdum fuerat glorificatus: ad hoc enim datur spiritus sanctus ut trahātur corda fidelium ad celestis glorie desyderium nihil autem desyderatur nisi apprehēdatur ut possibile. possibilitas autem humane nature ad assecutionem celestium manifestatur per glorificationem humanitatis in Xp̄o: & ideo prius debuit glorificari: q̄ daret spiritus sanctus in signo uisibili. ut perfectū uideretur aditus regni celestis possibilis homini. Ex turba. Hic consequenter ostēditur dissensio populi sequens ad uerba Xpristi: & p̄mo inter populares: secundo inter principes. ibi Venerunt ergo ministri. In prima ergo parte dicit sic. Ex illa ergo turba. cum audissent hos sermones eius dicebāt. s. illi qui uere credebāt. Hic est uere Propheta. i. antonomastice dictus Propheta. qui promissus est. Deut. xviii. Prophetam suscitabit deus etc. qđ ad litteram intelligitur de Christo ut dictū est supra ca. vi. Alii dicebant hic est Christus. isti erant in fide feruētiores predictis: quia fidei ueritatem apertius confitebantur. Quidam autem dicebant contradicendo precedentibus. Nunquid a Galylea uenit Christus quasi diceret non. & propter hoc non est Christus quia ē Galyleus & adducūt pro se argumentū: ex scriptura dicentes. Nonne scriptura dicit quia ex semine Dauid & de Bethleem castello ubi erat Dauid quando fuit inunctus in regem uenit Christus quasi diceret sic: Sciendum q̄ scriptura in pluribus predixit Christū esse de semine Dauid potissime Ieremie. xxiii. Suscitabo Dauid. germen iustum quod intelligitur de Christo: unde in fine autoritatis. subdit: & hoc est nomen qđ uocabunt eum dīs iustus noster. Similiter q̄ in castello Bethleē nasceretur scriptū est Michee. v. & tu Bethleē euffrata. seqtur. ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel & utrumq; erat uerum de Christo: quia de Dauid descendit secundum carnem: & in Bethleem natus est ut patet Mat. i. & Luce. ii. Sed ipsi hoc ignorabant eo q̄ erat nutritus in Nazareth. dissensio itaq; facta est in turba p̄pter eum. quia ibi erant contrarie opiniones de eo ut patet ex dictis. Quidam aūt ex ipsis uolebant apprehendere eum: sed repressi sunt diuina uirtute ideo sequitur. Sed nemo misit super eū manus. quia nihil poterant ei facere nisi quātū: & q̄n ipse permittebat. Venerunt ergo. Hic consequenter ponitur dissensio quo ad principes. & diuiditur in duas. quia primo oñditur dissensio eorum erga ministros. secūdo principū ad inuicē ibi. dicit Nicodemus. Turbatio principū erga ministros fuit ex hoc q̄ non ceperant Iesum: qui ad hoc missi fuerant ut predictū est: & patet littera. Respōderūt ministri

se excusantes. Nunq̃ locutus est sic homo sicut hic loquitur. q. d. ita bene loquitur q̃ nō uidetur purus homo sed plus propter quod temerarium est ponere super eum manus. Responderunt ergo eis Pharisei. ex inuidia moti. Nunquid & uos seducti estis id est extra ueritatem ducti. q. d. patet qđ confirmat exemplo maiorū & legis peritorum dicentes: Nunquid ex principibus id est sacerdotibus qui principabantur in populo aliquis credidit in eum aut ex Phariseis qui uidebantur religiosiores alius quasi dicat nullus ex talibus credidit hoc tñ falsum erat: quia multi de his crediderunt Christo occulte tamē ne de Synagoga expellerentur ut habetur infra. xiii. ca. Sed turba hec. s. credidit: que de facili potest seduci propter ignorantiam: ideo subditur. qui non nouit legem maledicti sunt. hoc accipiebāt ex hoc qđ dicitur Deut. xxvii. Maledictus qui non permanet in lege etc. Dixit Nicodemus. hic ponitur dissensio principum ad inuicem: propter uerbum Nicodemi excusātis Iesum: quia occulte credebat in eū: & ideo uoluit eū excusare ex lege. d. Nunquid lex nostra iudicat hoiem nisi prius audierit ab ipso. uolebat enim per hoc eos inducere ad audiendum Christum ut per uerba eius cōuerterentur: sicut ipse fuerat cōuersus: & cognouerunt qd faciet quia in damnatione hominis non est leuiter procedendum. Responderunt & dixerūt ei de ueritate turbati quia inuidia & iracundia agitati non recipiunt persuasionem. Nunquid & tu Galyleus es? id est discipulus huius Galylei? Scrutare scripturas id est diligenter consydera quia uidetur q̃ nihil de eis sciās & uide qa propheta de Galylea non surgit. hoc uerbum eorum falsū simpliciter est: quia si hoc intelligat de ꝓphetis generaliter aliqui fuerunt nati de Galylea: uidelicet Heliseus. Thobias. & Delbora prophetissa: & forte plures alii. Si autem intelligitur singulariter de ꝓpheta ꝓmisso ad salutem populi: qui est Messias ut frequenter dictum est: Sic etiam falsū est dictū eorum: quia de ipso scribitur Esa. xi. q̃ debet esse Nazareus & per consequens de Galylea. dicitur enim de Christo Esa. xi. secundum ueritatem hebraicam: egredietur uirga de radice Iesse & Nazareus de radice eius descēdet. hec autem poterat rñdere Nicodemus legisperitus: sed non fuit ausus: nec mirum: quia etiam Apostoli illo tpe adhuc erant timidi. Et reuersi sunt unusquisq; in domum suam. quia eorum cōsilium per diuisionem fuit dissipatum. Hic queritur utrū Christus fuerit propheta & arguit primo q̃ non: quia propheta pertinet ad cognitionem intellectiuam: ut patet Dañ. x. Intelligentia opus est in uisione: Christus autem secundum partem intellectiuam erat in statu beatitudinis: in quo non manet prophetia: sed magis euacuatur & cessat ut habetur. i. Corin. xiii. ergo etc. Item cognitio prophetica quandam obscuritatem importat: ideo dicitur propheta quasi procul fans. In Christo autem non fuit enigmatica cognitio: quia ab instanti conceptōis anima Christi uidit clare diuinā essentiā: ergo etc. Contrariū patet in littera: quia in lege & ꝓphetis predictus erat uenturus sicut propheta anthonomastice dictus. Responsio dicendum q̃ propheta secundum nominis interpretationem dicitur: quasi procul fans: in quantum annunciat ea que sunt longinqua ab hominum cognitione: hec aūt longinquitas pōt intelligi dupliciter uno mō respectu prophete annunciantis ita q̃ ea que annūciat sint ab eius cognitōe longinqua: propter obscuritatem sue cognitionis & hoc non pertinet ad perfectionē prophetie sed magis ad defectum: quod patet Numeri. xii. ubi Moises dicitur excellentior propheta: eo q̃ deum palā non per enigmata uidebat q̃ alii qui cognoscebāt in somno & in uisione. Alio modo intelligitur ista lōginquitas respectu aliorū hominū cum quibus propheta conuersatur q̃bus annūciat occulta: & hoc est de ratōe ꝓphetie: et ideo Aug. xvi. contra faustum dicit: q̃ ex hoc aliquis dicitur ꝓpheta qa annūciat

ea que ſunt longinqua a communi cognitione hominum cum quibuſ conuerſat in uia. Xp̃uſ autem ante paſſionem ſuam in quãtum ad partem ſenſitiuam erat uiator et cũ aliis hominibuſ conuerſabat et ideo quãuis clare uidet diuina ſecreta tamen erat uere propheta inquantum erant longinqua a cognitione aliorum hominum cum quibuſ conuerſabatur: et quilibet anunciabat illa. Angeli autem in nullo ſunt uiatoreſ: quia eorum cõuerſatio non eſt cum hominibuſ: ut habetur Dan. ii. et ideo nó poſſunt dici propbete ex hoc ꝙ annunciant hóibuſ occulta. Per dicta patet ad argumenta: q̃uis enim Xp̃uſ quantum ad partem intellectiuam eẽt beatuſ: tamen non erat oĩno extra ſtatum uie: et non euacuabatur in illo ratio propbecie ante paſſionem ſuam: ſed poſt reſurrectionem fuit euacuata: qa ampliuſ nõ erat in uia et ſic patet p̃mũ argumẽtũ. Ad ſecundum ſimiliter patet ex dictis: qa obſcuritaſ cognitionis in ipſo nó eſt de per/fectione propbecie.

VIII.

IEſuſ aũt perrexit in montem. declarata origine doctrine Xp̃i Hic cõſequẽter ponitur ipſa doctrina: Ipſa autem doctrina habet uirtutẽ illuminatiuã. Scd̃o uirtutem uiuificatiuam. x. capitulo. Amen amen dico uobis. Prima in duo. quia p̃mo oſtenditur uirtuſ eius illuminatiua per uerbum. Scd̃o per ſenſibile ſignum ca. ix. Et preteriens Ieſuſ. Prima in duo. quia primo euangeliſta introducit Chriſtũ docentem Scd̃o oſtẽdit doctrine ipſius uirtutem ibi. Iterum ergo. Prima in duo. qa p̃mo ponit̃ doctrina ueritatis. Scd̃o confutatio falſitatis Ibi. Adducunt autẽ. Circa primum ſci/endum qd̃ debituſ moduſ docendi ueritatem fidei eſt primo haurire in oratione: poſt effundere populo ĩ predicatione. et ideo Chriſtuſ uolens dare exemplũ p̃dicatoribuſ eccleſie aliquando ante predicationem ſequeſtrabat ſe in oratiõem: et hoc eſt qd̃ dicit̃ Ieſuſ aũt perrexit in montem Oliueti cauſa orandi. quia domuſ Marthe in qua hoſ/pitabatur erat prope montem illum. et diluculo iterum uenit in templũ. ad oſtẽdẽdũ in eo zelum animarum. et omnis populus uenit ad eum: et ſedens docebat eos de ſalute aĩarum: quid autẽ tunc dixerit pretermittit euangeliſta. qa principaliter intẽdebat deſcribere illa ex quibuſ eius deitas manifeſtabatur: ex quibuſ diſſenſio Iudeoꝝ cõtra eum oriebatur. Adducunt. Hic conſequenter ponitur confutatio falſitatis: et diuidit̃ in duo. quia primo ponitur iudeorum maligna interrogatio. Scd̃o ſubditur Xpriſti benigna reſponſio. Ieſuſ autem indinanſ. In prima igitur parte dicitur ſic. Adducunt autem ſcribe id eſt illi qui habebant noticiam ſcripturarum. et Phariſei qui uidebant̃ pre aliis eſſe religioſi. Mulierem in adulterio deprebenſam. Si igitur queratur quare non adduxerunt adulterũ eius. cum ſecundum legẽ eſſet eadẽ pena plectenduſ. Poteſt dici ꝙ per hoc uoluerunt ponere ſuſpitionẽ in corde populi ꝙ fuiſſet aliquis diſcipulus eius: et ideo nó adduxiſſent eum ad eius iudicium: Vel aliter forte adulter erat diues: et ideo pro precio ipſum liberauerant: proponunt igit̃ queſtionem brigoſam: quia reſ/ponſio ad utramq; partem uidebatur eſſe contra Xp̃m ut dicet̃. Magiſter bec mulier in quo allegãt preſentiam perſone et preſentiam facti. cum ſubditur. deprebenſa eſt in adulterio. et arguunt grauitatem criminis ex grauitate pene per legem inflicte. cũ dicitur. In lege autem Moyſi mandauit nobis huiuſmodi lapidare Leuit. ii. Tu ergo quid dicis. et ſubditur cauſa queſtionis. Hoc autem dicebãt temtantes eũ. ad capiẽdum ipſum ex reſponſione ut poſſent accuſare eum. Videbant enim tãtam manſuetudinẽ eius et miſericordiã ꝙ p̃babiliter credebant eũ iudicare ipſam dimitti. et ſic accuſaret̃ ab eis ut tranſgreſſor legis. propter quod reduxerunt legem ad memoriam. ne poſſet excuſari per legis obliuionem. Si autem econtrario eam diceret lapidandam. uidebat̃ dicere contra alia ſua dicta. et facta que erant de pietate et miſericordia. Ieſuſ autẽ.

Hic ponitur Xp̃i benigna reſponſio: et diuiditur in duo. quia primo oſtenditur q̃ in ſua reſponſione iuſticiã tenuit: Scd̃o q̃ a miſericordia nõ declinauit: & per hoc utrãq; eorum cauillationem uitauit. ſcd̃a ibi. Erigenſ autem. Circa primum ſciendum q̃ ſuã ſententiam ſecundum modum iudicialem primo ſcripſit poſtea protulit. et hoc eſt qd̃ dicitur. Ieſuſ autem inclinanſ ſe deorſum digito ſcribebat in terrã. Illud quod poſtea protulit ad maiorẽ certitudinem. cum autem perſeuerarent ĩterrogantes eum: erexit ſe ad eorum importunitatem reprimendam. et dixit. Qui ſine peccato eſt ueſtr̃m p̃mus in illam lapidẽ mittat. quaſi diceret puniat peccatrix: ſed a peccatoribus impleat̃ lex: quã allegatis: ſed nõ a tranſgreſſoribus legis. ĩ inferendo enim penam iuſtam debitus modus debet obſeruari. Et iterũ ſe inclinanſ ſcribebat in terram. Dicunt aliqui q̃ ſcribebat idem quod priuſ ad oſtendendum maiorem firmitatem ſententie. Alii dicunt: et melius ut uidet̃ q̃ ſcribebat eorũ peccata: ut oſtenderet ĩeptos ad executionẽ ſentẽtie huius: Ideo ſequit̃. Vnus poſt alium exiebat etc. quia grauioribus criminibus irretiti erant. Sed ſi queratur quomodo eorum peccata ſcribebat ĩ terram. dicendum q̃ nõ ſcribebat p̃ ſingula. ſed diuina uirtute potuit facere: in aliqua figura ab eo p̃tracta: q̃ quilibet eorũ uideret ſua p̃pria peccata: et nõ alia: nec ab aliũ uidebant̃. Et remãſit ſoluſ Ieſuſ et mulier in medio ſtanſ. non eſt intelligendum q̃ Ieſuſ remanſerit ſoluſ ſimpliciter cum illa muliere: quia remanſerunt cum eo diſcipuli: et multitudo populi ſed remanſit ſoluſ a calumniatoribus. Erigenſ. Poſito rigore iuſticie. Hic Chriſtuſ tẽperat ipſum dulcore miſericordie: & hoc ẽ quod dicit̃. Erigenſ autem ſe Ieſuſ. confutatis calumniatoribus. Dixit mulieri: Vbi ſunt qui te accuſabant. ĩ quo examinat de accuſatione et conſequenter de condempnatione: Nemo te condempnauit. et ſubditur mulieris reſponſio. Nemo domine. q̃ receſſerãt: ut uiſum ẽ: et ſubdit̃ Xp̃i abſolutio. Dixit autem Ieſuſ. nec ego te condemnabo. quia ueni peccatores ſaluare: non condẽnare: uade abſoluta a culpa et pena. et iam ampliuſ noli peccare. Saluando enim naturam damnat tum culpam. Circa hoc ſciendum q̃ hoc factum Xp̃i non eſt trahẽdũ ad conſequentiã immo debent ſacerdotes in foro penitentiali imponere penitentiam ſecundum conditionem peccantis: et peccati: q̃a nõ habent talem poteſtatẽ remittẽdi. Poterat etiam Xp̃s iſti mulieri tantam contritionem dare q̃ ſufficeret ad delectionem totius culpe: & pene & potuit illã cõtritionẽ cognoſcere nõ ſicut aũt aliꝰ ſacerdoſ: q̃ nõ nouit cor nec uidet q̃a hõ uidet ea tantum que apparent: ut habetur. i. Re. xvi. Iterum ergo. Poſtquam euangeliſta introduxit Xp̃m docẽtẽ: Hic deſcribit doctrinã ipſius quantum ad uirtutẽ illuminatiuam: & diuidit̃ ĩ duo. quia primo p̃ponit̃ ĩtẽtum et hoc probat̃ ibi. Dixerunt ergo phariſei. Circa p̃mum tria p̃ponunt̃. Primum eſt ipſius Xp̃i ſpeciale priuilegium. cũ dicit̃. Ego ſum lux mũdi. Alii autẽ non ſunt lux. ſed ab iſta luce illuminati: ut dictum fuit. i. ca. Nõ tamẽ ſic ẽ intelligendum q̃ Xp̃s ſit ſol ille. niſi uel ſic ĩtelligebant manichei. lux enim magis p̃prie dicit̃ in ſpiritualibus q̃ ĩ corpalibus: quia lux habet rationẽ manifeſtatiui. q̃ p̃prie habet locũ ĩ cognitiõe intellectiua. que ſũmum tenet gradũ: & ideo ipſe deus ſoluſ ẽ lux p̃ eſſentiã: q̃a ab ipſo oĩs noticia deriuat̃. Scd̃o p̃ponit̃ huius lucis beneficiũ: cũ dicit̃. Qui ſequit̃ me. p̃ fidẽ formatã. nõ ambulat in tenebris ignorantie et culpe. et p̃ cõſequẽs nõ ueniet ad tenebras Iebenne. q̃ ſunt terminus predictar̃q; tenebrar̃q;. p̃pter hoc. Mat. viii. dicuntur exteriores tenebre. i. ultime. p̃ Xp̃riſtũ enĩ facta ẽ ueritas contra tenebras ignorãtie et gratia contra tenebras culpe et gloria dabit̃ ab eo contra tenebras Iebẽne. Tertio ponit̃ huius lucis fructus. cũ dicit̃. Sed habebit lumen uite. q̃a p̃ irradiationem huius lucis eleuabitur intellectus ad uidendũ deũ clare. et per conſequens affectus ad fruẽdũ

ipso ꝓfecte: í quibus cõsistit uita eterna. Dixerũt ergo. Hic ꝓbat ista tria proposita ꝑ ordinem. ꝑmo ꝑmũ. scdo secũdũ. ibi. Dixit ergo itez. tertio tertiũ. ibi. Amen: amẽ dico uobis si quis. Prima in duo. qa ꝑmo ponit̃ iudeoꝝ obiectio. Scdo Xp̃i responsio ex qua ostendit̃ ꝑmũ propositũ. Ibi. Respõdit Iesus. Obiectio autẽ eoꝝ nõ ꝓcedit ex pte dicti: qa erat ueriſſimũ. Sed ex pte dicẽtis. et hoc ẽ qd̃ dicit̃. Dixerunt ergo pharisei tu de te ipso testimoniũ phibes testimoniũ tuũ no ẽ uez. i. habens firmitatẽ: dato q̃ esset uerum í se. qa nullus potest de se ipso testimoniũ ferre. Respondit Iesus. Hic ponit̃ Xp̃i respõsio. & excludit eoꝝ obiectionẽ dupliciter. Primo ostendendo q̃ cõsequentia nõ tenet. Scdo q̃ antecedens ẽ falsũ. Ibi uos secundũ carnẽ. Circa ꝑmũ sciendum q̃ testimonium habet firmitatẽ & ueritatem ex certitudine cognitionis: et rectitudine affectionis: & ideo hominis testimoniũ de se non est firmũ: qa & si se cognoscat tñ frequẽter ínordinate afficit̃ ad se ipm: deus autem ꝓfecte se & alia cognoscit: nec potest esse distorsio í eius affectu: ꝓpter qd̃ testimonium dei de se ipso firmum ẽ: testimoniũ autẽ hominis de deo ẽ íualidũ: ꝓpter defectũ cognitionis. Xp̃s autẽ erat deus & homo: nec poterat esse defectus cognitionis. uel ínordinatio affectionis í diuina natura: uel humana: ꝓpter qd̃ eius testimoniũ de se ipo erat firmũ. magis q̃ qd̃cumq̃ aliud testimoniũ et sic patet defectus consequẽtie. et hoc ẽ qd̃ dicit̃. Respondit Iesus & dixit eis si ego testimoniũ phibeo de me: uez ẽ testimoniũ. Subdit̃ causa: qa scio uñ uenio: aut quo uado. i. ꝓfecte cognosco patrem a quo exiui: & ueni í múdum & ad quem reuertar et sic patet ꝓbatio ꝑmi ꝓpositi scilicet q̃ Xp̃s sit lux ꝑ essentiã: qa est uerbũ a patre ꝓgrediens sicut lux a luce. Vos autẽ nescitis. uñ uenio aut quo uado. qa eius diuinitatẽ ignorabant. Vos scdm carnẽ. Hic Xp̃s ostẽdit antecedens eorum esse falsũ: et diuidit̃ í duo. qa ꝑmo ponit̃ Xp̃i probatio. Scdo remouetur iudeorum obiectio. ibi. dicebant ergo. Antecedens eorũ erat. q̃ Xp̃s esset solus q̃ de se testimoniũ phiberet et hoc ẽ falsũ: qa filius dei non pót esse sine patre: & spiritu sancto: qui concorditer dant testimoniũ de eo ut dicitur. i. Io. v. tres sunt qui testimoniũ dant í celo etc. tñ nõ fit hic mentio nisi de patre et hoc ẽ qd̃ dicit̃. Vos scdm carnem iudicatis. i. me esse solũ hominẽ. ego nõ iudico quemq̃. s. ꝑ exteriora sicut uos: qa deus íuet̃ cor. et si iudico ego iudiciũ meũ uez ẽ. i. firmum quia nõ sum solus ut supponitis potest esse solitudo í diuinis cũ una ꝑsona: sit í alia: & ecõuerso: ideo sequit̃. Sed ego & qui misit me pater. & ex hoc arguit ad ꝓpositũ dicens. Et í lege uestra scriptum est. deu. xix. qa duoꝝ hominũ testimoniũ uez ẽ. i. debet reputari uez: qa q̃uis duo homines possunt semel mentiri: tñ nõ cõtingit de facili. Ego sũ qui testimonium phibeo de me ipo. ecce una ꝑsona. & testimoniũ phibet de me qui misit me pater. ecce alia. Argumentũ ẽ a minori. si enim duoꝝ hominũ testimoniũ ẽ firmũ: quia habent cognitionẽ puã & possunt habere affectionẽ distortam. multo fortius testimoniũ patris & filii in diuinis. ubi nõ põt esse talis defectus. debet firmũ reputari. Dicebant ergo. Hic remouet̃ iudeoꝝ obiectio. Audientes enim q̃ allegabat patrem suũ in testimoniũ. statim obiecerunt. Vbi ẽ pater tuus? quasi dicerent nõ ẽ talis ac tantus q̃ í hoc sit ei credendum. credebant enim eũ hominem puꝝ filiũ Ioseph & ideo de ipo derisorie querebant Respondit Iesus. obiectionẽ excludẽdo Neq; me scitis. scdm deitatem. neq; patrem meum. per cõsequens qa cognito uno correlatiuorũ cognoscitur & reliquũ: Ideo sequit̃. Si me sciretis. q̃uis enim iudei haberent maiorem noticiam q̃ gentiles: secũdum qd̃ dicit̃ psalmo. lxxv. Notus í iudea deus. tamẽ nõ cognoscebant eũ quãtum ad misterium trinitatis: quod non erat adhuc plene reuelatũ. Hec locutus ẽ Iesus í gazophilatio. i. in loco ubi ponebãt oblationes ꝑ edificiũ templi. hoc autem addit euangelista

ad ostendendū ꝙ Iesus tunc erat in loco ubi poterat faciliter capi ab eis: qui quere/
bant occidere nisi fuisset depressi diuina uirtute. Ideo sequit. Et nemo appbendit eū
qa nōdum uenerat hora eius. i. ab eo ꝓordinata: qa quando uoluit captus est: & nō
ante. Dixit ergo iterū. Hic ꝓbat secundū suprapositū. s. ꝙ sequēs eum nō ambulat
in tenebris. & diuidit in duo. qa primo ostēdit eos quibus loquebat habere huius lucis
defectū. Secūdo subdit huius defectus remediū ibi. dicebāt ergo. Circa ꝑmū sciēdū ꝙ
recedente sole uisibili de nostro emisperio: causāt ibi tenebre. Ita similiter Xp̄o qui
est sol iusticie ex hoc mūdo ꝑ mortē recedente: iudei ꝑ maiori ꝑte sunt obtenebrati
tenebris infidelitatis: & in eis obstinati: & hoc iusto dei iudicio: qa uidebāt signa eius in
uita eius & in morte: ꝓpter que etiam gentiles legis & ꝓphetarū noticiā nō habentes
crediderūt Xp̄o: sicut patet de illo centurione qui uisis signis ī morte Xp̄i dixit Vere
filius dei erat iste: ut habet Mat. xxvii. & ideo iudei qui nō solum ꝑ miracula uisa:
sed etiam ꝑ oracula ꝓphetarū p̄dicta poterant eū cognoscere. uerū Xp̄m ꝓsequentes
eum. merito sūt a deo dimissi: ꝓpter eorum ingratitudinem: & sic excecati totaliter ꝑ
obstinationē: & hoc ē quod dicit hic. Dixit ergo eis iterū Iesus. ecce uado. s. ad patrē
ꝑ mortē secūdum humanitatem a quo tñ nō recessit secūdum diuinitatē. Et queritis
me. s. ꝓsequendo me in mēbris meis: qa post mortem Xp̄i iudei ꝓsecuti sūt apostolos &
alios Xp̄i fideles usq; ad mortē: ut patet. Act. viii. Et ī peccato uestro moriemini. i.
ꝓpter peccatum uestrū: qa ꝓpter ꝓsecutionē Xp̄i & apostolorū ciuitas Ierusalē de/
structa ē & templū cōbustum & populus occisus: ab exercitu romanorum: ut fuerat a
Xp̄o predictū expressius: Luce. xix. Ieruſalem: Ieruſalē: que occidis. Quo ego ua/
do uos nō potestis uenire. s. ad gloriā patris uestra infidelitate: hoc ꝓpediente. Dice/
bant ergo. Hic cōsequēter Iesus docet remediū: & diuidit in duo. qa primo huiusmodi
remediū ꝓponit. Scdo eius efficaciā ostendit. Ibi. Dicebant ergo. Circa primum sci/
endum ꝙ huiusmodi remediū resistit in hoc ꝙ uenirent ad Xp̄m ꝑ fidem qui ē uera
lux. & ideo diuidit ī duo quia primo remediū huius fidei ostendit. Secūdo ad credēdū
eos inducit. Ibi. Dicebant ergo ei Prima in duo. quia primo ponit iudeorū interro/
gatio Secūdo subdit Xp̄i responsio in qua datur predictum remediū. ibi. Et dicebat
eis. Circa primū sciendū. ꝙ audierūt iudei Xp̄m uolūtarie moriturū: ꝑ illud ut habet
Esaie. liii. tradidit ī mortem animā suam: que scriptura & totū capitulū exponitur de
Christo ab antiquis doctoribus hebreorū: & ideo iudei derisorie querebāt de Iesu quē
reputabant falsū Christū. Nūquid interficiet semetipm qa dixit quo ego uado uos nō
potestis uenire. Si enim seriose loquerentur de impletione huius ꝓphetie dicerent sic.
Nūquid de simplici uolūtate eius sepabit aīa eius a corpore. qđ patet ex eo qđ subdit.
Quo uado ego uos nō potestis uenire. ip̄i enī poterāt seipos īterficere. sed nō poterāt
animā suā ꝑ uolūtate sua tradere sicut erat ꝓphetatum de Christo per Esa. & ī Iesu
fuit adīpletū. Et dicebat. Hic ponit Christi respōsio. ī quo datur p̄dicti uerbi intel/
lectus. dicens uos deorsum estis. i. de massa corrupta pondere originalis peccati: & ideo
habetis debitum mortis: & necessitatē moriendi: ꝓpter quod separatio anime a corpe
non subiacet simplici uestre uolūtati. Ego de superius sū. qa secundū diuinitatē habet
eandem naturā: cū patre: secūdum humanitatē anima ē a deo īmediate & corpus for/
matum: sp̄us sancti uirtute: & ꝓpter hoc habebat plenū dominium super corpus suum
Secundo ostēditur eorum distinctio per affectum: cum subdit. huic hostiarius appit. quia scit eum benuolum ouibus. & oues uocem eius audiunt. id est cognoscūt: qa beata animalia suos benefactores recognoscunt: ut patet p experientiā & p Esa. Propbetā ꝑmo ca. Cognouit bos possessorem suum etc. & proprias oues nominat nominatim. qa distincte eas cognoscat: quod non fecit alienus. & educit eas ad pastum: & cum ꝓprias oues emiserit ante eas uadit. hūc enim modum habent pastores in terra illa: ꝙ p̄cedūt gregem sibilando uoce: uel instrumento: ad cuius auditum oues diriguntur. ideo seqt. & oues illum secuntur: quia sciunt uocem eius alienum autem non secuntur. s. furē: sed fugiunt etc. Secundum Cris. ouile est ecclesia: oues sunt fideles hostium sacra scriptura secundum Col. iii. Orantes simul pro nobis ut deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum ministerium Christi. Sic igitur continuatur littera ista precedentibus secundum Cris. Christus enim dixerat Iudeos esse cecos in intellectu scripturarum: ꝙ ostendit in hac parabola: ex hoc ꝙ aduentum Christi deberent consyderare ex testi/monio scripturarum: quas habebant: qa Christus intrauit per hostiū. id est per determi/nationem sacre scripture: quia Christus & locum & modum ueniendi determinauit: ut supra dictū est. v. ca. & ideo alii aliter intrantes sunt fures sicut Mahometus & Anti/christus. huic hostiarius apperit. id est Moyses cui primo data est sacra scriptura ꝓpter hoc saluator dixit supra. v. ca. Si crederetis Moysi crederetis forsitā & mihi. & oues illū audiunt. i. simplices sicut fuerūt Apostoli et credentes. & uocat nominatim. hoc patet de Apostolis quibus distincta nomina imposuit: & eduxit eos de tenebris ignorantie & culpe. & ante eos uadit. per exemplum opm secundum quod dicitur infra. xiii. capi. exemplum dedi uobis ut quemadmodum ego feci etc. & oues illum secūtur p imitationē quia sciunt uocem eius. i. per fidem cognoscunt & approbāt. alienum aūt non secunt recipientes falsam doctrinam: quia non nouerunt uocem alienorum. i. nō approbauerūt Sed contra dictum Cris. pōt argui: ꝙ Christus exponendo hanc parabolam: dicit se hostiū esse igit sacra scriptura hic non est hostium. Pōt dici sustinendo dictū Cris. ꝙ Xp̄us non solū uocat se hostiū: sed etiam pastorē ut patebit: & scd̄m hoc distinguitur ab hostio ꝓpter ꝙ sacra scriptura dicit hostium inquantū Xp̄s est pastor ouilis: & respectu sui ingressus in mundū. sed inquantum alii habent p ipm ingressum ad deum Scd̄m Aug. hostiū est Xp̄s & continuat littera sic p̄cedentibus. qa Iudei in precedēti ca. dixerunt se uidere sine Christo & per consequens posse ad ueritatem peruenire sine eo. propter quod saluator in hac parabola ostendit hoc impossibile dicens. Qui nō intrat in cōgregationē fideliū. p hostiū. i. per Christū. fur est etc. qd̄ faciūt omēs in/fideles & etiam mali fideles statum prelationis indebite assequentes. Qui autem intrat i congregationē fidelium. per hostium. i. per fidē Christi & humilitatem & alias uirtutes Christi. Pastor est ouium scd̄m ueritatem. huic hostiarius apperit. i. spiritussanctus reuelat ueritatē ut possit oues pascere. & oues uocē eius audiunt. i. doctrinā recipiūt & uocat nominatim. condescendendo familiariter subditis. & educit eas. de tenebris ignorantie & culpe. & ante eas uadit. per exempla uite etc. Hoc ꝓuerbiū. hic ponitur parabole expositio: & diuidit in duas. qa primo ponitur necessitas exponendi. secundo subiungit ipsa expositio ibi. dixit ergo. Circa primū sciendū: ꝙ illa indigēt expositiōe que habēt obscuritatē tale erat predictū uerbum Christi. qa erat parabolicum: & ideo intellectus eius audientibus erat occultus: & hoc est qd̄ dicit euangelista. hoc. ꝓuerbiū dixit eis Iesus. Prouerbiū dicit qñ uerbū ꝓ uerbo ponit sicut est in parabola. qa per uocem unam rē significantē aliud designat. illi aūt non cognouerunt qd loqueret eis. & sic patet necessitas expositiōis. Dixit ergo iterꝙ eis. hic ponit ipsa expositio ꝓabole

Parabola aũt duaſ parteſ habet. una ẽ ꝙ intranſ aliunde. fur ẽ & latro. & hoc primo exponitur. Scđa eſt ꝙ intranſ per hoſtium ẽ paſtor: & hoc ſcđo exponitur. ibi. Ego ſum paſtor bonuſ. p̀ma in duaſ ꝙa primo ponit̃ prime partiſ expoſitio: ſecũdo eiuſdẽ expoſitionis ꝓbatio ibi. ego ſũ hoſtiũ. In p̀ma clauſula fecit mẽtionẽ de hoſtio ouilliſ: & de fure ideo utrꝙ exponit. d. Amen amen dico uobiſ ꝙa ego ſum hoſtium ouium. ratio huiuſ predicta eſt. Omneſ quotquot uenerunt ante me fureſ ſunt & latroneſ hoc non eſt intelligendum de prophetis a deo miſſis ſed de illis ꝙ uenerunt capite proprio: ſicut dicit̃ Actuũ. iii. de Theoda & Iuda Galyleo. Theodaſ. n. ut dicit Ioſephuſ fuit quidam maguſ ꝙ decepit multoſ de filiis Iſrael: & duxit eoſ uſq; ad Iordanis fluuiũ p̀mittens eis diuidere aq̃ſ: ut tranſirẽt ſicco pede: ſicut & patreſ eorꝝ. Iudaſ aũt Galyleus tpe quo Xp̃s natus fuit ꝓhibebat populũ Iudeorꝝ profiteri Ceſarẽ dn̄m: & reddere tributum: & multi ſecuti ſunt eum. & non adierunt eoſ oueſ. i. fideles in ouilli eccleſie p̀manenteſ: ꝙa ipſi pierũt & ſeq̃ces eorꝝ: ut dicit̃ Actuũ. iii. Ego ſũ hoſtiũ. hic probat utrꝙ dictũ in dicta expoſitione. & primo qđ ſit hoſtiũ: ꝙa offitiũ hoſtii ẽ ſaluare ea que ſunt intra domum: & qđ p ipm̄ ſit ingreſſuſ: & ſic eſt de Xp̃o: ꝙa per ipſum fideleſ ſaluant̃ ſcđm qđ dicit̃ Actuum. iii. Neq; enim ẽ aliud nomen ſub celo datum hoibuſ in quo optet noſ ſaluoſ fieri: & hoc eſt qđ dicit̃. per me ſi quiſ introierit ſaluabitur. Similiter p ipm̄ eſt ingreſſuſ ad fidẽ: & egreſſuſ de miſeria iſta ad gloriã. & ſic inueni/unt̃ paſcua eterne beatitudiniſ: & hoc ẽ qđ dicit̃. Et ígrediet̃ hic: ad fidẽ. & egrediet̃ de hoc mundo ad gloriam. & paſcua inuenient. ꝙa beati reficiunt̃ interiuſ in coſpectu diuinitatiſ & exteriuſ í aſpectu humanitatiſ Xp̃i p quã ſaluati ſũt. Ideo dicit paſcua pluraliter. Conſequenter ꝓbat ſecundũ. ſ. ꝙ alii fuerunt. fureſ: quia non uenerũt ad ſaluandũ populũ: Sed magis ad eius deſtructionẽ & hoc eſt qđ dicit̃. fur nõ uenit niſi ut furet̃. uſurpando qđ non eſt ſuum: ſicut illi uenerunt uſurpando quod non erat eis debitũ: & mactet: & perdet. ꝙa multi de populo occiſi ſunt corporaliter: & etiam ſpiri/tualiter credenteſ perſuaſioni eorꝝ. ego ueni non ſicut ipſi ſed ut uitam habeant. per gratiam in p̃ntí. & habundantiuſ habeant: p gloriam in futuro: quia gloria eſt gratia conſumata. Ego ſũ paſtor. Hic exponit ſecũdam ꝓbole partẽ. ſ. ꝙ ſit bonuſ paſtor intranſ p hoſtiũ. & diuidit̃ in duo. ꝙa p̀mo ꝓponit intentũ. ſcđo ꝓbat ꝓpoſitũ ibi. Ego ſum paſtor. bonuſ. Circa p̀mũ probat condictioneſ boni & mali paſtoriſ: quia bonuſ paſtor debet habere affectionem ad gregẽ intm̄ ꝙ p eo ſi neceſſe ẽ ſuſtineat mortẽ & hoc eſt qđ dicit̃: Bonuſ paſtor aíam ſuã dat p ouibuſ ſuiſ. Ad cuius intellectũ cõſy/derandũ ꝙ reſ melior non eſt exponenda ꝑiculo pro uiliori. Sed magis econuerſo uita autẽ boíſ melior eſt ſimpliciter: q̃ uita omnium brutorꝝ animalium: & ideo licet paſtor beatorꝝ debet aliquẽ laborẽ pro ſalute gregiſ ſuſtinere: nõ tñ debet ſe morti exponere aía aũt humana nobilior eſt corpore: & ideo econtrario paſtor aíarum p grege ſuo debet uitã corpalẽ exponere. Vlteriuſ tangit condictionẽ mali paſtoriſ. d. mercena/riuſ aũt et ꝙ non eſt paſtor. mercenariuſ dicit̃ a mercede & ẽ taliſ ꝙ in officio p̃latiõiſ attendit comodum rei temporaliſ. que dicitur ꝓprie merceſ gloria autem celeſtis non dicit̃ proprie merceſ: Sed tantumõ large inquantũ omne qđ reddit̃ in p̃miũ laboriſ merceſ dicit̃. non aũt huiõi ẽ: ꝙa hereditaſ diſtinguitur a mercede ꝓprie dicta: ſicut filiuſ cui debet̃ hereditaſ diſtinguit̃ ab operario conducto: cui debetur merceſ. gloria aũt celeſtis reddit̃ fidelibuſ: ſicut hereditaſ filiis propter qđ nõ habet rationẽ mercediſ & ideo ille ẽ ueruſ paſtor ꝙ attendit ad p̃miũ glorie. Mercenariuſ autem qui attendit ad comodũ rei terrene: & ꝙa nõ ẽ ꝓprie paſtor: ideo ſequit̃. Cuius nõ ſunt oueſ ꝓprie ſed tm̄ uſurpatiue qđ ꝓbat p effectũ cũ ſubdit̃. uidit lupũ uenientẽ. id eſt Tyrannum

ſubditoſ ad peccandū inducentē uel hereticū falſa doctrina eoſ corrūpentē & dimittit oueſ & fugit. non reſiſtendo p cenſuram eccleſiaſticā Tyrannidiſ oppreſſioni: nec ſanā p doctrinā hereticē prauitati. & lupuſ rapit ad malū ptrahendo. & diſpergit oueſ. ab unitate eccleſie ſeparando. mercenariuſ aūt fugit. i. auxiliū debitū ſubtrahit. qa merce/nariuſ ē. i. ſolū curāſ de comodo temporali. & non pertinet ad eum de ouibuſ. qa non habet affectum debite ordinatū ad eaſ. Ego ſum. Hic ꝓbat q̄ dixerat p duo ſigna primū eſt mutua cognitio paſtoriſ: & ouium & ꝓuenit ex hoc q̄ paſtor frequenter & ſollicite oueſ uiſitat & ſic cognoſcit in particulari conditioneſ eaꝝ. Similiter oueſ ex frequenti imaginatione beneficii paſtoriſ ipm attendunt & ſic ſpecialiter recognoſcūt ſicut eſt de Xpo & uere fidelibuſ ergo ē paſtor ueruſ: & hoc eſt quod dicit. Ego ſum paſtor bonuſ. Et ſignū huiuſ ſubdit. & cognoſco oueſ meaſ. non ſolū noticia uiſioniſ qa oīa nuda & apperta ſunt oculiſ eiuſ: ut habet Heb. iii. ſed etiā noticia approbati/oniſ & cognoſcunt me mee. qa uere fideleſ cognoſcunt beneficia Xpi. Sicut nouit me pater: & ego cognoſco patrē. li ſicut non importat eq̄litatē ſed quandā aſſimilationem longinquā: qa patriſ & filii eſt una noticia conſyderando filii deitatē: ſecundū huma/nitatē uero uidet patrē clare continue. Nō aūt ſic fideleſ pñt continue habere oculum mentiſ ad beneficia diuine gratie: qa taliſ attentio mentiſ aliqñ neceſſario interrumpit propter ſtatū preſentiſ uite. Scd̄m ſignū ueri paſtoriſ ē: affectio quā oñdit ad oueſ que non pōt eſſe maior quā ſe exponere pro ouibuſ: Sic eſt de Xpo & fidelibuſ ideo dicit. & animā meā pono p ouibuſ meiſ. qa aīa Xpi p fidelibuſ fuit ſeparata a corpe & oblata deo patri. Cum dicit in manuſ tuaſ comendo ſpiritū meum. etc. Luc. xxiii. Et ne crederet q̄ ſolū p iudeiſ deberet mori ꝓpter hoc qd̄ dicit Mat. xv. non ſum miſſuſ niſi ad oueſ que perierūt domuſ Iſrael. ideo hoc remouet. d. Et aliaſ oueſ habeo que non ſunt ex hoc ouili. i. de Synagoga Iudeoꝝ: ſed de populo gentili. & illaſ optet me adducere. qd̄ factū eſt per p̄dicationē Apoſtoloꝝ. ut habet Actuū. xiii. ca. Xpo p̄ncipaliter opante in eoꝝ p̄dicatione ſcd̄m qd̄ dicit Mar. ultimo. illi aūt ꝓfecti p̄di/cauerūt. ubiq; dño coopante etc. Et uocē meā audient. qa Iudeiſ repellentibuſ fidem Xpi gentileſ eā deuote recepunt ad p̄dicationē Apoſtoloꝝ: ſecundū qd̄ dicit Actuū xiii. ubi Pauluſ & Barnabaſ dixerunt Iudeiſ: uobiſ oportebat p̄mū loqui etc. ubi ſeqt̄ audiētеſ aūt gentеſ gauiſe ſunt: & glorificabāt deū. Et fiet unū ouile. i. una eccleſia ex Iudeiſ & Gentibuſ collecta. & unuſ paſtor. ſ. Xpſ. Alii. n. nō ſūt niſi uicarii huiuſ paſtoriſ: q̄liter aūt ſit intelligendū uerbū Xpi p̄allegatū Mat. xv. ibi fuit expoſitū. Seqt̄ adhuc de affectiōe huiuſ paſtoriſ ad oueſ: cū dicit̄: ꝓpterea diligit me pater. i. ex dilectione patriſ ē q̄ me ad ſalutē ouiū deſtinauit uel aliter ꝓpterea me pater diligit: qa adimplebo eiuſ uolūtatē in mea paſſiōe p ouibuſ. ideo ſubditur. qa ego pono aīam meā. Sciendū tñ affectuſ amoriſ patriſ ad filiū etiā ſcd̄m humanitatē nō uenit ex paſſione: ſed magiſ p̄ceſſit ſed aliquiſ affectuſ amoriſ ſecutuſ ē. ſ. glorificatio corporiſ Chriſti in eiuſ reſurrectione. ideo ſubdit̄. Et iterꝝ ſūmā eam. & quia uoluntarie paſſuſ ē. ideo ſubdit̄. nemo tollit eā a me. ſ. uiolenter. nō ſic intelligendo q̄n ex uulneribuſ & paſſione mortuuſ ſit: ſed quia poterat p̄ſecutoreſ ſuoſ impedire. & uno uerbo ꝓſter/nere. Sed ego ponā ipſā a me. ipſoſ inter fectoreſ nō impediendo. poteſtatem habeo ponēdi ipſam. i. deponendi: nō a ſuppoſito uerbi qa qd̄ ſemel aſſūpſit nunq̄ depoſuit Sed a corpore a quo fuit ſeparata in triduo: q̄uiſ eſſet unita uerbo. poteſtatem habeo iterum ſūmendi eam: non ad ſuppoſitum a quo nunq̄ fuit ſeparata: ſed ad corpuſ fuit reunita. hoc mādatum recepi a patre meo. ſcilicet ut impleam eiuſ uoluntatē in mea paſſione pro ouium ſalute. Diſſenſio itaq;. hic ponitur effectuſ Chriſti doctrine qui

fuit diuerſus in bonis: & malis: qa boni per eius doctrinam in fide sunt confirmati: & mali eam perutẽtes diuino iudicio sunt in malis obdurati: & hoc est qđ dicitur. dissensio itaq; iterum facta est inter Iudeos propter sermones hos: dicit iterum quia aliꝰ inter eos fuerat dissensio ex consimili causa ut dictũ est supra ca. vii. Dicebant autem multi ex ipsis obstinati in malis. demoniuũ habet & insanit. miracula enim que faciebat attribuebant demoni. Similiter uerba eius que non intelligebant credẽtes qꝺ sicut arreptitius loqueretur. ideo sequitur. Quid eum auditis? Econtrario uero alii dicebãt. scilicet boni & deuoti. hec uerba non sunt demonium habentis. quia si arreptitii loquantur aliquando ardua: tñ sunt falsa: uel ad malũ inducentia Christus autem habebat uerba uite eterne quod probant ulterius per factum dicens. nunquid demonium habet oculos cecorum aperire? q. d. licet enim demones possent aliqua miracula facere inquantum in tempore inpceptibili a nobis coniungunt propria actiua propriis passiuis sicut rane facte sunt a Magis Pharaonis: secundum quod dicit Aug. non tñ possũt facere ea que excedũt totam facultatẽ nature cuiusmodi ẽ illuminatio ceci. Facta sunt. descripta benignitate Christi in docendo: hic consequenter describitur Iudeoꝝ malignitas ipsum persequendo: & primo uerbis & secundo factis ibi. Sustulerunt ergo lapides. prima in duo. quia primo ponitur Iudeorum interrogatio maligna. secũdo responsio Xp̃i uera ibi respondẽs eis Iesus. Circa primum describitur eorum interrogatio quantũ ad tp̃us & locum & interrogandi modum. Tempus tangitur cum dicitur. Encenia facta sunt Hierusolomis. i. factum dedicationis templi Encenia enim idẽ est quod innouationes: & dicitur aben. quod est in & cenos quod est nouum. quod fit aliqua res noua suo usui applicatur. In dedicatione aũt templũ applicatur usui. Sciendũ tamen qꝺ istud festum non erat prime dedicationis que facta est a Salomone: quia ista facta est decima die mensis Septembris: in autũpno ut habet. iii. Regũ. viii. Nec est secunde dedicatiõis que facta est sub Sorobabel templo reedificato: quia illa facta est in Martio tempe uernali. sed fuit festũ illius dedicatiõis seu innouationis que facta ẽ sub Iuda Machabeo: quando purificatum fuit templum ab Antiochio Ephyphane prophanatum: ut habetur. id ẽ Mach. iiii. que purificatio fuit facta. xxv. die decembris. ideo ad hoc denotandum additur. & hyems erat. & sic patet tempus. locus autem designatur: cum subdit. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. nomine templi intelligũt atria & loca ad domũ domini pertinentia. erat ibi quidã locus edificatus ubi Salomõ stabat ad orandum: quod dicebatur regis oratorium: Sed contra hoc uidetur qꝺ omnia que edificauerat Salomon in templo fuerunt combusta per Caldeos ut habetur. q̃rto Regum ultimo dicendum qꝺ alia porticus erat reedificata in tẽplo ad similitudinẽ ꝑioris: & ideo retinuit nomen precedentis sicut frequenter fit in edificiis reparatis. & sic patet interrogationis locus. Subdit etiã interrogationis modus. Circũdederũt ergo Iudei. ut caperent eum in uerbis. & dicebant ei quousq; animam nostram tollis. id ẽ cruciat dimittendo nos in suspenso: per hoc innuentes qꝺ uellent eius dicto stare: & eũ libenter sicut Christum recipere: cum tamen haberent contrarium in corde. Si tu es Christus dic nobis in palam. non querunt si tu es filius dei: qa de hoc non curasset Pilatus: qui erat gentilis apud quem intendebant eum accusare: sed querunt si tu es Christus. id est unctus que unctio debebatur regibus & per consequens si respondisset se esse Christum statim accusassent eum presidi: ut rebellare uolentem contra imperatorem Romanum. cui subditi erant Iudei: & aspirare ad regnũ. eadem etiam causa dixerunt dic nobis in palam: ut possent contra eum habere testimonium. Respõdit Iesus. hic ponitur Xp̃i uera responsio: in quo primo ostenditur Iudeorum malignitas. secundo discipulorum

& Christi benignitas ibi. oues mee. In prima ergo parte dicitur sic. loquor uobis & non creditis. quasi diceret uos queritis uerba exprimentia: ꝙ ego sim Christus: non ad ueritatem intelligendum sed magis ad calumniandum: quia si illa dicerem non crederetis quod probat consequenter dicens. Opera que ego facio in nomine patris illa testimoniū perhibēt de me. sicut enim supra dictum. capitulo. iii. efficacissimū argumentū ad probandum ueritatem excedentem naturalem facultatem intellectus sunt opera miraculosa: & tamen illis non credebant: cum tamen fierent ad declarationem deitatis Iesu Christi. Causa autem incredulitatis ipsoꝝ subditur. cum dicitur. Sed uos non creditis quia non estis ex ouibus meis. id est innocentes & humiles sed superbi & maligni & ideo diuino iudicio excecati. Cosyderandum ꝙ in hac responsione. Christus non dixit expresse se esse Christum quem querebant. Sed dixit aliud equiualens: uel magis ut respōderet ueritatem & excluderet calumnie maliciam. Oues mee. Hic cōsequenter ostendit discipulorum suorum benignitatem dicens. Oues mee. id ē humiles quibus reuelatur ueritas: ut habetur Matthei. xi. uocem meam audiunt. credendo corde: & obediendo opere. & ego cognosco eas non solum notitia uisionis: sed etiam approbationis ad uitam eternam. & sequuntur me. hic in pñti per gratiam: & in futuro per gloriam. ideo sequitur. Et ego uitam eternam do eis. & non peribunt ineternū loquitur enim hic de illis qui sunt oues eius nō solum per presentem iusticiam: sed etiā secundum predestinationem diuinam que frustrari non potest. & non rapiet eas qsq̄ de manu mea. per uiolentiam quod probat tali ratione. pater meus quod dedit mihi omnibus maius est. id est ipsa deitas quā habeo a patre: quia omnia creata excedit infinitum. & nemo potest capere de manu patris. cum enim sit infinite potentie nihil potest ab eo auferri per uiolentiam. ego & pater unum sumus in uirtute & potentia sicut & in deitate quā dicit mihi: ut predictum est ergo nemo potest rapere oues de manu mea. Notandum autem ꝙ ex hoc uerbo saluatoris. ego & pater unum sumus excluduntur duo errores contrarii circa articulum sanctissime trinitatis. Sabellius enim posuit i deo unitatem persone: sicut & essentie: & hoc remouet cum dicitur. ego & pater unū sumus si enim pater & filius essent una persona: dixisset sum in singulari Arrius autem posuit econtrario diuersitatem essentiarum sicut & personaꝝ: & excludit per hoc quod dicitur hic unum. Si enim pater & filius haberent diuersas essentias nō diceret unum neutraliter: sed plura. Sustulerunt ergo. Hic consequenter ostenditur malignitas Iudeorum & in facto: & diuiditur in tres. quia Christus primo refrenat eorum seuitiam. secundo excludit impositā sibi blasphemiā ibi. Responderunt Iudei tertio fugit propter obstinatam eorum maliciam ibi. querebāt ergo. In prima ergo parte dicitur sic. Sustulerunt lapides Iudei ut lapidarent eum. moti liuore & inuida non amore iusticie: quia absq; legis ordine ut supra fuit dictum: in casu simili octauo capitulo. Respondit eis Iesus. dulciter eos reprimēdo. multa opera bona ostēdi uobis. ex patre meo scilicet ueritatem docendo infirmos curando: & alia miracula faciendo propter quod eorum opus me lapidatis: cum tamen ex hoc honorare me deberetis. Responderunt. Hic consequenter excludit blasphemiam sibi impositam: & diuiditur in duo. quia primo huiōi blasphemia imponitur. & secundo excluditur ibi. Respōdit In prima parte dicit sic. Respondērūt Iudei dicentes non de opere bono lapidamus te: sed de blasphemia. In dictis eorum patet contradictio: quia loquebantur sicut furiosi testificātur enim eum facere bona opera in miraculis: cum dicunt. nō de bono opere. scilicet quod facis & cum hoc dicunt eum blasphemum: cum subditur: sed de blasphemia. Ista enim sunt incōpossibilia: qa miracula Christi fiebant ad testimoniū

bonitatiſ eiuſ: & cum eſſent opera bona & diuina non poterant fieri ad teſtificandum aliquid falſum: quod tamē eſſet ſi ille eſſet blaſphemuſ: ad cuiuſ teſtimonium fiēt: Iſta aūt cecitaſ in eiſ procedebat ex eo ꝙ ſolū in Chriſto naturam humanam cōſyderabāt ideo ſubditur. quia cum homo tu ſis facis teipſum deum. Reſpondit eiſ. hic Chriſtuſ excludit crimen blaſphemie ſibi impoſitum: & hoc dupliciter. primo excludit illud per ſcripturam. ſecundo per rationem ibi. Si non facio. Circa primum ſciendum. ꝙ ſacra ſcriptura cum ſit a deo inſpirata: non poteſt eſſe falſa ipſa autem attribuit diuinitatem hominibuſ ſāctiſ & propbetiſ & ipſi Chriſto. Aliter tamen quia deitate participante tantum attribuit aliſ a Chriſto ſicut iudiceſ locum dei tenenteſ dicuntur dii. Exo. xxv. dominuſ deuſ applicabitur ad eoſ & ibidem duſ non attrabeſ etc. Chriſto autem attribuit deitatem proprie dictam: ſecundum quod habetur. Hiere. xxiii. Ecce dieſ uenient dicit dominuſ: & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. ſequitur poſtea. & hoc eſt nomen quod uocabunt eum dominuſ iuſtuſ noſter. ubi habemuſ dominuſ ponitur nomen dei: tetragramaton in hebraico: quod nullo modo alicui attribuitur niſi deo uero & ideo patet ꝙ ſicut ſcriptura ueteriſ teſtamenti attribuit aliſ a Chriſto deitatē participantem dictam: ita ipſi Chriſto deitatem proprie dictam: ſecundum hoc igitur exponenda eſt littera. Reſpondit eiſ Ieſuſ. declinando ſe nō eſſe blaſphemum dicēdo ſe eſſe deum uel dei filium naturalem: quod idem eſt: quod probat per ſcripturam dicēſi. Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra quia ego dixi dii eſtiſ. hoc habetur Pſal. lxxxi. & dicitur de iudicibuſ & propbetiſ: ideo ſubdit̄. Si illoſ dixit deoſ participatiue ad quoſ ſermo dei factuſ eſt ſicut fuerunt propbete & iudiceſ: & non poteſt ſolui ſcriptura id eſt non poteſt dici ꝙ contineat falſum. quē pater ſanctificauit & miſit in mundum id ē meipſum. quē ſanctificauit. id eſt ſanctum generauit. ab eterno. id eſt ſecundum deitatem. uel ſanctificauit. id ē plenitutine gratie repleuit quātum ad humanitatem & miſit in mundum ad ſaluandum ipſum ſicut erat per Proberam dictum & uoſ dicitiſ mibi quia blaſphemaſ: quia dixi filiuſ dei ſum. quaſi diceret irrationabiliter loquimini quia ſacra ſcriptura que ſolui non poteſt expreſſe loquitur de diuinitate mea: ut patet per predicta. Si non facio. Hic conſequenter excludit crimen blaſphemie impoſitū per rationem: circa quod ſciendum ꝙ omnia determinantur proprio opere: ut habet̄ iii. Methaphiſice. & ideo ꝑ propriā opatiōem certificant̄ de natura dei Chriſtuſ aūt faciebat opa diuinitatiſ ꝓpria. ſ. miracula totā facultatē nature create tranſcēdentia & etiā uirtute ꝓpria: qa non ſolū faciebat illa obſecrando diuinā potentiā: ſed aliqñ ipando: exquo concludit̄ ꝙ in eo uere erat natura diuina: & ꝑ conſequenſ non erat blaſphemuſ dicendo ſe eſſe deū: uel filiū dei: & hoc ē qđ dicit̄. Si nō facio opa patriſ mei etc. ideo concludit ex operibuſ. ut cognoſcatiſ & credatiſ qa pater in me ē & ego in patre. inquantū ē una natura amboꝝ: ſicut & una opatio. Querebant ergo. Hic cōſequēter ponit̄ fuga Xp̄i ꝓpter eoꝝ obſtinatā maliciā: qa nec uerbiſ nec opibuſ inducebant̄ ad credendū: ſed tāq̄ obſtinati querebant eū ap̄hendere ad occidendū & exiuit de manibuſ ipſoꝝ. uirtute diuina tranſiens ꝑ ipſoſ ſicut ſupra dictū ē ca. viii. Et abiit iterꝝ tranſ Iordanē in eū locū ubi erat Iohanneſ baptizāſ populum: & māſit illic. ſ. ad tp̄uſ ut populi uenienteſ ad ip̄m recordarent̄ de teſtimonio Io. q dixerat de eo. Ecce agnuſ dei etc. & de teſtimoio dei patriſ. cuiuſ uox audita fuerat ī baptiſmo Chriſti: hic eſt filiuſ meuſ dilectuſ: & ſic habita collatione primorum. & nouiſſimorū confirmarentur in fide ipſius. ideo ſequitur. Et multi uenerunt ad eum credenteſ. & dicebant. in argumentū ſue fidei. quia Iohanneſ quidem fecit ſignum nullum. Signa enim ſeruabant̄ Chriſto ſicut principaliori: tamē propter ſanctitatem uite credebant

Iohanni: & quia in Christo uidebāt dictum eius impleri ideo sequitur. Omnia autem quecunq; dixerat de eo Iohannes uera erant. & concluditur fructus huius collationis cum dicitur multi crediderūt in eum. Circa predicta in hoc capitulo queritur utrum licitum sit pastori ecclesie in persecutione fugere: & arguitur primo q̄ sic: quia aliqui sancti leguntur in hoc fecisse sicut Thomas Cantriensis fugit de Anglia tempe persecutionis sue: ecclese quod non fecisset nisi licitum fuisset ergo etc. Item saluator dixit Apostolis Mat. x. capitulo. Si uos persecuti fuerint in una ciuitate fugite in aliam: & sic uidetur q̄ fugere tempore persecutionis non solum sit licitum sed & meritorium cū saluator ad hoc discipulos hortetur. Contrarium uidetur per hoc quod in hoc capi. dicitur mercenarius autem: & qui non est pastor uidet lupum uenientem & dimittet oues & fugit & exponēs Gregorius dicit q̄ ille qui fugit tempore persecutionis merito perdit meritum pastoris: quod non esset uerum si fugere esset sibi licitum. Responsio dicendum q̄ nomine lupi uenientis super oues aliquando intelligit̄ diabolus per tentationes fideles infestans. Aliquando hereticus per falsam doctrinam corrumpens Aliquando Tyrannus uiolentia armorum persequēs: si primo & secundo mó accipiat̄ lupus tunc non est licitum pastori fugere: quia talibus lupis non est resistendum corporaliter sed magis spiritualiter per deuotam orationem & sanctam predicationem & doctrinam: & ideo per talia est eis statim uiriliter resistendum. Aliter enim si daretur eis ingressus non resistendo accideret maius periculum: ꝓpter qd̄ dicit beatus Iacobus quarto capitulo Resistite diabolo & ipse fugiet a uobis. & idem posset dici de heretico quia fugit illum qui per sanam doctrinam detegit ipsius falsitatem: propter quod Symonmagus fugiebat Petrum de ciuitate in ciuitatem ut dicit̄ in itinerario Clemētis Si accipiatur lupus tertio modo tunc est distinguēdum: quia aut persecutio ē p̄sonalis aut cómunis. Si personalis ita quod est contra pastorem tantum: & non contra gregē sibi commissum: tunc pastori est fugiendum nec tunc dimittit gregem in persecutione quia persecutio non est contra gregem ut dictum est secundo mó Paulus Apostolus fugit de Damasco: ut habetur Actuum. ix. Si autem persecutio sit communis uidelicet contra gregem & pastorem adhuc distinguendum est: quia aut unus solus pastor aut multi: Si unus tantum non est sibi licitum fugere: & oues dimittere: quia sic esset mercenarius & non pastor secundum quod dicit saluator. Si aūt sunt multi pastores quibus ecclesia indigeat alibi: tunc aliqui debent remanere: & alii fugere ut sic grex remanens in illa ecclesia sufficiēter custodiat̄: & utilitati ecclesie alius ꝓuideat̄: & si nó possit terminari de cómuni cōcordia uel alia cōuenienti uia: q̄ remaneant & q̄ fugiāt pñt super hoc inuocata spiritussancti gratia sortes mitti: secundū qd̄ dicit Aug. in epistola ad honoratū. Si inter dei ministros sit disceptatio qui eoꝝ tempore persecutionis maneant ne fuga omnium & qui eorum fugiant ne morte eoꝝ omniū ecclesia deserat: Si hec disceptatio aliter nó poterit terminari q̄ntum mihi uidetur q̄ maneant & qui fugiant sorte legendi sunt. Ad primum dicendū. q̄ sancti fugierunt in casibus licitis p̄dicto mó. unde in legenda sancti Thome dicitur q̄ in p̄ncipio persecutionis fugit q̄ non dū innotuerat ad plenū causa ecclesie & p̄sonalis p̄secutio uidebatur. eodem mó dicēdum est q̄ scd̄m q̄ saluator hortatur discipulos fugere in casibus licitis predictis.

Erat aūt qdam languens. Post q̄ euangelista oñdit in Xp̄o uirutē uiuificatiuā ex eius uerbo: hic cōsequēter idē oñdit sēsibili signo in mortuo eius uirtute suscitato. & diuidit̄ i tres. qa euāgelista p̄mo describit ifirmitatē Lazari incurabilē. scd̄o eius mortē indubitabilē ibi. ut ergo audiuit. tertio eius suscitationem mirabilē ibi. Iesus aūt ut uidit. Prima in duas qa primo ponitur eius infirmitas. scd̄o

.XI.

Xp̃o nuntiaẽ ibi. miſerunt ergo. In p̀ma p̨te dicitur ſic. Erat aũt q̃dam languenſ. ex quo patet incurabilis infirmitas uia nature. infirmitas. n. curabilis nó dicitur proprie lãguor. Lazarus. ſ. noíe a Bethania. nomẽ ẽ ille in q̃ erat infirmus de caſtello marie & Marthe ſoroꝝ eius. qa in p̃dicta ulla erat illud caſtꝝ in quo manebant iſte dñe cum Lazaro eoꝝ fratre. Et qa multe mulieres uocabant̃ noíe Marie: ideo ad diſtig/uendũ iſtam ab aliis ſubdit̃. Maria aũt erat que unxit dñm ungento etc. utꝝ aũt hec Maria fuerit illa peccatrix de q̃ ſcribit̃ Luc. vii. que lauit lacrimis pedes dñi & unxit unguento ſancto uarie loquunt̃ Hier. aũt & Criſ. dicũt iſtã fuiſſe aliã: unde illa dicit̃ peccatrix hec ſancta: & honeſta: & ꝓpter hoc nomen illius tacet̃ Luc. vii. iſtius aũt nomẽ hic exp̀mit̃ q̃ dicũt iſti q̃ ambe iſte mulieres fecerũt ſimile factum ſed ille fecit hoc ex peccatoꝝ ſuoꝝ compunctione. Iſta aũt ex Xp̃i deuotione. Gre. autem & Aug. de conceſſu euangeliſtaꝝ dicũt cõtrariũ. dicit tñ Aug. q̃ iſta Maria bis unxit dñm ex hoc loco ſumenſ argumentũ. q̃ hic dicit̃ qa unxit loquendo de preterito & in ſequenti ca. ſimiliter dicitur q̃ unxit caput dñi. Dicit igitur q̃ p̀ma unctio fuit ex contritione: quã Luc. narrat diffuſe & hoc breuiter repetitur. Secunda aũt fuit ex deuotione que ſequenti ca. deſcribit̃. Conſuetudo etiã eccleſie tenet q̃ eadem mulier fuit de q̃ narrat Luc. tacito eius nomine: & que hic dicitur ſoror Lazari: nec mirum qa officiũ eccleſiaſticũ a beato Greg. fuit ordinatũ: q fuit huius opinionis. Miſerũt. Hic conſequenter infirmitas Lazari xp̃o nuntiatur p̨ internuntium: & hoc eſt quod dicitur. miſerunt ergo ſororeſ. creationem fratris ſui deſyderanteſ. ad eũ dicenteſ dñe ecce quem amaſ infirmatur. non dicit ueni: quia amanti ſufficit nunciare neceſſitatem amici. Audienſ aũt Ieſus dixit eis. ſcilicet reſpondendo per nuntium Infirmitas hec nó eſt ad mortem. Nó eſt p̨ hoc intelligendũ q̃ Lazarus nó fuerit mortuus ut dixerũt aliqui quia hoc eſſet deſtruere ueritatem euangelii cum infra eodem capitulo dicat ſaluator Lazarus mortuus eſt: ſed pro tanto dicitur. Infirmitas non eſt ad mortem quia non tendebat ad mortem ibi ſiſtendo: ſed propter reſurrectionem ſequentem: ut inde glorificaretur deus per oſtenſionem ſue uirtutis: & in Chriſto declaret̃ ueritas deitatis. ideo ſeq̃t̃. Sed ꝓ gloria dei glorificet̃ filius dei p̨ eã. Diligebat aũt Xp̃us Marthã. hoc addit̃ ad oſtendendum quare non oportuit q̃ Martha & maria irent ad Chriſtum perſonaliter: ſicut Regulus de quo ſupra dictum eſt quarto capitulo. quia Chriſtus erat familiaris Lazaro & eius ſororibus. & ibi frequenter hoſpitabatur Vt ergo audiuit. Hic conſequenter morſ Lazari deſcribitur & diuiditur in duaſ. qa primo deſcribitur huius mortis expectatio. Secundo expectate denunciando Ibi. deniq; poſt hec. Circa primum ſciendum q̃ Chriſtus audita infirmitate Lazari non ſtatim iuit ad eum: ne a Iudeis eius miracula impugnantibus & uirtuti demonum imponentibus poſſet dici: q̃ illa infirmitas & morſ ſequenſ fuiſſet tantum ſecundum apparentiam & illuſionem facta a Chriſto per artem magicam & hoc eſt quod dicit̃. ut ergo audiuit quia infirmabantur tunc quidẽ mãſit in eodem loco tranſ Iordanẽ duobus diebus. expectando mortem Lazari ſic q̃ eſſet quadriduanus antequam illuc ueniret ad maiorem miraculi certitudinem. Deinde poſt hec. Hic conſequenter ponitur mortis Lazari denuntiatio in qua denuntiatione primo ſaluator hic pro/cedit: quia primo propoſitum eundi in Iudeam p̃dicit. Secundo cauſam ſubiungit ibi. hec ait. Tertio ad locum predictum peruenit ibi. uenit itaq; Ieſus. In prima igitur parte dicitur ſic. Deinde poſt hec. ſcilicet per expectationem mortis Lazari predictã dixit diſcipulis ſuis eamus in Iudeã iterꝝ hoc aũt predixit eis ſecundũ cõſue/tudinem ſuam: quia ſciebat eos inde terreri ut minus iacula ferirent que preuidentur

Dicunt ei discipuli. timentes in iudeam reuerti. Rabi nunc querunt te iudei lapidare hoc habitum est ca. pre. & tu iterum uadis illuc. q. d. non est tibi nec nobis securum. Rñdit Ihesus: eos assecurando. nóne duodecim hore sunt diei. q. d. si tunc habebãt uoluntatem me lapidandi modo tñ non facient. quia mutato tempore potest uoluntas mutari. Erat enim prouerbiũ apud iudeos & est adhuc apud nos: ꝙ loquendo de mutatione proposita dicitur duodecim hore sunt diei: & ideo saluator usus est tali modo loquendi. & ostendit ulterius ꝙ debent esse securi dicens. si quis ambulat in die. i. sãcte & iuste. uel aliter. in die. i. mecum. qui sum lux mundi: faciens diem diuine gratie. nó offendit. i. securus debet esse. quia lucem mundi huius uidet. i. meipsum: qui possũ eum saluare. uel aliter: lucem. i. iusticiam ad quam attendit. Si aũt ambulauerit in nocte i. sine pñtia mea uel sine iusticia. offendit. i. debet sustinere penam offense debitã: qa lux non est in eo. i. iusticia. uel ego qui sum lux. q. d. q̃diu uobiscum sum pñtialiter: non debetis timere iudeos: quia etiam in captione sua discipulos suos saluauit. d. sinite hos abire: ut habetur infra. xviii. sed post mortem meam periculũ erit uobis inter eos ambulare. Hec aũt. hic consequenter exprimit causam quare uolebat ire in iudeã. s. propter Lazari suscitationem. & diuidit in duo: quia p̃mo denunciat mortẽ Lazari sed tñ occulte. secundo exprimit eam manifeste ibi. tunc ergo. Dicit igitur: hec aut. que immediate predicta sunt. & post hec dixit illis. Lazarus amicus noster dormit. mortem eius uocat dormitionem: quia cito erat surrecturus. sed uado ut a sõno excitẽ illum. quia tam facile immo facilius est Xp̃o suscitare mortuũ q̃ alteri suscitare dormientem. Hanc aũt causam sui itineris dicit ad assecurandũ discipulos. q. d. nõ debetis timere: quia nõ uado ad disputandũ cum iudeis sicut antea: sed ad Lazarũ suscitãdũ Dixerunt ergo discipuli: si dormit saluus erit. q. d. exquo dormit signũ ẽ sue curatiõis non est necesse ꝙ tu uadas illuc. nondum enim erant ad plenum assecurati per uerba Xp̃i nec mirum: quia adhuc erant infirmi & imperfecti. Dixerat aũt Ihesus de morte eius: eam exprimens per dormitionem ratione predicta. Illi uero putauerunt: ꝙ de dormitiõe somni diceret: sed uidetur mirabile ꝙ intellexissent Xp̃m uelle ire tã lõgã uiam ad excitandum hominem de somno: dicendum ꝙ adhuc erant rudes & in timore positi: ut patet ex predictis: & ideo male capiebant uerba Xp̃i. uel dicendũ ꝙ Xp̃s consueuerat eis parabolice loqui: & ideo nesciebant quid per somni excitationem intelligeret suspicantes ne forte parabolice loqueretur: Tunc ergo. hic consequenter exprimit mortem Lazari manifeste. d. Lazarus mortuus est & gaudeo. non de eius morte absolute: sed propter uos ut uidentes eius suscitationem in fide confirmemini. uel sic: & gaudeo. s. ꝙ non eram ibi: non propter me: sed propter uos. quia ex pñtia mea mors eius fuisset impedita cum mors non debeat habere locum ubi est uita & per consequens eius resuscitatio non esset: que tñ est utilis uobis. Dixit Thomas q̃ dicitur didimus. id ẽ dubius ad condiscipulos suos. eamus & nos & moriamur cum eo. Iste enim erat magis timidus q̃ alii. q. d. exponamus nos periculo: uel secũdum alios dicebat hoc ex deuotione magna: quasi diceret: melius est nobis cum illo mori: q̃ sine illo uiuere. Venit itaq; Ihesus. Hic consequenter agitur de aduentu Xpristi ad Lazarum: & diuiditur in duo: quia primo agitur de eius peruentione. secundo de eius susceptione ibi. Martha ergo. In prima parte dicitur sic. uenit itaq; Ihesus & inuenit eum in monumẽto iam quattuor dies. habentem quattuor dies: dicit ad ostendendum certitudinẽ mortis. quia licet sint alique infirmitates latentes quibus uidetur aliquis mortuus ad tempus: hoc tamen non durat per quattuor dies. Dicit etiam in monumento: scilicet in terra reclusus: quia dato ꝙ fuisset impositus uiuus: nihilominus in tanto tempore fuisset ibi

mortuus. Erat autem Bethania iuxta Hierosolimã quasi stadius quindecim. que ualẽt leucam excepto uno stadio. multi aũt de iudeis uenerant de Hierusalem ad Mariam & Marthaṁ ut consolarentur eas. de fratre suo. tum quia erant nobiles domine: tum quia locus erat satis prope ut patet ex dictis. Martha ergo. Hic agitur de Christi susceptione: & primo quo ad Marthaṁ. secundo quo ad Mariam: ibi. & cum hoc dixisset. Prima in duo. quia Christus primo a Martha deuote suscipitur. secũdo fratris suscitatio ei promittitur: ibi. dixit illis Iesus. In prima ergo parte dicitur sic. Martha ergo ut audiuit quia uenit Iesus. Ipsa enim habebat curam domus: & ideo primo nũciatus est ei Xpristi aduẽtus: per aliquem qui aduentũ Xpristi preuenerat: occurrit illi reuerenter & deuote: Maria autem domi sedebat cum iudeis qui uenerant ad eos. Dixit autem Martha ad Iesum: domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus exquo apparet ꝙ credebat ipsum posse preseruare fratrem suum a morte tamen imperfecte credebat. quia uidet̃ innuere ꝙ non posset Xpristus tantum absens: quantũ presens. sed & nunc scio quia quecunq; poposceris a deo dabit tibi deus. uidetur p hoc ꝙ non fuisset edocta plene de eius deitate: quia non dixisset quecunq; poposceris ecc. sed dixisset: quecũq; uolueris fient. Dixit illi Iesus. Hic resuscitatio fratris sui ei promittitur: cũ dicitur. resurget frater tuus. Sed Martha intellexit hoc de resurrectiõe futura. ideo dixit. scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. exquo patet ꝙ erat de secta Phariseorum quantum ad hoc qui cõfitentur resurrectionem futurã non de secta Saduceorum qui hoc negant. dixit ei Iesus. explicans intentionem suã de resurrectione fratris sui propinqua. ego sum resurrectio. scilicet causaliter: tum: quia resurrectio Xpristi est causa nostre resurrectionis. tum qa resurrectio generalis futura fiet uirtute Xpristi uocantis mortuos ad iudicium: & uita per essentiam ꝓpter quod sine causa uite omnibus uiuentibus & possum dare uitam mortuis: quia quod est tale per essentiam est causa omnium aliorum: que sunt per participationem: ut habetur secundo Metaphisice. qui credit in me. sic predestinatus etiam si mortuus fuerit per lapsum in peccatum mortale: uiuet finaliter. uita gratie: & omnis qui credit ĩ me fide formata. non morietur ineternum. id est morte eterna: quamuis moriatur morte corporali ad soluendum debitum nature. credis hoc? nõ petit quasi ignorans: sed querens eius confessionem ad meritum: quia ore confessio fit ad salutem: ut habetur Ro. x. ait illi utiq; domine. quia per Xpristi uerba erat in fide instructa plenius q̃ antea quod patet ex eius sequenti confessione in qua primo exprimit̃ ipsa Xpristi dignitas sacerdotalis: & regia: cum dicitur. ego credidi quia tu es Xpristus. i. unctus: unctio autem debetur Regibus & sacerdotibus. Secundo Xpristi deitas: cum dicitur. filius dei. scilicet naturalis. Tertio incarnationis ueritas: cum dicitur. qui in hunc mundum uenisti. non per loci mutationem: sed per carnis assumptionem. Et cum hoc dixisset hic agitur de susceptione Christi quo ad Mariam: quia Martha a Christo edocta: statim abiit & uocauit Mariam sororem suã. ut audiret bonos rumores quos ipsa audierat a Christo. silentio: propter iudeos presentes quorum aliqui contra Christum machinabantur dicens. Magister adest: & uocat te: licet non sit supra expositum: uel expressum: ꝙ Christus uocaret Mariam: tamen hoc est credendum. quia nõ est probabile: ꝙ Martha in hoc mẽtiretur. sed propter breuitatem euangelista hoc obmisit quia sufficit ex uerbo Marthe exprimente. Illa ut audiuit surgit cito & uadit ad eũ ex magna deuotione: nondum enim uenerat Iesus in castellum etc. ostendens ꝙ ad miracula facienda non se ingerebat: & ut ex aduentu iudeorũ ad ipsum magis celebre & notorium esset miraculum. Iudei igitur etce. patet littera usq; ibi. D. quia uadit ad

monumentum ut ploret ibi. credebant enim eam esse subito motam ex compassione fratris sui: quia nō audierant uerbum Marthe ut dictum est. Maria uero cū uenisset ubi erat Iesus uidens eū cecidit ad pedes eius: quod non fecerat Martha: exquo patet ꝙ Maria magis amabat Iesum & reuerebatur & dixit ei. domine si fuisses hic etc. exponat sicut supra. Iesus ergo. hic cōsequenter agit de Lazari suscitatiōe: & diui/ditur in duo. quia primo ponit suscitationis actus. secundo sequens effectus ibi. multi ergo ex iudeis. Prima in tres: quia primo describitur affectio Christi ad Lazarum. secundo sequens murmuratio iudeorum ibi: dixerunt ergo. tertio Xpristus suscitat mortuum ibi. Xpristus ergo rursum. Affectio Xp̄i ad Lazarum ostenditur p̄mo ex signo sensibili: cum dicitur. Iesus ergo ut uidit eam plorantem & iudeos q uenerant cum ea plorantes ex morte amici. infremuit spiritu & turbauit seipsum. fremitus con/surgit ex indignatione. Iste igit Xp̄i fremitus procedebat ex indignatione eius cōtra diabolum: per cuius suggestionem mors intrauit in mundū: quā erat cito debellaturus Turbatio autem illa procedebat ex compassione Lazari & sororū eius. Sciendum tñ ꝙ iste compassiones & consimiles non fuerunt in Christo uitiose: sed magis uirtuose. quia non fuerunt preuenientes iudicium rationis: sed magis sequentes & per ip̄m ex/citate sicut dicit Philosop. iii. Ethic. ꝙ passio ire excitata per uirtutem fortitudinis adiuuat ad actum fortitudinis fortius exequendum. Secūdo ostenditur affectio xp̄i ex uerbo: cum dicit. ubi posuistis eum. Tertio ex facto cum subditur: Et lacrimatus est Iesus. ex pietate uidens locum sepulture: per hoc etiam ostendit ueritatē humane nature. Paris. n. periculi est discredere ueram humānitatem in Christo: sicut & deitatē & ideo ubi Christus ostendebat suam deitatem adiungebat aliqua ad declarandū suā humanitatem. & econuerso: hoc patet ex eius natiuitate quando iacens in presepio ut homo infirmus stellam fecit radiare in celo ut deus. Similiter in passione quādo ip̄o moriente ex natura passibili sol obscuratus est inuisibili uirtute dei: & hic similiter in suscitatione Lazari quatriduani ꝙ erat maxime uirtutis turbatus est: & fleuit ad de/clarandum ueritatem humanitatis. Respondit. hic ex affectu Christi ostendit sequēs murmuratio. Iudei enim uidebant ip̄m tristari: & per consequens arguebant ꝙ mors illa contra uoluntatem Christi simpliciter accidisset: quia tristicia est de his que nobis acciderunt nolentibus: ut dicit Aug. xiii. de trinitate: & per consequens excludebāt ꝙ non potuisset Lazarum preseruare a morte: & hoc est quod dicitur. Dixerūt ergo iudei. ecce quomodo amabat eum? quia uidebant euidens signum inuentes per hoc ꝙ libenter si potuisset preseruasset eū a morte: & ex hoc ulterius miraculū de ceco nato illuminato uolebant annichilare: & in alium retorquere. d. non poterat hic q̄ appuit oculos ceci nati facere ut hic non moreretur. qu. di. exquo non potest hoc nec illud potuit nec fecit. Isti enim non expectabant sufficienter: sed iudicabant ante tempus quia Christus plus fecit. Plus est enim mortuum suscitare q̄ mortē infirmitatis ꝑpedire Iesus ergo. Hic consequenter ponit Lazari suscitatio: & ponunt hic qnq; p ordinē facientia ad miraculi certitudinē: & magnificentiā. ꝓtes patebūt ꝓsequēdo. p̄mum est descriptio sepulchri: quia erat spelūca cauata in rupe magna & ꝓfunda: ita ꝙ poterāt ibi poni plura corpora. s. corpora eoꝝ qui erant eiusdē ꝓntele. unde frequenter dicit in libro Reg. sepultus est in sepulchro patrū suoꝝ. sic igit erat factū sepulchrū La/zari & desup grandi lapide claudebat. Exquo patet uera mors Lazari: qa si fuisset ibi positus uiuus & sanus infra q̄driduū fuisset mortuus: ex loci corruptione: & hoc ē qđ dicit. Iesus ergo sursū fremēs in seipso. indignatus cōtra malicia iudeoꝝ de factis suis inique murmurantiū: & talis indignatio est uirtuosa: quia sicut ad uirtuosū ꝓtinet

applaudere de bono ita & indignari contra malum. uenit ad monumentum. dicitur. n. sepultura monumentū: q̄si mouens mentē: quia mouet uiuentes ut p̄cogitent de morte erat aūt spelunca etc. mō dicto facta. Ait Iesus. hic ponit̄ secundū. s. lapidis amotio cum dicit̄. tollite lapidē: dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: dñe iam fetet. q. d. licet aliq̄n suscitati sint mortui recenter tñ q̄ iam q̄driduanus & fetore solutus resuscitet̄ non est sic auditum: & hoc uerbū uidet̄ p̄cessisse ex admiratione Marthe: & eius ignorantia: quia eiusdē uirtutis est suscitare mortuū utroq; mō. ideo sequit̄. dixit ei Iesus: corrigendo eius dictū. nonne dixi tibi si crediderīs uidebis gloriā dei. i. gloriosā eius ueritatē in suscitatione fratris tui. tulerunt ergo lapidē ad p̄ceptū Xp̄i. Iesus aūt. hic ponit̄ tertiū. s. Xp̄i oratio in suscitatione Lazari q̄d fecit ad declarationem miraculi: quia iudei Xp̄o imponebant q; faciebat miracula uirtute demonis: q; oñdit̄ falsū p̄ hoc q; in faciendo orat deū: & hoc est q̄d dicit̄. Iesus aūt eleuatis sursū oculis ut oñderet nobis formā orandi que est p̄ eleuationē mentis in deū. dixit: pater gratias ago tibi: qa audisti me. deus. n. pater celestis magnificentissimus est & ideo ex gratiarū actione de p̄teritis ad p̄standa sequenda bñficia p̄uocat̄. hoc. n. est p̄priū magnifici: ut habet̄. iii. Et hic. ego sciebā quia semper me audis. In his enim que Xp̄us absolute uolebat deliberatiua uoluntate conformabat̄ uoluntati diuine & exaudiebat̄. Sciēdū tñ q; orare patrem conuenit Xp̄o ratione humanitatis: in qua est minor patre: non aūt rōne diuinitatis: in qua est ei eq̄lis. Sed p̄pter eos qui circunstant dixi ut credāt quia tu me misisti. Multi. n. ex eis dicebāt q; in Belczebuch faciebat signa: quia remouet conformando uoluntatē suā cum uoluntate diuina. Hoc cum dixisset. Hic ponitur quartū. s. Lazari uocatio cum dicitur: hec cū dixisset uoce magna clamauit Lazare ueni foras. hoc fecit ad declarationē miraculi: quia si dixisset in silētio possēt dicere aduersarii: q; uerba magica dixisset uel interposuisset: p̄ hoc etiā tollitur error eorū q; dicebant aīas defunctorum latitare in sepulchris: & ideo clamauit Iesus uoce magna in suscitatione Lazari. q; animam reuocans a longinquo. s. ab inferno ut ad corpus rediret. Et statim. hic ponitur quintū. s. Lazari resuscitatio: cum dicitur. & statim p̄dit qui fuerat mortuus: qa uirtus diuina opabatur in instanti. ligatus manus & pedes institis & facies eius erat sudario ligata. hic declaratur uirtus diuina non solū suscitando mortuū: sed etiā faciens exire ligatū: per hoc etiā apparet certitudo miraculi in q̄tum exiuit Lazarus eo mō: quo fuerat in sepulchro positus. dixit eis Iesus: soluite eum. hoc precepit alius. licet posset facere per seipsū ut accedentes de prope & tangentes ex usu & tactu essent testes miraculi efficatiores: ut supra dictū ē de amotione lapidis: & sinite abire ut oñdatur uere suscitatus & nō fātastice p̄ opera uite cuius est ambulatio & comestio & similia: & ideo dicitur infra sequenti ca. q; Lazarus erat unus de discūbētibus. Multi ergo. hic ponit̄ suscitationis effectus dupliciter p̄mo quo ad p̄sentes. secundo quo ad absentes. collegerunt ergo. Effectus miraculi circa p̄sentes ostenditur ex hoc q; uiso miraculo predicto multi eorum crediderunt Xp̄o nec mirū quia illud signum fuit diuine uirtutis manifeste ostensuram que non potest adesse ad testificandum aliud falsum: & hoc est quod dicitur. multi ergo etc. & patet q̄d sequit̄ quidam autem ex ipsis abierunt ad phariseos & dixerunt eis que fecit Iesus. dicūt doctores aliqui q; hoc fecerunt bono zelo moti uolentes ex miraculo uiso refrenare iram eorum contra Iesum tanq̄ irrationabilē. Aliqui dicunt q; male moti hoc fecerunt quia sicut ex signis uisis boni & electi conuertuntur: ita frequēter mali obdurantur & hoc magis uidetur ex littera sequenti ubi agitur de congregatione phariseorum ad tractandū de morte Christi. Collegerunt ergo. hic ponitur effectus suscitationis Lazari

respectu absentium: quia audita suscitatione Lazari ex ira & inuidia moti sunt: ad tractandum de morte Xpi. & diuiditur in tres: quia primo ponitur eorū cōgregatio secundo congregatorum dubitatio ibi: & dicebāt. tertio dubii determinatio ibi. unus ex ipsis. In prima igitur parte dicitur sic. collegerunt ergo Pontifices. qui erāt maioris autoritatis & magis litterati. & pharisei. qui pre aliis uidebātur religiosi ex quibus factum eorum grauius erat. concilium. s. aduersus Iesum: hoc enim non est de textu: sed subintelligitur. Circa hoc notandū q̄ pontifices erant de tribu Leui. pharisei aūt pro magna parte erant de tribu Symeon quia ex illa tribu habuit ortū secta pharisеorum: ideo in figura huius predictum fuit Gn̄ penult. Symeō & Leui fratres uasa iniquitatis bellantia in concilium eorum non ueniat anima mea. Et dicebant. Hic ponitur eorum dubitatio quid facerent de Iesu: quia habebant rōnes ad utranq; p̄tē. Ex euidentia enim miraculorum cogebantur dicere: quia hic homo multa signa facit ex hoc sequitur q̄ erat ei credendem magis q̄ Moysi quia Moyses non tot nec tanta signa fecit & maxime qn̄ populus ei primo credebat: imo ualde pauca ut patet Exo. iiii. & sic habebat argumentum ad ipsum recipiendum & honorandū tanq̄ uerū xp̄m sed econuerso arguebant ad contrarium dicentes. si dimittimus eum sic omnes credent in eum. sicut in Xp̄m. & quia Christo debebatur regnum secundum scripturas: quas male intelligebant de t̄porali regno: ideo ex hoc uidebatur sequi contra Imperatorem Romanum rebellio qui tunc temporis dominabatur eis. & hoc uidebatur propinqua occasio destructionis ciuitatis & templi per potestatem Romani imperii que tunc erat maxima: & ideo ipsi non habebant aliquam uirtutem resistendo: & hoc est quod dicit & uenient Romani: in tanta fortitudine q̄ non poterimus resistere. & tollent locum. i. ciuitatem & templum. & gentem: captiuando populum: & sic patet q̄ passio timoris subuertebat in eis iudicium rationis. Vnus ex ipsis. hic ponitur dubii determinatio. & diuiditur in tres partes: quia primo determinatur dubium. secundo determinatio approbatur ibi. ab illo ergo die. tertio a Xp̄o euitatur ibi. Iesus autem palam tā. p̄ma in duas: quia Primo ponitur Cayphe determinatio. secundo huius determinationis expositio ibi. hoc autem a semetipso. In prima ergo parte dicitur sic. unus autem ex ipsis Cayphas nomine. non est de textu: sed subintelligitur: & exprimitur nomē eius propter autoritatem sui officii. unde subditur. cum esset pontifex anni illius. dn̄i aūt preceperat unum tātum summum sacerdotem: & per totam uitam suam: quo moriēte alius sibi succederet: unde & in morte eius reuertebantur fugitiui: sed per cupiditatē suam & ambitionē statuerunt inter se illi qui erant de genere sacerdotali: ut quolibet anno unus esset qui illo officio fungeretur. Aliam autem rationem assignat Iosephus dicens: q̄ a tempore Herodis Ascalōite qui auxilio Romanorum occupauit regnum iudee sacerdotium communiter uendebatur. & sic propter maius lucrum temporale summus sacerdos frequenter mutabatur. dixit eis. propter autoritatem officii primus locutus est dicens. uos nescitis quicq̄ nec cogitatis. q. d. prima facie quilibet intelligens potest uidere q̄ ad mortem huius hominis debemus laborare: cuius ratio est: q̄a bonū commune magis est eligendum q̄ bonum particulare. Si autem homo iste dimittatur bonum totius populi dissipabitur ut patet per predicta: secundum eorū estimationem & sic concludit q̄ sit agendum ad mortem Christi etiam si ex parte eius non inueniat aliqua causa: & hoc est quod dicitur: expedit uobis ut unus homo moriatur: etiam si esset bonus & iustus pro populo. id est pro conseruatione populi. & non tota gēs peat si maneat in uita. hoc patet manifeste q̄ passio liuoris & inuidie contra xp̄m & passio timoris perdendi gentem & locum subuertebant in eo iudicium rationis: quia in nullo

casu licitum est interficere innocentem. per hoc enim non curatur bonum commune: sed magis destruitur: propter quod dei iudicio factum est: ꝙ illud malum ꝙ credebāt per mortem Xp̄i euadere. s. destructionem loci & gentis per mortē Xp̄i incurrerūt quia in penam huius peccati Romani per Titum & Vespasianum locum & gentem destruxerūt. xlii. anno post passionem Xp̄i: sicut fuerat a Daniele propheratū. ix. ca. Et ciuitatem & sanctuariū dissipabit populus cum duce futuro etc. & a saluatore predictum Luc. xix. uidens Iesus ciuitatem Hierusalem fleuit super illam. Hoc aūt a semetipso. hic ponitur predicte determinationis expositio que quidem expositio est Iohannis euangeliste: ostendentis qualiter Caiphas predictam determinationē ꝓtulit quāuis enim intentio Caiphe esset dare tantūmodo consilium de morte Xpristi pro temporalis periculi euasione circa populum iudeorum: tamē uerbum suum sic sanabat ꝙ Iesus erat morituus pro gēte & pro populo. & ꝙ sic fuit prolatum fuit prophetia quodāmodo de futuro: ꝙ Xp̄us erat morituus pro salute spirituali: non solū iudeo: ꝙ sed & omnium gentium: qui crediturī erant in ipsum: & hoc est quod dicitur. hoc aūt a semetipso non dixit. l. predictum uerbum hoc modo protulit: sed per motionem alterius. sed cū esset pontifex anni illius prophetauit. quia ipso ignorāte dictū ꝓphetic̄ protulit non ratiōe sui meriti: sed dignitatis sui officii. quia Iesus erat morituus pro gente. s. iudeorum: quia multi de iudeis saluati sunt per ipsum: & non tantū pro gēte illa: sed ut filios dei non qui adhuc essent filii dei actu: sed in potentia ad actū reduceret. quia erant predestinati qui dispersi erant per diuersos ritus gētiliū. cōgregaret in unum. i. in unam ecclesiam ex iudeis & gentilibus constituram: ut esset unum ouille sicut & unus pastor: ut dictum est supra. x. ca. propter quod Geñ. penult. dicitur de Xp̄o. ipse erit expectatio gentium non solum iudeorum: nec est hoc contra illud qđ dicit saluator Matt. xv. non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel. quia loquitur ibi saluator de sua missione ad apparendum in persona propria: propter qđ dicit Apostolus ad Ro. xv. dico enim dominum Iesum Xp̄m ministrum fuisse circumcisionis etc. Ab illo ergo die. hic ponitur determinationis Caiphe approbatio q̄uis esset iniqua: quia oñes alii erant affectati ad procurandum mortem Xp̄i sicut & ipse & hoc est quod dicitur. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent Iesum. licet. n. ante habuissent uoluntatem interficiendi ut patuit per predicta: tamen ex consilio Caiphe diffinierunt hoc adimplere q̄citius possent. Iesus autem. Hic consequenter ponitur huius determinationis declinatio. non enim adhuc erat tempus passionis Xp̄i a deo preordinatum: & iudei querebant occidere eum ut uisum est: ideo recessit ad tempus: & hoc est quod dicitur. Iesus autem nō in palam iam ambulabat apđ iudeos q̄uis enim inter eos existens posset eorum impetum refrenare: tamen uoluit ad tempus latree & se occulare rationibus dictis ca. viii. & x. ubi similiter agitur de sua occultatione. sed abiit in regionem iuxta desertum. ubi pauci de iudeis erant. in ciuitatem que dicitur Effren. que erat parua & parum populata: & ibi morabatur cū discipulis suis: usq; ad tempus propinquū sue passionis. Proximum autem erat pascha iudeoꝝ. Hoc subditur ad ostendēdum ꝙ Christus paruo tempore in illa ciuitate se occultauit quia ante pascha in Hierusalem uenit. & ascenderūt multi Hierosolimam. de regiōe quia tenebant̄ de tota iudea ad sollennitatē uenire añ pascha ut sanctificarent seipos orationibus & sacrificiis ad condigne comedendum agnū paschalē: & si hoc fiebat de agno figurali: quia multo magis se debet homo sanctificare orōnibus & bonis opibus ad digne recipiēdum uerū agnū: ymaculatū corpus Iesu Christi. Querebāt ergo Iesū ut audirent eius doctrinā: de cuius miraculis audierant famā. & colloquebāt̄ adinuicē

in templo ſtantes: quia mirabantur q̄ in tanta congregatione nō uenerat ad docēdū ideo querebant: quid putatis quia non uenit ad diem festum. & subdit euangelista. q. rñdens questioni eorum. dederant enim pontifices etc. patet littera. propter hoc enim ab eis sicut ab ingratis & obstinatis recesserat usq; ad tp̄us sue passionis dispositū. Circa predicta in hoc ca. queritur utrum Caiphas uere fuit propheta. & arguitur p̄mo q̄ sic: quia Balaā dicitur uere propheta ut habetur li. Nu. xxiii. & tñ fuit malus homo donum prophetie aliqñ malis hoīb⁹ conceditur: ergo malicia Caiphe non impedit in eo ueritatem prophetie. Item in littera dicitur q̄ p̄phetauit q̄ Xp̄us esset moriturus pro gente & ut filios dei qui erant dispersi congregaret: & sic uerbum euāgeliste uide/retur falsū: nullo mō est dicendū nisi Caiphas esset uere propheta. Contrariū arguit̄ per hoc: q̄ ipse dixit falsum. d. illis qui de morte Xp̄i tractabant. expedit uobis ut unus homo moriatur. mors enim Xp̄i non fuit expediens istis qui eam procurauerūt falsitas aūt nō subest prophetie. ergo etc. Rñsio: dicendū q̄ ad rationem ueri p̄phete duo requirunt̄. primum est q̄ habeat ueram cognitionem de aliquo occulto respectu alioq; hoīum cum quibus conuersatur. propter hoc dicitur propheta quasi p̄cul fans ut supra dictum est inq̄tum cognoscit ea que sunt longinqua a cognitiōe alioq; p̄pter quod si fiat alicui aliqua apparitio indicans aliquid occultū non dicitur propheta: si illud sit ei occultum: sicut Pharao uidit spicas designantes qualitatē futurorum annoq; & Nabucho. statuam designantem mutabilitatem regnoq; neuter tñ fuit Propheta. Sed Ioseph & Daniel qui de illis occultis cognitionem habuerunt propter quod dicit̄ Dañ. x. intelligendū est opus in uisione quia non p̄ōt dici propheta nisi intellectuali cognitione. sola enim uisio imaginaria non facit propheta ut ūsum est. Secundo requirit̄ q̄ illa uisio fiat mediante spiritu bono. Maligni enim spiritus aliqñ reuelant hoīb⁹ ea que sunt alius occulta non tñ ex hoc dicuntur ueri prophete: sed solum cum additione diminuente sicut in sacra scriptura dicuntur frequenter aliqui p̄phete Baal uel prophete excelsoq;. talis enim non dicitur propheta absolute sicut nec homo mor/tuus dicitur homo: propter additionem diminuentē. prophetia enim uera computat̄ inter spiritus sancti dona. Cum ergo queritur de Caipha dicendum: q̄ non fuit uere propheta: quia nullā cognitionem habuit de secreto dñice passionis: q̄ esset futura p̄ speciali salute humani generis: sed tm̄ intendebat dare consiliū de xp̄i morte propter timorem Romanoq;. ueruntñ secundū q̄ hi dicunt: Crisо. & Aug. spiritus sanctus in prolatione sui consilii sic mouit linguā eius: q̄ ipso ignorante uerba que protulit sig/nificabant Christi mortem esse futuram: pro speciali hoīum salute. non tñ potest dici uere propheta ex hoc q̄ uerbum propheticū ignorās protulit alio linguā eius ad hoc mouēte: sicut nec asina Balaā p̄ōt dici animal rationale ex hoc q̄ uerba rationabilia protulit: ut patet Nu. xxii. quia illa non protulit ex interiori conceptione: seu p̄p̄a cognitione: sed magis ex diuina motiōe secundum q̄ ibidem dicitur. apperuit dñs os asine etc. licet enim Caiphas de morte Christi cogitauerit & alios per suum consilium ad hoc inducere uoluerit: q̄ fuit ex p̄pria cōceptione & diabolo hoc suggerente: q̄ tñ suū consiliū sic p̄tulit q̄ p uerba illa significaret̄ passio xp̄i p futura hoīum spirituali sanitate. hoc nullo mō fuit ab eo intentū uel cognitū ut dictū ē: & qa q̄tum ad hoc solū uerbū illud erat p̄pheticū ideo non p̄ōt p hoc dici p̄pheta. Ad primū dicendū q̄ non ē simile de ipso Balaā: qa q̄uis fuerit malus habuit tñ uerā cognitionē occultorū ut ibidē dicit̄: dixit uir cuius obscuratus ē oculus qui uisiōes omn̄ipotētis uidet. Caiphas aūt talē cognitionē nō habuit ut uisū ē: & ideo negat̄: ab eo p̄phetia non p̄pter suā malitiā: sed p̄pter cognitiōis defectū. Ad secundū: dicendū q̄ uerbū euāgeliste ē uerū

si bñ intelligat: nó. n. dixit: quia Caiphas esset propheta sed q̄ prophetauit. i. uerbū pphetic ū ptulit. non tñ a semetipso: sicut euangelista dicit: sed spiritu sancto linguam eius sic mouente ipso ignorante: ppter qd̄ non habuit uere rónem pphetie. Argum̄tū etiā in contrarium est soluendum: quia sicut dictū est: Caiphas illud uerbū ptulit per motionem spūssancti a quo nullū est falsum: & ideo Caiphas dicendo. expedit uobis ut unus homo moriat etc. uerū dixit: si bñ intelligat q̄ mors Xp̄i q̄tum est in se fuit expediens oibus etiā illis qui de eius morte tractauerunt q̄uis aliqui ipsoꝝ p̄ suā malicia eius utilitatē recusauerit: sicut & alii peccatores i mortali peccato decedētes. .XII.

IEsus ergo ante sex dies pasche. Postq̄ Iohannes declarauit diuinitatem Xp̄i p̄ opa facta in eius uita: hic eam declarat p̄ ea que in eius morte sunt facta. Et diuidit in duas: quia primo determinat de eius morte & passione. secundo de eius resurrectione. xx. ca. ibi. una sabbati. Primas in duas: quia primo declarat mortis Xp̄i occasionē, secundo ip̄am mortem ca. xiii. ante diem festū. Circa primū sciendū q̄ occasio mortis Xp̄i fuit inuidia iudeoꝝ ex fama & gloria Xp̄i. ideo diuidit in duas: qa primo describitur eius fama siue glorificatio. secundo iudeoꝝ infidelitas & obstinatio. ibi. cū aūt tanta signa. Prima in duas: qa primo ponitur eius glorificatio ab homine. secundo a deo patre ibi: nunc aīa mea turbata est. Prima in tres: quia primo ponitur glorificatio Xp̄i ab amicis familiaribus. secūdo a turbis uulgaribus ibi. cognouit ergo turba. tertio a gentilibus. ibi. erant aūt gentiles. Prima adhuc in. d. qa p̄mo ponitur obsequiū Xp̄o factū ab amicis in generali. secūdo a Maria in speciali ibi maria ergo. In p̄ma p̄te dicit sic. Iesus ergo añ sex dies pasche. imediate ergo post suscitationem lazari iudei diffinierāt occidere Xp̄m ut p̄dictū ē: & ideo recesserat quousq; appropinq̄ret pascha: in quo imolabat agnus paschalis: & sic xp̄s q̄ ē agnus uerus immolat pro nobis imediate post imolationem agni figuralis: ut ueritas figure succederet. uenit Bethaniā: que est p̄pe Hierusalē ad duo miliaria. ubi Lazarus fuerat mortuus quem suscitauit Iesus. illuc enim uenit ut ex memoria miraculi ibidē facti turba populi moueret ad eum honorifice suscipiendū in Hierusalem ante passionem suā: sicut fuerat p̄dictū per Zachariā pphetā. ix. exulta satis filia Syon: iubila filia Hierusalē. ecce rex tuus uenit tibi. Fecerūt aūt ei cenā ibi. Hoc est illius loci: & fuit hec cena in domo Symonis leprosi: ut cōmuniter tenēt doctores fuerat tñ a Xpristo prius curatus sed nomen remansetat ad memoriam miraculi. Origenes autem dicit q̄ illa cena fuit in domo Marthe. unde etiam ipsa propter hoc ministrabat q̄ probat ex hoc quod subditur & etiam Martha ministrabat. Sed potest dici q̄ iste Symon erat uicinus Marthe: & ppter hoc ipsa mīstrabat in domo eius: sicut homines solent facere in domibus amicorum suorum: & maxime propter reuerentiam ipsius Xpristi ibidem comedētis. Lazarus uero erat unus de discumbentibus. cum eo inuitatus a Symone. Hoc autem factum est ad declarationem miraculi de eius suscitatione. Maria. Hic describitur obsequium Xpristo impensum a Maria in speciali: Et diuiditur in tres: quia primo ponitur Marie deuotio. Secundo Iude indignatio: ibi. dixit ergo unus. Tertio eius reprehensio: ibi. dixit ergo Iesus. In prima ergo parte dicitur sic: Maria ergo scilicet soror Lazari accepit libram. in quo notatur quantitas ungenti. non est uerisimile q̄ fuerit aliquid grosse materie: sicut sunt ungenta communiter dicta: quia indecens esset tale quid ponere super caput hominis sedentis in mensa. Maria autem non solū unxit pedes domini: sed etiam caput: ut Matthеus exprimit uicesimo sexto. & Marcus quartodecimo: licet hic obmittatur. Et ideo dicendum: q̄ hoc uocatur ungentum liquor pretiosus: de re aromatica expressus: Sicut aqua rosacea exprimitur de rosis.

Aliaſ dicitur ꝙ fuerit lachryma fluenſ naturaliter de arbore aromatica. Ideo ſubdit̃ Nardi nomen eſt herbe magne aromatice habentiſ ſpicoſ. propter hoc dicitur Mar. xiiii. Nardiſpicati: & de illiſ ſpiciſ trahebat̃ liquor predictuſ per artificium uel natu/ ram ſecundū̃ alioſ piſtiti: ſecundum Augu. nomen eſt loci ubi creſcit herba. unde taliſ liquor exprimitur. ſed meliuſ dicitur piſtici id eſt fideliſ. Piſtiſ enim grece latine fideſ dicitur. hoc eſt dictum ꝙ ille liquor erat puruſ & ueruſ non habenſ aliquid admixtum nec ſophiſticatuſ. precioſi: quia ualebat Tcentum denarioſ ut habetur Mar. xiiii. t. centum nūmoſ uſualeſ. erat enim ille liquor refrigeratiuuſ & confortatiuuſ membroꝝ & conſolidatiuuſ & ualde odoriferuſ. & unxit pedeſ Ieſu. & exterſit capilliſ ſuiſ pedeſ eiuſ. ordine conuerſo factum fuit q̃m hic ſcribat̃: quia primo lauit pedeſ & exterſit & poſtea unxit & impleta eſt domuſ ex odore ungenti. ex quo patet precioſitaſ eiuſ & deuotio Marie expendentiſ rem tam precioſam in obſequium domini. Vtrum autem iſta mulier fuit illa de qua narrat Luc. dictum fuit cap. precedenti. Dixit ergo: Hic ponit̃ Iude murmuratio cum dicitur. unuſ ex diſcipuliſ ſuiſ Iudaſ Scharioth. hoc di/ citur ad differentiā̃ alteriuſ Iude qui erat eum traditoruſ. licet enim primo fuerit bo/ nuſ quando uocatuſ eſt ad Apoſtolatū̃ ut ſupra dictum eſt: tamen poſtea lapſuſ eſt in peccatū̃. Quod autē dn̄ſ in ſua ſocietate tollerauit eum dedit uobiſ dn̄ſ exemplum tollerandi maloſ. quare hoc ungentum non uenit centum denariiſ: uenit. i. uendit. u. de re que uenit gratia nulla uenit. habet enim ſenſum paſſiui ſub uoce actiua. & da/ tum eſt egeniſ: hoc dixit ſimulanſ pietatem ad opiendum ſuam cupiditatem: propter quod ſubdit Euangeliſta. Dixit autem hoc non quia de egeniſ pertinebat ad eum: i. illiſ non curabat licet enim portaret ea que dabantur Xpriſto ad dandū̃ pauperibuſ tamen non faciebat: ſed ſibi retinebat Ideo ſubditur. quia fur erat & loculoſ habebat in quibuſ abſcondebat ea que debebant in alioſ uſuſ expendi. Vnde ſubditur. ea que mittebantur: id eſt Xpriſto dabantur ad ſubueniendum neceſſitatibuſ Xpriſti & di/ ſcipulorum eiuſ & ad dandum pauperibuſ: portabat: id eſt officium portandi & ſer/ uandi habebat ad iſtoſ uſuſ: licet hoc infideliter ageret. ex hoc patet ꝙ Xpriſtuſ & diſcipuli eiuſ de electiſ uiuebant. Sciendum etiam ꝙ iſta portatio peccunie in uia nō pertinet ad perfectionem: ſed Xpriſtuſ hoc faciendo ſuſcepit perſonam infirmorum eiſ condeſcendenſ ſic fecit ſe abſcondendo a Iudeiſ ut ſupra dictum eſt. octauo. capit. & decimo. & hoc habetur extra de uerborum ſignificationibuſ. Exiit qui ſeminat etc. Et propter hoc male arguunt illi qui ex hoc loco dicunt ꝙ habere aliqua/ mobilia in cōmuni ad perfectionem pertineant. Poteſt autem queri quare Xpriſtuſ permiſit Iudam portare peccuniā̃ predictam: cum ſcieret eum latronem. Dicendum ꝙ a prin/ cipio quando fuit ſibi traditum portandi officium latro non erat: & q̃uiſ Xpriſtuſ ſci/ eret eum futurum latronē: tamē tradidit ſibi iſtud officium qui minor erat inter alioſ Apoſtoloſ propter quod ultimuſ inter eoſ nominatur: ut patet Matt. x. & Marc. iii. Talibuſ aūt tpalia ſūt tradenda. maioreſ aūt debent circa doctrinā̃. & ſpiritualia oc/ cupari: ꝓpter qd̃ Apoſtoli in ꝓmitiua eccleſia ſeptē Dyaconeſ ordinauerūt ſub eiſ: ad tpalia miniſtrandū̃: ut ipſi liberiuſ intendere poſſent orationi & predicationi ut habet̃ Act. vi. dixit ergo: hic ponit̃ Iude repſſio cū dicit̃. Sinite illā̃. q. d. nō habetiſ cauſā̃ ſufficientē murmurādi: qa egit opuſ bonū̃. unde patet ꝙ nō ſolū Iudaſ murmurauit: ſed etiam alii diſcipuli ut habet̃ Matb. xxvi. & Mar. xiiii. Verūtamē quia fuerunt incitati per Iudam. & iterum moti pietate: Iudaſ autem cupiditate: Ideo Iohanneſ ſolum Iudam nominat. ut in die ſepulture mee: ſcd̃m illud non loquitur de hoc ꝙ iam erat effuſū̃: ſed de alio ſimili. q. d. illud ꝙ pro ſepultura mea ꝓparabat illud reſeruauit

quia non poterit illud in me expendere preuenta acceleratione resurrectionis mee: quia quando uenit ad monumentum ad ungendum corpus dominicum. Xpristus iam resurrexerat ut patet infra. xx. ca. Math. aũt expressius hoc dicit. Preuenit ungere corpus meum in sepulturam: & idem exprimitur hic obscurius tamen. Sinite illam ut in die sepulture mee etc. q. d. Dimittenda est nũc facere q̃ tunc facere non potest. & illud ungentũ tũc seruabit loco istius: nũc in me expensi. Et qa Iudas in murmurãdo & alios ad hoc incitando causam pietatis p̃tenderant. ideo hanc excludit dicens. pau/peres enim semper habetis uobiscũ. q. d. potest recuperare ad benefaciendũ paupibus sed non poterit recupare ad inungendũ me corpaliter. propter quod sequit. me autẽ non semp habetis. s. presentia corpali ad habitandũ in carne passibili: que indiget tali unctione: per hoc patet q̃ aliquod opus minus necessarium potest preponi magis necessario: quando imminet casus q̃ illud minus necessariũ non potest alias recupari. Cognouit ergo turba. Hic consequenter ostenditur qualiter X̃pus fuit honoratus a turba: & hoc dupliciter: primo eum uisitando. Secũdo honorifice ei obuiando ibi. In crastinũ. In prima parte dicit sic. Cognouit ergo turba multa ex Iudeis: qa illic esset: Bethania enim erat prope Hierusalẽ ad unam leucam: & ideo facili potuerunt hoc cognoscere. & uenerũt non tantũ propter Iesum. In hoc innuit dupliciter causa una propter Iesum ut Iesum reuerẽter uisitarent. Alia que subdit. sed & Lazarũ uiderẽt quem suscitabit a mortuis. facta enim mirabilia libenter uident. Mirabilissimũ autem erat uidere quadriduanũ mortuũ resuscitatũ comedentẽ & bibentẽ: & alia opera uite facientẽ: sperabãt etiam audire ipsum referentẽ statum alterius uite: quem omnes scire desiderant: & quia in hoc gloria X̃pi appebat de quo dolebant Pricipes populi: ideo subdit. Cogitauerũt aũt Principes sacerdotũ: ut Lazarum interficerẽt. ex quo patet eorum malignitas. qa uolebant interficere illũ quem dominus uiuificauerat ad occul/tandum miraculũ: Si autem quaerat quare Lazarũ magis persequebãt q̃m cecũ illu/minatum: de quo dictum est ca. ix. & languidũ sanatũ: de quo dictum fuit capit. iii. Dicendum q̃ hoc erat quia Lazarus erat homo nobilis & famosus & ideo miraculũ in ipso factum erat magis publicũ & famosum. In crastinũ: hic describit honor exhibi/tus X̃po in turbe obuiatione. Et diuidit in duo. quia primo describit ista obuiatio. Secũdo subdit huius obuiationis ratio ibi. Testimoniũ ergo. In prima ergo parte di/citur sic. In crastinũ ergo turba multa que uenerat ad diem festum: quia omnes tene/bantur uenire in Hierusalẽ in sollennitate Pasche. Cum audisset quia uenit Iesus Ieroſolimã. Istud fuit secunda die ante Pascha. s. x. die primi mensis: quia secundum preceptũ legis illa die accipiebat agnus & seruabat usq; ad uesperã: quartedecime diei & tunc imolabat ut habetur Exo. xii. Ideo X̃pus illa die uenit in Hierusalem ubi erat imolandus tanq̃m uerus agnus: pro nobis ut scilicet ueritas responderet figure. Acceperunt ramos palmarum: q̃ diuina dispositione hoc factum est: ad designandum uictoriam q̃m Xpristus erat de hoste in proximo habiturus: Vnde antiquitus ramus palme dabatur uictori in certaminibus. Et processerunt obuiam ei reuerẽter. & cla/mabant dicentes. Osanna: id est salua obsecro: quia petebãt ab eo salutẽ: benedictus qui uenit: In hoc laudant & confitentur eius aduentum: dicere enim hominis non est suũ facere sed tantũ fateri: & ideo q̃ deum benedicimus non eum bonum facimus sed tantũmõ eius bonitatẽ cõfitemur & laudamus dicereaũt dei est suum facere scd̃m qd̃ dicit Psal. dixit & facta sũt. & ideo q̃ deus homi bñdicit bñficiũ ipendit. In nomine dñi. i. sicut dñs: nõ sicut aũt Moyses sed tantũmõ ut seruus ut habet Hebreo. vi. uel aliter. In noie dñi: i. a deo patre missus ad explendũ eius uolũtatẽ: rex Israel. In hoc

cõfitent eius potẽtiã tñ diminute qa credebãt ipm regnaturũ tpaliter & liberaturum eos a tributo. Ipse aũt uenerat ad regnandũ spiritualiter & ad liberandũ totũ genus humanũ a dyabolo qđ erat maius pter hoc in Psal. c.xvii. ubi ista laus pdicta fuit dicit. bñdictus q uenit in noie dñi deus dñs & illuxit nobis in quo exprimit eius diuinitas & regnũ spuale. Et iuenit Iesus asellũ & sedit sup eũ: modũ aũt q̃liter & p quẽ hũc asellũ habuit Xpus. s. pmissionẽ Apostolorũ Euangelista transiit qa sufficienter fuerat expssũ ab alis Mat. xxi. Mar. xi. sicut scriptũ ẽ Zach. ix. Noli timere filia Syon etc. hoc fuit expositũ Mat. xxi. hoc nõ cognouerũt discipuli eius: ꝑmo. i. pro/tũc: qa adhuc erãt simplices & illitterati: sed qñ glorificatus est Iesus. i. post resurrectionem suã qñ gloriosus fuit simul in anima & in corpe: tũc enim appuit illis sensum ut itelligerẽt scripturas: ut habet Lu. ult. Testimoniũ: hic ponit pdicte obuiationis ratio que fuit ꝑmulgatio suscitatiõis Lazari ipsis turbis p illos q pñtes fuerãt in suscitatione: & hoc est qđ dicit. Testimoniũ ergo Pharisei: hic cõquẽter ponit phariseorũ zelus siue elatio cũ dicit Pharisei ergo dixerũt ad semetipm. i. inter se uidetis qa nihil pficimus: hoc exponit dupliciter uno mõ de bono zelo: qa aliqui de phariseis in eum crediderãt: ut patuit supra de Nicodemo ca. iii. Et isti uolebãt alios retrahere a Xpi psecutione q. d. quantũcũq; laborauimus ad eũ impediendũ nihil tñ pficimus & ideo uidet q sit factũ diuinũ. Cõsimile fuit dictũ Gamaliel. retrahẽtis Iudeos a psecutione Apostolorũ ut habet Actu. v. discedite ab hominibus istis etc. Alo mõ exponit de malo zelo quantũ ad illos qui nõ crediderãt Xpo: & ideo iuidia moti talia dicebant. ecce totus mũdus post eũ abiit. Sermo est Hypbolicus ad expmendũ q multi sequebant Xpm. Erãt aũt: hic ostẽdit glorificatio Xpi a gẽtibus & diuidit in. d. qa ꝑmo expmit eorũ deuotio. scđo Xpi respõsio ibi. Iesus autem. In ꝑma igit parte dicit sic. Erant quidã gẽtiles: ex his q ascenderãt ut orarent in die festo: qa aliq de gẽtilitate cõuertebant ad ritũ Iudeorũ qui dicebant ꝑseliti & isti tenebant esse in sollennitate paschali: sicut & alii. dicunt tñ hic gẽtiles qa remanebat eis nomẽ ꝑstinũ. Alio modo exponit hoc & melius de gẽtilibus scđm ueritatẽ: qa templũ p sui sanctitate habebat in reuerẽtia a gẽtilibus: q erãt in circuitu Iudeorũ ut habet. ii. Mach. iii. & ideo multi de eis ascendebãt adorare in Hierusalẽ & maxime in sollẽnitate paschali. nõ tñ admittebant ad esum agni paschalis nisi ꝑus dimisso ritu gẽtilitatis essẽt circũcisi. Isti igit q audierãt Xpi miracula iõ uolebãt eum uidere & eius doctrinã audire ideo subditur. hi ergo accesserũt ad Philippũ: qa uidebãt eũ mãsuetũ & piũ: & ideo ꝑus exposuerũt suũ desideriũ. Venit Philippus & dixit Andree: qa Andreas erat ꝑncipalior: ideo cũ eẽt ꝑmus xpi discipulus & p eũ etiã Philippus erat cõuersus ut supra dictũ est cap. i. & ideo uolebat circa hos agere de eius cõsilio & maxie qa forte memor erat uerbi xpi docẽtis Apostolos Mat. x. In uiã gentiũ ne abieritis. ꝑpter qđ ipsi xpo uolebãt hoc nũciare ꝑpo capite. Andreas rursũ & Philippus dixerũt Iesu: hoc diuina dispositiõe factũ est: ad pfigurandũ q gẽtiles erãt i ꝓximo adducẽdi ad fidẽ xpi p pdicationem Apostolorũ. Iesus aũt respõdit: hic ponit xpi respõsio i q̃ ꝑmo denũciat suã passionẽ scđo exhortat ad eius imitationẽ ibi. Qui amat aiam suã. Circa ꝑmũ sciendũ q xpus respõdẽdo denũciatiõi sibi facte de gentiliũ deuotiõe pnũciauit suã passionẽ: qa imediate post illã gẽtiles erãt recipiẽdi ad fidẽ & hoc est qđ sequit. Venit hora ut clarificet filius hois. in passione sua fuit glorificatus: p signa ostẽsa in solis obscuratione in terremotu & sepulchrorũ aptione. & uelo tẽpli scissiõe fuit etiã glorificatus in sua resurrectiõe & ascẽsione scđm qđ dicit Philipp. ii. humiliauit semetipsũ etc. seqt ꝑpter qđ deus exaltauit illũ etc: fuit etiã glorifciatus in gentilium cõuersiõe q eius deitatẽ

ubiq; confitentur. propter quod ibidem subditur. Et omnis lingua confiteat etc. Et quia Xpristus preuidebat ista de proximo ideo audiens deuotionem gentiliú quia iam erant dispositi ad credendum: ideo dixit. Venit hora etc. sicut aliquis Iudeus messes dispositas ad collectionem dicit uenit hora ut imitantur falces. Verútamẽ per cógruú exemplum ostendũt q̃ mors eius debebat preuenire conuersionem gentilium. d. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. quia non facit fructus multiplicationem nisi per suam precedentẽ corruptionẽ. Sic mortuo xp̃o quo ad humanitatem multiplicata est fides in gentilibus. Vnde simile est: ac si Xp̃s expresse dixisset. Isti gentiles qui uolunt modo uenire ad me post mortem uenirẽt ad me: per fidem. Qui amat animam: hic hortatur Xpristus ad sue mortis imitationem. Ad cuius intellectum est sciendum q̃ amare aliquem est ei uelle bonum: & ideo si bonum uolitum est uere & simpliciter bonú est ueruś amor aliter non. Sunt autem quedam hominis bona simpliciter & uera scilicet bona spiritualia. Quedã autem sunt bona secundum quid sicut temporalia bona. corporalia: & mundi delectabilia. Et secundú hoc Augustinus exponit dupliciter hanc litteram. sic primo. Qui amat animam suam scilicet uere quo ad spiritualia. p̃det eam: in presenti. non formidando sustinere mala presentis uite pro Xpristo. Vnde dicit Augustinus. Si cupis uitam tenere cum Xp̃o noli mortem timere pro Xpristo. In morte enim dicit quodãmodo anima perdi: quo ad presentem uitam: quia separatur a corpore. Alio modo exponitur quo ad sensum contrarium. Qui amat animam suam: scilicet uere uolendo sibi delectabilia huius mũdi perdet eam in futuro quia priuabit uita beata & secundú hũc sensú dicit beatus Aug. Noli amare animã in hac. s. uita ne p̃das in eterna uita & hec ultima expositio magis cósonat textui: qui sequit. Qui odit aíam suã i hoc mũdo in uitã eternã custodit eã & ideo qñ prius dixit. Qui amat aíam suã: subintelligit in futuro. Et q̃ debeamus eú imitari in passiõe oñdit rationẽ. d. Si quis mihi ministrat me sequat. q. d. rationabile ẽ ut minister seq̃t dñm. & cum hoc oñdit huius sequele p̃miú. d. Et ubi ego sum. illic & minister meus erit: qa Xp̃us inquantú deus est essẽtialiter ipa beatitudo & q̃tum ad humanitatẽ erat actu beatus in aía que est p̃ncipalior pr̃s hoís. In ipsa aía aliqñ nominat homo ut habet. x. Ethicor. Si quis mihi ministrauerit obediẽdo mãdatis meis honorificabit eum pater meus: Homini datur honor ab aliis hominibus in uita presenti: in testimonium uirtutis. Sed honor datur hominibus a deo in gloria celesti in premium uirtutis. Nunc anima: Vnde dicitur qualiter Xpristus glorificatus est a patre. Et diuiditur in duo. quia primo ponitur huius glorie petitio. Secundo subditur ipsius petitionis promissio. Ibi. Venit ergo: Circa primum Xpristus premittit sue petitioni ostensionem affectionis naturalis ad declarationem uere humanitatis in ipso dicens. Nunc anima mea turbata est. Turbari enim aliquis dicitur: quando cómouetur. Ideo mare cómotum dicitur turbatum. In Xpristo autem pars sensitiua dimittebatur agere quod erat sibi propriú. Ideo imminente passione affectus sensitiuus: cómouebat timore exhorrere naturali: Et hoc dicit hic anime turbatio tñ ista turbato non erat cótra rationẽ: sed magis conueniens rationi: & p rationẽ excitata: ad ostendendum ueritatem humane nature ut dictum est: & ad merendum nostram redemptionem: sicut & alie affectiones Xpristi: & quia dixerat alios imitari mortem suã: ne forte aliquis ei diceret secure potes mortem subire: quia nihil mali sentis. Ideo cotrariú uoluit oñdere per talẽ turbationẽ & per consequens non est recedẽdú ab eius imitatióe ꝓpter naturalẽ horrorẽ. Et quid dicã. q. d. scd̃m appetitú sensitiuú faceret hãc petitionẽ. Pater saluifica me ex hac hora. liberãdo me a passióe imminẽte.

Verumtamen quia ſecundum appetitum rationalem qui dominabatur in eo uolebat pati : propter patriſ obedientiam : & propter humani generiſ ſalutem. ideo aliter loquitur dicenſ. Sed propter hoc ueni in horam hanc. quaſi diceret. ad hoc ueni in mundum ut patiar propter predicta. ideo dicitur. Pater clarifica nomen tuum. id eſt fac illud in quo relucet gloria tui nominiſ: ſcilicet in paſſione filii in q̃ ipſe pater eſt glorificatuſ: & per conſequenſ filiuſ qui eſt idem cum patre in ſubſtantia. Quia in paſſione filii diuulgata per Apoſtolorũ predicationem noticia patriſ & filii & ſpiritus ſancti diffuſa eſt per totum orbem. Venit ergo. Hic ponitur glorie petite promiſſio. & diuiditur in treſ. quia Primo ponitur uox patriſ gloriam promittẽtiſ. Secundo oppinio turbe de illa uoce uarie ſentientiſ ibi. Turba ergo. Tertio expoſitio prolate uociſ ibi. Reſpondit Ieſuſ. Circa primum ſciendum q̃ illa uox fuit formata a tota trinitate cum eiuſ opera ſint indiuiſa. Verumtñ quia dicitur uox patriſ quia fuit formata ad repreſentandum perſonam eiuſ: & hoc eſt quod dicitur. Venit ergo uox de celo a deo patre mõ dicto. & clarificaui. quia Chriſtuſ non clarificauit ſemetipſum ut Pontifex fieret ut habetur Heb. v. Sed pater clarificauit eum. p̃mo miraculiſ in uita Chriſti factiſ: & iterum clarificabo: quia poſtea clarificauit eum in morte per ſigna diuinituſ oſtenſa reſuſcitando eum : & exaltando eum ad celum . Turba ergo. Hic ponit̃ diuerſa oppinio de iſta uoce. In illa turba aliqui erant magiſ rudeſ qui tantum ſonum facte uociſ perceperant non ſignificationem: & quantum ad illoſ dicitur. Turba ergo que aſtabat & audiebat dicebat tonitruum factum eſſe: id eſt aliquod per modum ſoni coufuſi. Alii autem magiſ perſpicaceſ intellexerunt de articulatione uociſ & dicebant. Angeluſ ei locuſ eſt. credebant enim eum eſſe purum hominem : & ideo dicebant angelum ei loqui : ſicut aliquando in ſcriptura dicitur: q̃ angeli Prophetiſ loquebantur. Reſpondit Ieſuſ. Hic ponit̃ expoſitio audite uociſ & diuiditur in treſ. quia Primo ponitur Chriſti expoſitio. Secundo Iudeorum contradictio ibi. Noſ audiuimuſ. Tertio Chriſti reſponſio ibi. Adhuc modicũ. In p̃ma parte oſtendit Chriſtuſ q̃ non erat tonitruũ nec ſonuſ confuſuſ ſicut aliqui credebãt: ſed uox diuina ꝓpter inſtructionem populi circumſtantiſ ut ip̃m cognoſcerent Ieſum eſſe uerum Chriſtum : cui de celo dabatur teſtimonium : & hoc eſt quod dicit. Non propter me hec uox uenit . quia uox fit propter inſtructionem alicuiuſ. Xp̃uſ aũt inſtructione non indigebat ſecundum quod deuſ. Similiter nec inquantũ homo: quia ab inſtanti conceptioniſ ſue omnia perfecte cognouit : que cognoſcit deuſ ſcientia uiſioniſ: & ideo uox illa non eſt facta propter eiuſ inſtructionem: quia ſciebat ſe per paſſionem glorificandum a patre. Sed propter uoſ id eſt ꝓpter inſtructionẽ ueſtrã. Nunc iudicium eſt mundi id eſt iudicium diſcretioniſ: quia a tempore paſſioniſ Xp̃i diſcreti ſunt fideleſ credenteſ ab obſtinatiſ per infidelitatem. in futuro autem erit iudicium condemnationiſ infidelium & premiationiſ credentium. Vel aliter. Nunc iudicium eſt mundi id eſt pro mundo inquantum ex diuina ſententia munduſ a poteſtate Dyaboli ereptuſ eſt in paſſione Chriſti. Ideo ſubditur. Nunc Princepſ huiuſ mundi eicitur foraſ. Dyaboluſ enim hic dicitur mundi Princepſ nõ quia ſit dominuſ ſubſtantie mundi : ſed hominum mundialiter uiuentium inquantum ſe ei ſubiciunt: per peccatum. Dicitur autem electuſ Dyaboluſ per paſſionem Chriſti ꝑ quam apta eſt ianua glorie: & ſic diaboluſ non põt impedire electoſ a conſecutione glorie ſicut faciebat ante: tamen permittit̃ attemptare homineſ ad exercitiũ & meritũ electorũ. Et ego ſi exaltatuſ fuero a terra : ſcilicet in cruce ubi exaltatuſ eſt moriens in aere debellando aereaſ poteſtateſ. Dicitur autem in cruce exaltatuſ quia per hoc meruit

exaltationem: & glorificationem ſui corporiſ: & ſubiecta eſt ſibi multitudo gentium per fidem: ut habetur Philipp. ii. propter qđ deuſ exaltauit illum etc. & oīs lingua confiteatur: quia dominuſ Ieſuſ Xp̄ſ in gloria eſt dei patriſ. oīa trabam ad meip̄m. ex amore enim in cruce oſtenſo ad genuſ humanum: habet uim attractiuam omnium gentium. hec aūt dicebat ſignificans q̄ morte eſſet clarificaturuſ deū: ſiue morituruſ. Iſta ſunt uerba Euangeliſte interp̄tantiſ quid Xp̄ſ intelligeret p illam exaltationē. Reſpondit. Hic ponitur Iudeorū contradictio arguentium ex eiuſ morte audito q̄ ipſe non eſſet Xp̄uſ. d. Noſ audiuimuſ ex lege q̄ Xp̄ſ manet ineternū. nomine legiſ aliq̄ Iudei accipiunt totum ue. teſta. & non ſolum. v. libroſ Moyſi: quia appro/priate dicuntur lex. In Prophetiſ aūt fit mētio de eternitate Xp̄i: ut patet Eſa. ix. Vocabitur nomen eiuſ admirabiliſ conſiliariuſ deuſ fortiſ pater futuri ſeculi Princepſ pacis: multiplicabitur eiuſ imperium: & regni ſue pacis non erit finiſ. Similiter Dan. vii. Poteſtaſ eiuſ poteſtaſ eterna etc. Et Mich. v. Et tu Bethleem eufrata etcet. Sequit̄. Ex te enim egredietur qui ſit dominator in Iſrael. Et egreſſuſ eiuſ ab initio a diebuſ eternitatiſ. taliſ aūt p̄manentia eterna uidet̄ contrariari morti. ideo arguūt & quomō tu diciſ. Oportet exaltari filium hominiſ: & mori in cruce. q̄ſi. d Si tu de teipſo diciſ ſequitur q̄ tu non ſiſ Xp̄uſ qui manet ineternū. ſi aūt loqueriſ de alio: dic nobiſ quiſ eſt iſte filiuſ hominiſ. licet aūt Xp̄uſ nō uocauerit ſe in iſto loco filium hominiſ: tm̄ cōmuniter ſic ſe uocabat: & ideo iudei repetēdo uerba eiuſ hoc addiderūt. Si aūt querat̄ qualiter Iudei intellexerunt: q̄ Xp̄uſ ſuam futuram crucifixionem uocaret exaltationem. Dicendum q̄ p̄pter p̄uerbium q̄ erat apud Iudeoſ q̄ crucifixio uocatur exaltatio: & adhuc homineſ tali modo loquendi utunt̄ ſicut cum alicui imprecatur ſuſpenſio dicit̄ ei: tu ſiſ in altū eleuatuſ. Dixit ergo eiſ Ieſuſ. Hic ponit̄ Xp̄i reſponſio in qua cōmendat eoſ de aliquali cognitione Xp̄i p̄ ſcripturaſ: quantū ad eiuſ eternitatē: ſed oſtendit eam imp̄fectam. d. Adhuc modicū lumen in uobiſ eſt. quia non intelligebant mortē Xp̄i & paſſionē in humanitate ſtare: ſimul cū deitatiſ eternitate: & tm̄ utrūq; ponit ſcriptura de Xp̄o de eternitate iam dictum ē de eiuſ paſſione ſcribit̄ Eſa. liii. Tanq̄ ouiſ ad occiſionē ducetur: & ſcđm antiquoſ doctoreſ Hebreoſ totum illud cap. de Chriſto intelligitur ab illo loco qui ponit̄ in ca. precedenti. ecce intelliget ſeruuſ meuſ etc. Similiter Dan. ix. expreſſe predicitur paſſio Chriſti. & poſt ebdomadaſ. lxx. occidetur Chriſtuſ. & ideo monet noſ ad querēdum perfectam cognitionē de Chriſto. d. Ambulate. i. in cognitione p̄fecte. dum lucem habetiſ. i. me preſentialiter qui ſum lux illuminanſ per ueritatem doctrine & lumen gratie. ut non uoſ tenebre comprehendant. ſ. ignorantie & culpe. & qui ambulat in tenebriſ predictiſ neſcit quo uadat: quia declinabit a rectitudine uite. dum lucem habetiſ credite in lucem. i. meipſum. ut filii lucis ſitiſ per imitationem & gratie adeptionem. hec locutuſ eſt Ieſuſ & abiit: quia non recipiebant eiuſ doctrinā. & abſcōdit ſe ab eiſ: eo mō & eiuſ de cauſiſ: ſicut dictum eſt ca. viii. & x. Sed non uidetur uerū. quia ſupra ſe abſcondit eo q̄ uellent occidere eum: hoc aūt non dicit̄ hic. Dicendum q̄ ipſe uidebat cogitationeſ eorū ad hoc tendenteſ: licet adhuc nō p̄rupiſſent in ope. & ideo uoluit eoſ p̄uenire ſe abſcondendo: quia non dum uenerat hora paſſioniſ ſue. Cum aūt tanta. Hic ponit̄ Iudeorū infidelitaſ & obſtinatio. & diuidit̄ in duo: quia Primo p̄dicta obſtinatio oſtendit̄. Scđo a Chriſto arguitur ibi. Ieſuſ aūt clamauit. Prima in duo: quia Primo oſtendit̄ obſtinatio nō credentiū. Scđo defectuſ Iudeoꝝ in eo credentiū ibi. uerumtm̄ ex p̄ncipibuſ. Dicit ergo in p̄ma p̄te ſic euangeliſta. Cū aūt tanta ſigna feciſſet corā eiſ. in miraculiſ in doctrina & in reuelatione ſecretorum

cordis: & futuroꝝ contingentiū: ꝑ que declarata erat eius diuinitas. Non credebant in eū. & in hoc implete sunt scripture ꝓphetaꝝ eoꝝ obstinationē predicentiū: & hoc est qđ dicit: ut sermo Esa. impleret. ut: nō tenet hic causaliter: sed consecutiue tm̄: quia ex Iudeoꝝ obstinatione secuta ē impletio ꝓphetie. Esa. liii. Dñe qs credidit auditui nostro? q. d. pauci ualde: quia de iudeis pauci crediderūt cōparatiue. Et bñ dicit auditui nostro: qa ꝓphete nō cognouerūt mysteriū Xp̄i ꝑ uisū rei in se: quia adhuc erat futurū. nec uiderūt illud in diuina essentia: sed tm̄ cognouerūt ꝑ reuelationē: & talis reuelatio ex pte dei reuelantis uocat locutio: ex pte ꝓphete intelligētis uocatur auditio: & brachiū dñi cui reuelatū ē? q. d. paucis: quia filius dei naturalis q est uirtus opatiua patris: q inquantū deus oīa fecit ꝑ uerbū: & si ita eēt in hominibus ꝑ uerbū suū facerēt quicqd uellēt: uerbū hominis eius brachiū diceret. Inducit adhuc euāgelista aliā scripturā Esa. d. ꝓpterea nō poterāt credere. hec ípossibilitas nō ē absoluta sed tm̄ ex suppositione .s. supposito q habere uoluntatē obstinatā in malo: sicut de aliquo dicit. Iste nō pōt illū diligere qñ habet uoluntatē fixā in odio eius: qa iterū dicit Esa. vi. licet uerba sint aliquantulū mutata: excecauit oculos eoꝝ subtrahendo lumē gratie ꝓpter eoꝝ maliciā: que auertebat se ab hac luce. & indurauit cor eoꝝ: qa ad subtractionē diuine gratie que cor mollificat ꝑ deuotionē sequit cordis íduratio ꝑ obstinationē. ut nō uideāt oculis. s. mētalibus: & nō intelligāt corde & cōuertant: & sanē eos: quia ista nō possent fieri sine gratia dei ꝓueniente. hoc dicit Esa. qñ uidit gloriā eius. hoc addit euāgelista: qa Esa. vi. ꝓmittit uerbis ꝓdictis de exaltatiōe Xp̄i & gloria cū dicit. uidi dñm sedentē sup soliū excelsū etc. Verumtñ. hic oñdit defectus iudeoꝝ Xp̄o credentiū q impfecti erāt í fide: qa nō solū queritur credulitas cordis sed etiā cōfessio oris: scd̄m qđ dicit Ro. xii. Corde. n. credit ad iustitiā: ore aūt cōfessio fit ad salutē. Ipsi aūt licet í Xp̄m crederēt tm̄ cōfiteri nō audebāt: & hoc ē qđ dicit. uerumtñ ex ꝓncipibus. i. legispitis & sacerdotibus. multi crediderūt í eū. ꝓpter miracula: & ꝓpter impletionē scripturaꝝ. sed ꝓpter phariseos nō audebāt ut de Synagoga nō eicerent: qa cōspirauerāt q cōfitentes ipm̄ eē xp̄m excōmunicarent de societate eoꝝ: q apud eos ignominiosū ē: ut supra dictū ē ca. ix. uerumtñ oīes tales pene si ꝑ iustitia sustineant sūt meritorie. Cā uero q̄re hoc meritū fugebāt erat superbia: ideo subdit. dilexerūt. n. gloriā hominū. i. honorē humanū magis q̄ gloriā dei. i. meritū ꝑ quo gloria dei redditur. Iesus aūt. Hic cōsequēter eoꝝ infidelitas arguitur a xp̄o. & diuidit in tres. qa ꝑmo íducit ad credrndū. scd̄o oñdit fidei fructū. ego sum lux. tertio í credulitatis suppliciū ibi. & si qs audierit. In ꝑma igit pte dicit sic. Iesus aūt clamauit. ad denotandū magnitudine dicēdoꝝ & sui affectus desiderii ad salutē hominū & dixit. q credit í me nō credit í me solū. s. aliter eēt cōtradictio: ideo sequit sed in eū q misit me. qa una ē fides patris & filii & una uisio que succedit fidei: ideo sequit. q uidet me uidet eū q misit me. pater. n. & filius sūt unū í substātia. distinguūt aūt í ꝓprietate relatiua: cū hec ē natura relatiuoꝝ: q cognito uno cognoscit & reliquū: cū sint simul natura & ítellectu. Ego lux. hic ponit fidei fructus: cū dicit. ego lux ueni í mundū ut oīs q credit í me in tenebris nō maneat. s. ignorātie culpe & tenebē. hic ē fructus gloriosus talia euadere & bona cōtraria obtiere. Et si qs audierit. hic describit pena í credulos: cū dicit. Et si qs audierit uerba mea: aure corpis: & nō cordis & nō custodierit ea manēs í infidelitate. ego nō iudico eū .s. í isto ꝑmo aduētu meo: cuius cā subdit. nō. n. ueni ut iudicē mundū í aduētu ꝑmo: sed ut saluificē mundū suscipiēdo iudiciū cōdemnationē & mortē. Qui spernit me & nō accipit uerba mea ꝑ fidē: habet q iudicet eū. & oñdit qs sit iste iudex. d. sermo quē locutus sū ille iudicabit

eum in nouissio die. Sic enī lex ciuilis dicit iudicare latronē inquantū oñdit eū dignū iuditio & condēnatione: sic facta xp̄i & eius doctrina iudicabūt infideles: qa oñdent eos dignos condēnatione. sed qa ip̄e uidelicet xp̄s iudicabit effectiue: ideo sequit: qđ ego ex me ipo nō solū locutus sū. ꝓpter hoc. n. sermo xp̄i oñdet infideles condēnabi/les: qa ꝓcedit ex infallibili uirtute. s. a deo patre. ideo subdit. Ip̄e mandatū dedit mihi qd dicā & qd loq̄r. qa xp̄s inquantū homo mior ē patre: & sic accipit ab eo mandatū in cuius executiōe nō pōt deficere a regula uoluntatis diuine: qa humanitas xp̄i tāq̄ instrumētū diuinitati cōiunctū i nullo mouet nisi scđm ipius motū. Et scio qa manda/tū eius uita eterna ē. s. uirtualiter inquantū obseruatio mādatoꝝ dei iducit ad uitam eternā: scđm q̄ dicit Mat. xiii. Si uis ad uitā ingredi serua mādata: que ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor. hoc cōcludit ad oñendum q̄ humanitas sua nō po/terat obliquari a regula diuine ueritatis ut patet p̄ p̄dicta. Occasione cuiusdā dicti in hoc ca. queritē. utrꝫ p̄ncipes iudeoꝝ credēteś i xp̄m añ eius passionē peccarēt mortali/ter nō cōfitendo suā fidē. Et arguit p̄mo q̄ nō: quia cū obmittit illud qđ surgit in scandalū & turbationē alioꝝ nō ē mortale peccatū: sed magis uidet meritoriū: qa di/cit Apost. i. Cor. x. sine offensione estote iudeis & gētilibus etc. cōfessio aūt sue fidei fuisset i scandalū & turbationē alioꝝ. Itē aliq de illis fuerūt ualde boni & iusti: ut Nicodemus & Ioseph ab Aramathia q̄ erāt discipuli xp̄i occulti & ideo nō ē uerisimile q̄ tacuissent a sue fidei cōfessione: si hoc fuisset mortale peccatū. Contrariū arguit p illud qđ dicit Ro. xii. Corde. n. creditē ad iustitiā ore aūt cōfessio fit ad salutē. & sic uidet q̄ cōfessio fidei sit necessaria ad salutē: sicut & ip̄a fides: & p̄ cōsequens eius obmissio peccatū mortale. Contrariū arguit. Rñsio Augu. diffinit̄ peccatū mortale dicit. Peccatū mortale ē transgressio legis diuine & celestiū in obedētia mādatoꝝ: & ideo obmissio cōfessionis fidei nō ē peccatū mortale: nisi in quo cōfessio eius oppōsita cadit sub p̄cepto diuino. Ipsa aūt cōfessio cum sit actus ueritatis nō cadit sub p̄cepto affirmatiuo. p̄ceptū affirmatiuū licet nō obliget ad semp obligat tñ p loco & tpe. ita uidelicet qñ obmissio actus q̄ cadit sub p̄cepto ē cōtra caritatē dei uel p̄ximi: & hoc mō obmissio cōfessionis fidei cōtra caritatē dei ē qñ p hoc subtrahit̄ honor deo debitus utpote qñ p hoc creditē q̄ talis fides nō sit uera: ē etiā cōtra caritatē p̄ximi qa p hoc salus p̄ximi impeditē. & hoc ē qñ p hoc q̄ aliqs maioris status fidē suā nō cōfiteť. Alii simpliciores a fidelis fidei cōfessione tpe debito auertunt: ꝓpter utrūq; istoꝝ. p̄ncipes iudeoꝝ de q̄bus queritē mortaliter peccabāt. Primo cū eēnt legis p̄iti & sacerdotes in scripturis exercitati: ut supra dictū ē. p hoc q̄ ex timore fidē suā xp̄o nō cōfitebāť fides illa ab aliis minus uera seu falsa reputabat̄. p hoc etiā alii inferiores dictis & fac/tis sacerdotū inberēteś a fide xp̄i auertebant̄. & sic patet q̄ obmissio cōfessionis fidei i ipsis erat cōtra caritatē dei & p̄ximi: Itē alia ratiōe peccabāt: qa tenebant̄ ex officio populū docere de his que sūt necessaria ad salutē: cuiusmōi erat fides xp̄i: & ideo ta/citurnitas illa non potest a peccato excusari. & hoc i̇nuit Euāgelista reddēs causam taciturnitatis eoꝝ. d. dilexerūt. n. magis gloriā hominū q̄ gloriā dei. Ad p̄mū dicē/dum q̄ cōfessio fidei qñ est ad turbationē hominū & ad nullā utilitatē ē obmittenda: scđm q̄ dicit dñus Matth. vii. Nolite sanctū dare canibus. sed si ex cōfessione fidei speretur aliqua utilitas aut etiam assit necessitas scandalum infidelium est obmitten/dum: sicut dicit dominus Mat. xv. de scandalo phariseorum sinite illos scilicet turbari ceci sūt & duces cecoꝝ. Ad scđm dicendū q̄ etiā Apostoli āte confirmationē spiritus sancti mortaliter peccauerūt ut patet de negatiōe. & ideo nō ē miꝫ si aliq̄ inferiores quantumcūq; iusti similiter peccarūt: quia non erant confirmati.

ANte diem festum Pasche. In parte precedenti .XIII.
Euangelista descripsit occasionem mortis Xpi: Hic incipit describere mortem
eius. & diuiditur in duas quia primo describit qualiter Xpristus imminente passione
sua animos discipulorum confortauit: secundo mortem Xpi describit ca. xviii. Hec
cum dixisset Iesus. Prima in tres. qa primo ostendit qliter Xps cofortauit discipulos
exemplis secundo uerbis ca. xiii. & ait discipulis suis. Non turbet cor tertio orationu
suffragiis ca. xvii. Hec locutus. prima in duas quia primo ponitur imitabile Xpristi
exemplum secundo defectus discipulorum ad imitandum ibi. Cum hoc dixisset Iesus.
Prima in tres. quia primo factum describitur secundo eius utilitas ostendit. ibi. Venit
ergo ad Simonem. tertio facti imitatio discipulis indicit. ibi. Postq ergo lauit. Prima
in duas quia primo premittitur affectus Xpi ad discipulos secundo per factu instruit
eos ibi. Et cena facta. Circa primu sciendu q affectus Christi ad discipulos pmittit
ut eius factum magis gratum ostendatur: & discipuli eius libentius imitentur. dicit ergo
sic. Ante diem festum Pasche. s. xiiii. luna in cuius uespera immolabatur agnus. & in/
cipiebat sollemnitas paschalis que celebratur luna decimaquinta: & secundu hunc modu
in ecclesia sollemnitas a uespera precedentis diei incipit. Sciens Iesus. ex quo patet q
non ignorans nec inuoluntarius uenit ad passione: sed uoluntarie obediendo deo patri
quia uenit hora eius. non fatalis sed a deo patre determinata & hoc conuenienter ut
immolatio agni qui tollit peccata mundi immediate post immolationem agni figuralis
sequeret: & sic ueritas figure rnderet. ut transeat ex hoc mundo ad patrem. dicebat
enim pascha Iudeorum transitus. eo qd tunc angelus transiuit p Egyptu interficies
primogenita Egyptiorum: & filios Israel seruans. Et similiter pascha Christianorum
dicitur transitus inquantum dei filius per mortem transiit ad patrem: non per loci mu/
tationem: sed sic dicit a patre uenisse assumendo natura nostra mortale: & passibile.
ita dicitur ad patre rediisse faciendo ipsam consorte paterne glorie per immortalitate
in sua resurrectione. Cum dilexisset. In quo eius dilectio gratuita ostenditur quia
prior dilexit suos ostenditur discreta: quia ita dilectio spiritualis non fuit ad omnes:
sed ad sibi familiares: cuiusmodi erant Apostoli qui erant in mundo. ostenditur hec
dilectio necessaria: qa Apostoli remanentes in periculo mundi. indigebant cosolatione
diuina. in fine dilexit eos id est in morte specialia signa dilectionis ostendit. uel aliter
In finem id est perfecte animam suam pro eis ponendo. Et cena facta. Hic describit
imitabile factum. s. lotio pedum discipulorum suorum: ubi premittitur tepus & modus
huius lotionis: cu dicit. Et cena facta. non est intelligendum q esset totaliter copleta
& postea dicitur. Et cum recubuisset iteru. sed erat facta qtum ad hoc q comederat
agnum paschalem: & tunc surrexit ad lauandum pedes discipulorum suorum: anteq
daret eis sui corporis sacramentum: ad designandum q spiritualis mundicia requiritur
ad percipiendum ipsum. & cu iam diabolus misisset in cor ut traderet eu Iudas Simon
scharioth. Die enim precedenti uendiderat eum suggestione diaboli hanc pditionem
in cor ipsius mittentis. Scies qa omia dedit ei pater in manus. Exquo patet in Christo
plenitudo scie & potestatis. & quia a deo exiuit & ad deum uadit. hoc est iam supra
expositum: qualiter dicitur filius a patre exisse: & ad deum redire, surgit a cena. quia
ministrare uolebat. & ponit uestimta id est deponit. ut conuenientius hoc ministeriu
exhiberet. Et cu accepisset linteu precinxit se & sic ad lauandu optime se disposuit
nihil obmittes de his que ad istud officiu requirunt. & simplex humilitatis ministeriu
sequitur cu dicitur. Deinde misit aqua in peluim. proprius manibus. non p ministeriu
aliorum. & cepit lauare pedes discipulorum suorum lutosos qa indiscalciati incedebat:

& extergere linthEo quo erat precinctus: ut perfecte impleret humilitatis officium. Venit ergo hic ostenditur huius facti utilitas & ostenditur hoc ex q̃dam cõcertatiõe Petri & Christi. per qđ ostenditur factum esse mixticum. dicit ergo Venit ergo ad Simonem Petrum. secundum Origenem totis alius Apostolis uenit ad Petrum ultimo quia incepit lauare a minoribus & ex hoc fuit argumentum. qđ dicitur. cepit lauare pedes discipulorum suorum & postea subdit. Venit ergo ad Simonem Petrum. ꝑ hoc ostendens ꝙ alii iam erant loti. Sed non uidet uerisimile: si transisset ꝑ omnes alios qn aliquis eoꝝ uel plures recusassent hanc lotionem sicut & Petrus. Et ideo alii doctores dicunt qđ primo uenit ad eum propter qđ alii discipuli audita reprehensione Petri de hoc ꝙ recusauerat huiusmodi lotionẽ non fuerunt ausi eã ultra recusare: qđ ergo dicit Euangelista. Cepit lauare etc. & postea subdit. Venit ergo ad Simonem. non est per hoc intelligẽdum ꝙ alios lauerit ante ipsum: sed Euãgelista prius dixit factũ in generali. postea explicat modum in speciali incipiens a Petro. Et dixit ei Petrus domine tu mihi lauas pedes id ẽ uis lauare mihi peccatori: tu qui es filius dei? quasi. d. nullo modo decet. Simile uerbum dixit in principio sue conuersionis Luc. v. Exi a me domine: qa homo peccator sum. Respondit Iesus & dixit ei. ꝙ ego facio tu nescis modo. q. d. non solum hoc facio propter pedum corporalitũ emundationem: sed ꝓpter humilitatis eruditionẽ: ut postea exposuit: ideo subdit. Scies autẽ postea. per hoc etiã designauit mundiciam pedum spiritualium: qui sunt affectus mentis qui requiritur in eucaristie perceptione. Dixit ei Petrus Non lauabis mihi pedes in eternũ id est nunq̃ lauabis: ac si diceret: nullo modo sustinerem: licet autem Petrus hoc fecit bono zelo tamen indiscrete hoc faciebat: qa cũ Christus non posset errare non debebat uolũtati eius aliquo modo resistere. Ideo sequitur. Respondit ei Iesus: Si non lauero te non habebis partem mecum. Si hoc intelligatur de lotione interioris macule littera ẽ plana quia nullus potest habere partẽ cũ Christo in gloria celesti nisi totus fuerit a macula peccati secundum qđ describitur Apocal. xxi. Nihil coinqnatum intrabit in illam. Si autẽ intelligatur de lotione corporali pedum ipsius Petri: eodem modo ẽ dicẽdum sic enim aliud est illicitum non ex natura sua: sed tantũ quia prohibitum est ut patet de esu ligni uetiti ꝑmo parẽti: Ita similiter aliud ẽ necessariũ ad salutẽ non ex natura sui: sed propter ꝓceptum dei uel prelati. & sic erat in proposito. exquo enim Christus uolebat simpliciter hoc facere: Petrus de necessitate salutis tenebatur hoc sustinere. Dixit ei Simon Petrus. domine nó tantum pedes meos: sed & manus: & caput. Pedes sunt pars corporis inferior manus media: caput superior. per expressionẽ istaꝝ partiũ intelligitur corpus totum. est igitur sensus. Domine non tantum etc. potius sustinerem a te per totum corpus lauari q̃ a te separari: quia quãuis esset durum Petro sustinere seruicium sui magistri: tamen grauius erat ei ab ipso separari. Vnde dicit in itinerario clementis ꝙ quandocunq; Petrus memor erat dulcissime societatis Christi resoluebatur in lachrymas ita ꝙ facies eius adusta uidebatur: ex frequenti lachrymarum fluxu. Dixit ei Iesus: qui lotus est. per baptismum: exquo accipitur ꝙ Apostoli fuerunt a Christo baptizati: ut supra dictũ est capitulo tertio. Non indiget nisi ut pedes lauet sed est mundus totus. Si enim aliquis baptizatus statim moriatur: euolat ad patriã: nec indiget aliqua alia lotione tñ si supuiuat etiã indiget lotione pedum spiritualiũ id est affectionum mentis: quia ex conditione mortalis uite affectus eius aliquãdo aliquas maculas contrahit ex tẽporalibus. Sed nó indiget lauare caput. i. partẽ contẽplatiuã que intendit superioribus & eternis nec manus id est uite actiue opera: que in eo sunt facta. Talis erat Petrus & etiam alii Apostoli excepto Iuda proditore: propter qđ

sequitur. Et uos mundi estis sed non omes. Post q̃ ergo ostēso facta utilitate in p̄dicta lotione. Hic inducit discipulos ad imitandum in opere. & diuiditur in duas quia ꝑmo propositum declarat & secundo confirmat ibi. Exemplum enim dedit uobis etc. Post q̃ ergo lauit pedes eorum. In hoc ostendunt conuenientē modū docendi. In mortalibus enim magis mouent facta: q̃ uerba: ut potest haberi Ethicorum. x. & ideo Xpristus doctrine de humilitate premisit humilitatis factum. Accepit uestimenta sua. sicut administrandum enim congrue debent uestimenta deponi: Ita ad docendum honeste debent assumi. propter quod magistri solent legere in habitu dispositio ad hoc: & ordinato secundum dispositionē facultatis sue. Et cum recubuisset iterum. quia sedendo debet doctor docere. doctrina enim non capitur nisi in quiete. propter quod dicitur vii. Ethicoꝝ sedendo & quiescendo fit anima prudens: & sciens. Sequitur doctrina. Dixit eis scitis quid fecerim uobis quasi diceret uos debetis in hoc scire & in hoc reddit eos attentos. Vos uocatis me magister & domine & bene dicitis: sum etenī. Aliqd enim dicitur bene dictum quando congruit dicenti: & rei dicte. Congruit autem rei dicte quando sic est in re sicut dicitur. Congruit autem dicenti quando dicēs talem se oñdit facto qualis dicitur. Vtroq; modo Apostoli bene dicebant: quia sic erat in re: ex pte Xpristi qui erat superior: & ex parte Apostolorum qui facto se ei subiiciebant: sicut & uerbo dicitur Mat. vii. Multi dicent mihi in illa die. Domine domine non ne in nomine tuo ꝓphetauimus etc. & tūc confitebor uobis qa nunq̃ noui uos. Ex p̄dictis cōcludit saluator intentū. d. Si ergo ego laui pedes urōs dñs & magister. & uos. multo fortius debetis alter alterius lauare pedes. per hoc intelligitur quodlibet pietatis & humanitatis officium proximo impensum: ad qđ impendendum quilibet tenetur in casu necessitatis: extra autem talem casum tenet debito honestatis: & congruitatis exēplum sic confirmat cōclusionem predictam: & hoc quadrupliciter. primo exemplo sui dicēs: Exemplum enim dedi uobis etc. q. d. ad hoc feci ut ostenderē uos ad hoc teneri: scđo confirmat per suam autoritatem. d. Amen amen dico uobis non est seruus maior dño suo. neq; Apostolus id est missus: quia Apostoli fuerunt missi a Xpo ad predicādum. maior eo qui misit illum. cum igitur Apostolis ad predicandū missis tenebanē populi credere multo fortius Apostoli Xpristi tenebantur autori suo obedire Xpo. tertio confirmat eam sequenti ꝑmio: cū dicit. Si hoc scitis beati eritis si feceritis ea. Beatitudo autem est maximum desiderabile cum sit status omniū bonoꝝ aggregatione pfectus. non de omnibus uobis dico scilicet q; debeatis esse beati: quia preuidebat damnationē Iude futuram: propter qđ subditur. ego scio id est clare cognosco. quos elegerim. s. ad uitam eternam. Iudas autem non fuit electus ad ipsam: sed tantum ad Apostolatum. ut supra dictum est ca. vi. Sed ut impleatur scriptura ex malicia & dānatione uniꝰ uestrum: que sequitur. Qui manducat panem meum leuabit contra me calcaneū suū id est conabitur me suppeditare: hoc fuit impletum in Iuda qui panem corporalem & sacramentalem sibi datum a Christo manducauit. predicta autem scriptura habet in psal. ic. Translatio septuaginta habet: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem: Et transl atio Hier. magis propinqua est dicto Christi que talis est Qui manducat panem meum leuabit contra me plantā. Amen dico uobis priusq̃ fiat ut cum factum fuerit credatis quia ego sum scilicet uere Xpristus uerus homo uerus deus quia scire secreta cordiū & p̄dicere certitudinaliter futura contingentia a libero arbitrio dependet a uirtute propria est manifestū iudiciū deitatis. Quarto cōfirmat conclusionem predictam ex dignitate eorum quorum pedes lauant. Amen amen dico qui accipit siquem miserum me accipit. seruicium enim factum ministris Xpi redūdat

in honorem ipsius & per consequens totius trinitatis. ideo sequitur. Qui aũt me accipit accipit eum qui misit me id est honorat patrem & spiritum sanctum qui miserunt filiũ secundum q̃ dicitur Esa. xlviii. Et nunc me misit dominus & spiritus eius. hec dicit redemptor tuus Israel. Cum hoc dixisset. Post q̃ saluator ꝓposuit humilitatis exẽplũ hic ostendit defectum discipulorum: & primo defectum Iude proditoris 2̃o Petri negantis ibi Dixit ei Simon. Prima in duas quia primo pronunciat ipsam proditionẽ secundo ipsum proditorem ibi Aspiciebant ergo. In prima parte dicitur sic. Cum hoc dixisset Iesus turbatus est spiritu. ex horrore passionis imminentis & proditionis Iude hec tamen turbatio que erat in parte sensitiua non erat contraria rationi: sed magis conueniens ei sicut dictum est supra de aliis passionibus ca. precedenti & protestatus est & dixit. Amen amen dico uobis. quia unus ex uobis me tradet. multiplicat autem hanc dictionem amen ad ostendendũ future rei certitudinem. Aspiciebant. Hic con/sequenter pronũciat proditorem. & diuiditur in duas quia primo ponit denũciatiõis occasio. secũdo ipsa denunciatio ibi. Respõdit Iesus occasio autẽ diuine denũciatiõis fuit duplex. Prima fuit discipulorum stupefactio & conturbatio que tangit cũ dicit. Aspiciebãt ergo ad inuicem discipuli. hesitantes de quo diceret. Erant enim admirati quasi quilibet eorum preter Iudam sentiebat se totaliter firmatum in cõtrarium dicti ipsius Xpristi: & consimiliter de suis socii sicut de se cogitabant. Veruntamen ꝓpter firmitatem uerborum Xpristi magis eius dicto credebant q̃ suis conscientiis: & ideo nõ hesitabant de euentu rei sed de illo per quem hoc eueniret. Secũda occasio fuit familiaritatis Iohannis cum Xpristo propter quã Christus sua secreta ei reuelabat. & hec causa exprimitur cum dicitur. Erat recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu. i. familiariter ei propinquus ex dilectione: propter hoc sequitur quem diligebat Iesus. spetialia signa dilectionis ostendendo ei pre ceteris: propter mundiciam uirginalem. Notandum q̃ Iohannes hic de se loquitur per modum alterius persone: hic est enim modus loquendi eorum qui scripturas canonicas conscripserunt: quando in eis quis de se loquitur. unde Paulus secunda Corin. xii. loquens de seipso dicit. Scio hominem in Christo etc. Et primo Reg. xiii. dixit ubi constitutum est de Christo etc. Innuit ergo huic. s. Iohãni. Simon Petrus & dixit ei quis est de quo dicit. Petrus enĩ quodã signo significauit Iohanni ut peteret a Christo sibi familiari de quo dixerat. licet. n. Petrus alias solitus esset interrogare a Christo pre ceteris: tamen tunc non fuit ausus petere: quia immediate fuerat reprehensus de indiscreta locutione cum dixerat Non lauabis mihi pedes etc. Cum recubuisset ille. s. Iohãnes supra pectus Iesu. i. inclinatus prope os eius & sic erat idonee positus ad interrogandum & audiendum aliquid secrete ab eo. Dixit ei domine q̃s est ille? scilicet proditor? Respondit Iesus. Posita occasiõe denunciationis Hic ponitur denũciatio proditoris & diuiditur in tres: quia primo ex/primitur ipsa denunciatio. 2̃o rei denũciate permissio ibi. & dixit ei. tertio ꝑmissiõis executio ibi. Cum ergo accepisset. In p̃ma parte dicit sic. Respõdit Iesus ipsi Iohãni in silẽtio: qa si alte dixisset Petrus erat ita feruidus q̃ statim insurrexisset in ꝑditorẽ. Ille est cui intinctum panem ego porrexero. per hoc notatur Iude fictio: quia sicut panis intinctus habet saporem in superficie alium q̃ interius Ita Iudas simulabat se exterius Christi discipulum cum tamen interius esset eius proditor. uel aliter. Dedit Iude panem intinctum. ad ostendendum Iude ingratitudinem & Christi mãsuetudinẽ Panis enĩ intinctus sapidior est ad comedendũ ideo Christus Iude fecit istud obsequm ad declarandam suã benignitatẽ: & Iude suam malignitatem qui ex hoc nõ mouebat ad compunctionem. Sciendum autem q̃ iste panis intinctus non fuit corpus Christi

ſed autem ipſum acceperat in pane non intincto. Ideo ſtatutū eſt qđ corpuſ Xpriſti intinctum non datur fidelibuſ: ut habetur de conſecratione ſecundo Cum omne. Et poſt buccellam introiuit in eū Sathanaſ. non de nouo cū iam X̄pm priuſ uēdidiſſet: ſed introiuit in eum ad ampliuſ ipſum poſſidendum: quia ingratuſ obſequii Xpriſti factuſ eſt in poteſtate demoniſ magiſ q̄ ante. Et dixit ei Ieſuſ. Hic ponit̄ ꝓditiōiſ permiſſio non enim poterat aliquid facere niſi Xpriſto permittente. Ideo dixit ei. Quod facis fac citius. Non dicit hoc precipiendo uel cōſulendo quia preceptū diuinū uel conſilium non poteſt eſſe de malo: ſed tantūmodo permittendo ratione predicta. Tamen uerba X̄pi erant aliis Apoſtolis obſcura. ideo ſequit̄. hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium preter Iudam. ad qđ dixit ei uerbum predictum de aliis a Iohāne nō eſt mirum ſi ignorauerunt ꝙ ſoli Iohanni dixerat Chriſtuſ cui dabo panem etc. Sed de Iohanne mirum uidetur. Ideo dicēdum ꝙ audito uerbo Xpriſti ita fuit attonitus & ſuſpenſus ꝙ non aduertit illud ꝙ poſtea dictum eſt ipſi Iude a ſaluatore. Et ideo diſcipuli uerbum Xpriſti aliter interpretabantur. hoc eſt qđ dicitur. Quidam autem putabant quia loculoſ habebat Iudaſ id eſt quia portabat elemoſinaſ dataſ pro X̄po & diſcipulis eius: ꝙ dixiſſet ei Ieſuſ eme ea que nobis ſunt opuſ ad diem feſtū. qui im/minebat in craſtino ut dictum eſt. In talibuſ enim ſollēnitatibuſ Iudei lautius uiuebāt aut ut egenis aliquid daret: quia ad utrunq; iſtoꝝ pecunia portabatur illa ut ſupra dictum eſt ca. precedenti. Cum autem accepiſſet. Hic deſcribitur proditiōiſ executio & diuiditur in duaſ quia primo ponitur cauſa executionis. ſecundo pronunciatio. ex hoc ſequens Chriſti glorificatio ibi. Cum ergo exiſſet. In prima parte dicitur ſic. Cum ergo accepiſſet ille buccellam. dicunt aliqui ꝙ accepit tantū in manū: ſed nō comedit: quia diabolus non permiſit eum tam diu ſtare ibi eo qđ non poterat ſuſtinere p̄ſentiā Chriſti & hoc nō eſt ueriſimile: quia diabolus in preſentia Chriſti diu ſtetit in deſerto ipſum temptando. Ideo aliter exponitur. Cum autē accepiſſet. i. comediſſet. Accipere enim cibum idem eſt qđ comedere. exiuit continuo. ad querendū cohortē que capet Ieſum. Erat autem nox hoc expreſſit Euangeliſta ad oſtendendum opportunitatem temporis ad peragendum proditionem: & ad denotandū in Iuda mentis tenebroſitatē. Cum ergo exiſſet. hic pronunciat̄ ſequens Chriſti glorificatio ſciebat enim diſcipulos conturbandos de eius receſſu: Et ideo primo oſtendit gloriam quam erat adepturus: per ſuam mortem ſecūdo denunciat ipſam mortem ibi. Filioli. In prima igitur parte dicitur ſic. Cum ergo exiſſet Iudaſ. ad procurandū Chriſti mortem. Dixit Ieſuſ. nūc eſt clarificatus filius hominis. dicitur enim aliquid iam eſſe quādo fieri incipit. Paſſio autem eius ex tunc incipiebat per quam fuit multipliciter glorificatus: ut dictum eſt capitulo p̄cedenti. Et dixit ſe iam glorificari. Et deus clarificatus eſt in eo qa paratio Chriſti erat ordinata ad dei gloriam: inquantum ibi maxime relucebat diuina miſeri/cordia: & iuſticia. & inq̄tum per eum multitudo gentiū adducta eſt ad glorificādum deum. dicit̄ autē talis glorificatio quia gloria eſt clara noticia cum laude. unde gloria dicitur q̄ſi claria. C. mutata in. G. & deus glorificabit eū in ſeipſo id ē deus pater per ſeipſum clarificabit filium inquantum in morte eius miracula oſtendit. & eum a morte ſuſcitauit. Et continuo glorificabit eum id eſt ſine mora. quia non eſt derelictus in inferno nec caro eius uidit corruptionem. ut habetur Actu. ſecundo. quia accelerata eſt ſua reſurrectio. Filioli. Hic conſequenter nunciat ſuum receſſum per mortem: & diuidit̄ in duaſ primo receſſum denunciat. ſecundo oſtēdit q̄liter poſſint eſſe idonei ad ſequēdum ipſum ibi. Mandatum nouum. Dicit igitur primo. Filioli In quo oñdit teneritatem amicicie ad eoſ. Adhuc modicum uobiſcum ſum id eſt modico tempore &

ſecundum aliquoſ intelligitur iſtud tempuſ modicum uſq; ad aſcēſionem: quia uſq; tūc apparuit eiſ corporaliter. Sed meliuſ uidet̄ q̄ iſtud tempuſ modicum intelligatur uſq; ad aduentū Iude & militum: qa tunc ab eiſ fuit ſubtractuſ. queritiſ me. i. deſiderabitiſ me habere in preſentia ueſtra: & ſicut dixi Iudeiſ q̄ non poterant me ſequi cap. vii. Ita nunc dico uobiſ quo ego uado uoſ non poteſtiſ uenire. quia adhuc impfecti eſtiſ Veruntamen quia iſta imperfectio erat tollenda ab eiſ per gratiā ſpirituſ ſancti ideo ſubditur. Et uobiſ dico modo. q. d. licet pro nunc non poſſitiſ me ſequi: tamen poſtea poteritiſ: quia recepta ſpirituſ ſancti gratia gaudebant in tribulationibuſ & anguſtiiſ uel obprobriiſ ut habetur Act. v. Quando autem dixit Iudeiſ q̄ non poterant eum ſequi non addidit hanc determinationē modo oſtendendo q̄ illa impfectio & malicia non erat ab eiſ tollenda. Mandatum nouum. Hic cōſequenter oñdit modū ſequēdi ipſum ſcilicet per perfectionem caritatiſ: que animam facit ponere propter Chriſtum & hoc eſt qđ dicitur. Mandatum nouum do uobiſ ut diligatiſ inuicem. Sciendum q̄ mandatum dilectioniſ non dicit̄ nouū ex eo q̄ fuerit tunc de nouo datum. In ueteri enim teſtāmto fit mencio frequēter de dilectione dei: & ꝓximi. propter qđ legiſpituſ querit a Xpriſto mandatū dilectioniſ eſſe inter alia maximū ut dicitur Mat. xxii. Sed pro tanto dicitur hic nouum mandatū ab effectu. quia animā renouat: & iterū quia differentiam noui teſtamenti & ueteriſ cōſtituit. licet enim in lege ueteri fieret mentio de dilectione: tamen principaliuſ inducebant̄ ad obſeruātiam legiſ ex timore & eodē modo in nouo teſtāmto bene fit mentio de timore. Sed principaliuſ de amore Vnumquodq; autem a principaliori uel euidentiori denominatur. propter qđ uetuſ teſtamentum dicitur lex timoriſ. Nouum autem lex amoriſ. Conſequenter modum diligendi. d. Sicut dilexi uoſ id eſt gratuite & efficaciter & recte. Sic enim Xpriſtuſ dilexit noſ quia in dilectione noſ preuenit: ut dicitur infra Iobā. primo. Dilexit noſ prior & ſic gratuite dilexit noſ & animam ſuam pro nobiſ poſuit: & ſic efficaciter noſ dilexit. hanc etiam dilectionem ad noſtram beatitudinem ordinauit: & ſic dilexit noſ recte & hoc modo debemuſ inuicem diligere. In hoc cognoſcent omneſ: quia diſcipuli mei eſtiſ: ſi dilectionem adinuicem habueritiſ. Sola enim caritaſ diſtinguit inter filioſ regni: & pditióiſ ut dicit Aug. xv. de trinitate. Dixit ei Simon. Supiuſ declarauit defectum diſcipuli ipſum prodituri: hic conſequenter oſtendit defectum diſcipuli eum negaturi. & primo ponitur huiuſ oſtenſioniſ occaſio que fuit iactantia Petri de ſua conſtantia & fidelitate. Chriſtuſ enim dixerat. Quo ego uado uoſ nō poteſtiſ uenire modo. Ideo Petruſ feruidus ſtatim petit a Chriſto. Domine quo uadiſ? q. d. oñibuſ modiſ uolo ſequi. Reſpondit Ieſuſ imprimendo eiuſ preſumptionem quo ego uado nō poteſ me modo ſequi. quia adhuc erat imperfectuſ ad tollerandum conſtanter mortē pro Chriſto ſicut patuit per conſequēſ factum. ſequeriſ autem poſtea. quia finaliter pro Chriſto crucem gaudenter ſuſtinuit. dicit ei Petruſ. proprie fragilitatiſ inexptuſ: quare te non poſſum ſequi modo? q. d. immo poſſum: qđ oſtendit per factum. animā meam pro te ponam. Non dicit mendaciū: quia ſic cogitabat facere anteq̄ dimitteret Chriſtum. Reſpondit Ieſuſ predicens eiuſ defectum. animā tuam pro me poneſ. q. d. non ſic erit. Amen amen dico tibi nō cātabit gallus donec ter me negabiſ. Ma. xiiii. dicatur. Anteq̄ gallus biſ uocem dederit. Sed hanc contrauerſiam ſoluit Mat. xxvi. Queritur utrum cena in hoc capitulo deſcripta in qua Chriſtuſ corpuſ ſuū diſcipuliſ tradidit in ſacramēto fuerit facta luna. xiiii. exiſtente: & arguitur primo q̄ nō per illud qđ dicit Ioban. in principio huiuſ capituli. Ante diem feſtū paſche etc. ſed dieſ paſche prima erat luna. xiiii. quia tunc incipiebat paſcha: ergo illa cena de q̄ loqtur

Iohan. fuit ante lunam. xiiii. Itē infra. xviii. ca. dicit Iohan. ꝙ Iudei nō introierūt pretorium Pilati ut non contaminarentur: sed ut manducarent pascha: ergo in uespe illius diei qua passus est Christus manducauerunt agnū paschalē: ipsi autē tenebant ex lege comedere illum agnum luna. xiiii. ergo cum cena predicta fuerit in uespera precedentis diei patet ut fuit luna. xiii. Contrariū dicit beatus Hieronymus uidelicet ꝙ Christus illā cenā fecit luna. xiiii. & passus est luna. xv. Respōsio Greci dicunt ꝙ illa cena fuit facta luna. xiii. propter autoritates allegatas in argumento pro ista parte: & dicunt ꝙ Christus preuidens tempus sue passionis futurū illa die q̄ imolabat agnus paschalis ut imolatio agni ueri correspōderet imolationi agni figuralis: ideo preoccupauit comedere agnum paschalem per unum diem. Et dicunt consequenter ꝙ Christus corpus suum consecrauit in pane fermentato quia in domibus Iudeorum non inueniebatur panis azimus usq; ad. xiiii. lunam. Sed dictum eorū est cōtra ueritatem Euangelii quia Mat. xxvi. dicitur. ꝙ prima die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum. d. Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Item Lu. xxii. Venerat autē dies azimorum in quo necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Iohannem. d. Eūtes parate nobis pascha ut manducemus. Ex qbus patet manifeste ꝙ illa cena fuit facta die azimorum & per consequens luna. xiiii. existente & ex hoc sequitur ꝙ Christus consecrauit in azimo pane quia illo tempore non inueniebatur panis fermentatus in domibus Iudeorum secundum preceptum legis septem diebus ut habetur Exodi. xiii. Sed Greci in tantam uesaniam prorūperunt: propter defensionem dicti sui ꝙ negāt textum Euangelii dicentes alios Euangelistas falsum dixisse quantum ad diem huius cene. Et propter hoc Iohannes Euangelista qui scripsit posteriora describens hanc cenam eos correxit dicens. Ante diem festum pasche etc. ut supra allegatum est. Sed ad istud dictū sequitur destructio totius sacre scripture: & per consequens totius fidei catholice cum sacra scriptura sit regula fidei secundum enim ꝙ scribit Augustinus in epistola ad Hieronymum. Si dicatur a fidelibus ꝙ scriptura sacra in aliqua sui pte retineat falsum eadē ratione poterat dici ab aduersariis fidei ꝙ in nulla sui pte habet certitudinem ueritatis: preterea fides catholica tenet Euangelistas scripsisse nō ꝓprio capite: sed spiritus sancti inspiratione. Vnde dicit beatus Petrus. ii. ca. primo. Spiritu sancto inspirati locuti sunt prophete siue sancti dei homines. nullū autē falsum potest esse a spiritu sancto: & ideo dicere ꝙ Euangeliste in aliquo loco scripserint falsum est erroneū: & ideo propter p̄dicta dixerunt aliqui ꝙ Christus comedit agnū paschalē debito tempore secundum legem uidelicet luna. xiiii. ut dictum est. Sed Iudei circa mortem Christi procurandum intenti & occupati illa die non comederunt pascha: sed tardauerunt per unum diem secundum ꝙ uidetur dicere Iohā. xviii. Quod Iudei nō intrauerunt pretorū illa die q̄ passus est Christus ne contaminarentur & impedirent a comestione pasche: ut supra allegatū est. Sed istud dictum non consonat cū uerbis Marci Euangeliste dicentis: ca. xiiii. Et prima die azimorum quando pascha imolabant dicunt ei discipuli. Quo uis eamus & paremus tibi ut māduces pascha? Exquo uidetur ꝙ eadem die qua alii imolabāt agnū paschalem eadem die Christus imolauit agnum & sic cenam discipulis suis fecit scilicet. xiiii. luna existente. Ad primū igitur dicendum ꝙ paschale festum apud Iudeos incipiebat a uespera diei in qua luna erat xiiii. dies autem festiuus apud eos incipit a uespera unius diei & durat usq; ad uesperā diei sequentis secundum qđ scribitur Leuit. xii. A uespera in uesperum celebrabitis sabbata uestra: & sic dies sollemnis pasche erat luna. xv. propter eundem diem quem Iohannes nominat ante diem festum pasche: propter distinctionem naturalium dierū

Matthеus nominat primum diem azimorum. quia a uespera p̄cedentis diei incipiebāt comedere azima. quādo ergo dicit q̄ luna. xiiii. existēte erat primus dies sollēnitatis pasche: Dicendū q̄ nō est uerum sed a fine illius diei incipiebat primus dies & durabit usq; ad diei sequentis uesperam: & sic p̄ma dies sollemnitatis paschalis celeberrima erat luna. xv. ut patet Leuitici. xiii. Mense primo decimaquarta die mensis ad uesperam Pascha domini est: & decimaquinta mensis huius sollemnitatis azimorū dñi. xxxvii. diebus comedetis azima: dies primus erit uobis celeberrimus: sanctusq;. Ad secundum dicendum q̄ illud pascha qđ debebant comedere Iudei in die passionis Christi non intelligitur de comestione agni paschalis: qa illud pascha comederāt in uespere p̄cedētis diei: ut dictum est: sed intelligitur de panibus azimis quos debebant comedere septem diebus continuis: & non debebant comedi nisi ab hominibus mundis & non introierūt in domū hominis gentilis ne impedirent a comestione ipsoꝝ. .XIIII.

ET ait discipulis suis. Postq̄ Christus confortauit discipulos suos exemplis. Hic confortat eos uerbis: & diuiditur in duas quia primo confortat eos cōtra desolationem ipsorum in tribulatione post mortē Christi eis imminente ca. xv. Ego sum uitis uera. prima in duas quia primo consolat discipulos suos rationibus sumptis ex pte discipulorum remanentium: Secundo rationibus sumptis ex parte Christi dimittentis eorum consortium: ibi. Non turbetur cor uestrum. Prima in tres. quia p̄mo cōsolat remanentes promittendo eis accessum ad patrem per ipsum. secundo promittendo eis spiritus sancti donum: ibi. Si diligitis. tertio promittendo eis suum reditum: ibi. Non relinquam uos. Prima in tres. quia primo proponit intentum. secundo manifestat propositū: ibi. Et quo uado scitis. tertio remouet dubiū ibi. dicit ei Philippus. Circa primum sciēdum q̄ predixerat eis Iude proditionē: & Petri negationē & sui absentiā & mortem: que omnia erant turbationis materia ideo dicit. Non turbetur cor uestrū propter predicta. Quod autem aliqui libri habent hic neq; formidet non est de textu sed infra eodē capitulo ponitur ut uidebitur. creditis in deum & in me credite. in quo exprimit suam deitatē expresse. aliter consequentia non ualeret. In domo patris mei mansiones multe sunt. domus patris uocat hic gloria celestis in qua sunt multi gradus & distinctiones: & quia quantus sit ibi obiectio eadem beatitudinis nullam diuersitatē habens ex parte sui: tñ ex parte beatorum est diuersitas in participādo illud obiectū secundum uarietatem meritorum: quia aliqui uident alius clarius & fruuntur p̄fectius secundum maioritatem habitus caritatis: qui facit animā capacem beatitudinis obiecti Si quo minus dixissem uobis qa uado parare uobis locū. q. d. Si in celesti beatitudine aliquid esset minus & defectuosum: dicerem uobis quia uado parare locum. sed nō est necesse q̄ uado ad preparandum: quia in deo est bonitas perfecta eternalis & etiam immutabiliter & multipliciter participabilis ab eis. Numerus est beatorum seu electoꝝ & terminus meritorum est eternaliter & immutabiliter predestinatus: & sic totum est paratum ab eterno secundum qđ dicitur. Mat. xxv. Possidete paratum uobis regnū a constitutione mūdi. Sed huic uidet repugnare qđ sequit. & si abiero & p̄parauero uobis locum. ergo uidetur q̄ iret ad preparandum q̄ beatitudo uel locus eius non indigebat aliqua preparatione: ut dictum est: & sic loquitur saluator in littera p̄cedēti Ipsi tamen electi indigent preparatione ad hoc ut possint beatitudinem consequi: qa licet sint ab eterno predestinati tamen beatitudinem non consequuntur nisi mediāte gratia que datur temporaliter in presentia quando ergo dicit saluator. Si abiero & preparauero uobis locum non est intelligendum q̄ in gloria celesti aliquid ascendēdo preparauerit: sed quia per ascēsionem suam donum spiritus sancti misit fidelibus: per

qđ preparanē ad beatitudinis cōsecutionē. Iterū ueniam & accipiam uos ad me ipm. Ex hoc uerbo dixerunt aliqui heretici ꝙ electi non assumuntē ad gloriam usq; ad diē iudicii: & tunc post assumentur quando Christus ueniet iterū in forma humana scđm qđ dicitur Actu. ṗmo hic Iesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet etc. Sed hoc est expresse contra dictum Apostoli ad Philip. secundo. Cupio dissolui & esse cū Christo. Et secunda Chorin. v. Scimus qūo si terrestris domus nostre habitationis dissoluatē: habemus domū non manufactam in celis. Ex quibus patet ꝙ anima exuta a corpore non habens impedimentum culpe uel pene temporalis debite statim euolat ad gloriam. hoc etiam patet ratione quia talis anima per gratiam digna est gloria & non habet impedimentum proprie persone nec totius nature: quia illud impedimentum per mortem Christi fuit ablatū & sic intelligitur preparasse beatitudinis locum: inq̄tū per mortem suam amouit impedimentum nature & ascendens ad celos misit donū gratie: que ambo erant necessaria ad consecutionem glorie. Scīēdū igitur ꝙ ad intellectum uerbi Christi cum dicitur. Iterum uenio etc. ꝙ Christus uenit dupliciter ad accipiendū fideles. uno modo ad accipiendos ipsos ad beatitudinem anime: & sic cottidie uenit ad ecclesiam accipiendo a corporibus animas sanctas & transferendo ad gloriam. Iste tm aduentus non est in presentia corporali. Secundo ad assumēdum fideles ad batitudinē anime & corporis simul: & quantum ad hoc uerum est dictum illorum ꝙ fideles non assumuntur ad beatitudinem usq; ad diem iudicii. Intelligēdo de beatitudine corporis & anime simul. Hoc tamen est intelligendum de communi lege quia aliqui sancti ex priuilegio spiritali sunt iam in beatitudine cum corpore & anima: quia saltem hoc pie creditur de beata uirgine. ut ubi ego sum & uos sitis. dicit ego sum quia ante passionē suam iam erat perfecte beatus in quantum deus: & in quantum homo: quo ad animā. Et quo uado. Hic manifestat qđ dixerat scilicet ꝙ p ipm habeant accessum ad patrē: quia ipse est uia secundum humanitatem & pater est terminus. Ipse autem de utroq; instruxerat. Ideo dixit. Et quo uado scilicet ad patrem. quia uiā scitis. uia per quam iuit Christus fuit mors ipsius. Ipse autem Christus uel sequela ipsius qđ pro eodem hic accipitur: est uia per quam alii ueniunt ad patrē. de his oīmibus discipulos instruxerat licet non intellexissent ad plenum. propter qđ subditur. Dicit ei Thomas. Domine nescimus quo uadis & quomodo possumus uiam scire. & sic negāt utranq; uiam se scire & iterum propter qđ uidetur dictum eius uerbo Christi esse contrarium. dicendum ꝙ non est inconueniēs unū & idem scire & ignorare diuersimode. cognitio enī humana procedit de imperfecto ad perfectum: ut habetur primo Phisicoꝝ: & ideo illud qđ scitur in generali: & confuse bene ignoratur in particulari: & determinate: & sic erat in proposito qa Christi doctrina in quodā generali & confuso acceperant & sic Xps dicit eos scire determinate autem & perfecte adhuc nesciebant & sic Thomas negauit se scire: propter qđ Christus explicat magis in particulari. Ego sum uia. scđm humanitatem quia ea que gessit in humanitate sunt uia ducens nos ad gloriam. Veritas & uita. licet enim Christus inquantum homo sit uia beatitudinis ut dictum est: tm inq̄tū deus ē terminus beatitudinis sicut & pater qa eadē est essentia amboꝝ in cuius uisione clara & fruitione perfecta consistit beatitudo: & ideo dicitur. ueritas. ratione uisionis & uita. ratione fruitionis. & ꝙ sit uia ratione humanitatis ostendit. d. Nemo uenit ad patrem nisi per me in me credendo & me opere imitando. qđ etiam sit terminus beatitudinis sicut & pater ostendit. d. Si cognouissetis me id est perfecte q̄tum ad deitatē. & patrem meū utiq; cognouissetis. quia pater & filius sunt unum in deitate. & amodo cognoscetis eum id est a tempore passionis. quia post passionem immediate apperuit

illis sensum ut intelligerēt scripturas: ut habet Luc. ultimo. & tūc habuerūt plenioꝝ cognitionem de mysterio trinitatis. Et uidistis eum. quia uidendo Christum uidebant suppositum filii in quo est natura diuina: qđ idem est ꝙ pater & sic in filio quodāmō patrem uiderant. Aliter exponit. Vidistis eum id est audistis sicut dicitur Exo. xx. populus uidebat uoces ubi accipitur uidere pro audire. Si queratur ubi Apostoli audierant uocē patris dicendū ꝙ audierant cū responderet Christo clarificaui & adhuc clarificabo sicut dictum est ca. xii. Aliqui etiam eorum uocem patris audierāt scilicet in transfiguratione scilicet Petrus Iacobus & Iobānes: ut habetur Mat. xvii. Dicit ei Philippus Hic Christus remouet dubium ex uerbis suis ortū: Et diuiditur in duas quia primo remouet dictum dubium. secūdo probat propositum. ibi. uerba que ego. dixerat enim ꝙ Apostoli cognouerant patrem: & uiderant: Ideo credidit Philippus ꝙ pater posset uideri oculis corporalibus: sicut & filius. ideo statim dixit. dñe ostende nobis patrem & sufficit nobis. q. d. credo uerbo tuo sed patrem uidere desydero. Dicit ei Iesus. ostendendo qualiter pater uideretur. quia non uidetur oculis corporalibus: nec etiā oculis mentis uisione intuitiua: in hac mortali uita nisi a Christo homine: ideo sequitur. Tanto tempore uobiscum sum: & non cognouistis me. q. d. magna ruditas ē ꝙ tam diu doctrinam meam audistis & adhuc ita parum cognoscitis: secundum deitatē Philippe qui uidet me. ſ. secundum deitatem uidet & patrem meum. sicut enim pater non uidetur nisi in beatitudine sic nec filius in sua deitate. quia ista uisio est merces: & talis non est homini concedenda in uia. Quomodo tu dicis ostēde nobis patrem: qa oculis corporalibus non est uisibilis cum sit spiritus: ut supra dictum est capi. quarto. Nec oculis mentalibus uidetur in presenti ut dictum est ideo debet sufficere habere noticiam fidei de eo: propter qđ subditur. Non credis quia ego in patre & pater in me est. q. d. istud debes credere & hoc tibi sufficit ad salutem. Verba que ego loquor uobis. remota dubitatione Philippi per hoc ꝙ in presenti de patre & filio nō habet nisi noticia fidei: hic cōsequenter oñditur ꝙ debeāt credere & hoc declarat tripliciter, Primo per suam doctrinam que erat autentica: quia sicut lingua Christi mouebatur ad loquendum ex conceptu anime sic anima eius in oīmibus regebatur ab ipsa deitate: & ideo uerbum eius in nullo deuiare poterat a ueritate. propter qđ tali doctrine firmiter debebant assentire & hoc est qđ dicit. uerba que ego loquor uobis a meipso nō loquor id est ab humanitate tantum sed a deitate modo predicto. hoc etiam patet ex mundicia & perfectione doctrine Christi: qua non potest esse maior in tātum ꝙ etiā sine miraculis dignum esset ei credere. Secundo probat hoc per opera diuinitus facta ad testimonium ueritatis doctrine Christi que sunt efficacissimū argumentum ueritatis ut frequenter patuit ex supradictis: & hoc est qđ dicit. Pater autem in me manens ipse facit opera. filius enim & pater unum sunt in uirtute operatiua: ex qua fiebant opera miraculosa. Non creditis quia ego in patre & pater in me est: qualiter pater sit in filio & econuerso dictū est supra. x. capitulo. Alioquin propter opera ipsa credite q. d. Si uerba non inducunt nos ad credendum: opera miraculorum totam uirtutem nature transcēdentia debent uos ad hoc inducere. Tertio probat hoc idem ex opibus que fecit Christus per Apostolos: quia non solum in propria persona miracula fecit: sed per Apostolos: & in hoc patet ꝙ uirtus perfecta faciēdi miracula erat in Christo in quātum non solum per se sed per homines simplices & illitteratos miracula faciebat. & hoc est qđ dicit. Amen amen dico uobis qui credit in me opera que ego facio & ipse faciet. & bene dicit. qui credit. qa sicut Christus faciebat miracula: ꝓ hoc ꝙ humanitas eius deitati erat coniuncta in unitate suppositi: sic Apostoli faciebant ea in quantum

erant per fidē Christo coniuncti. Et maiora hoꝝ facient. hoc patet primo in doctrina plures enim conuersi sunt ad fidē per predicationē Apostoloꝝ q̄ per p̄dicationē Xp̄i: quia p eos conuersa est multitudo gentiū ad fidē. per predicationē autē Christi pauci Iudeoꝝ. Item quia Apostoli predicabāt in oīmbus linguis ut habet Act. ii. Xp̄s autē predicauit sola lingua Hebraica: quia solis Iudeis predicauit: sc̄m q̄ ipse met dicit Mat. x. Non sum missus nisi ad oues que perierūt domus Israel. nec ē cōtra illud q̄d supra dictū ē: ca. iiii. q̄ p̄dicauit Samaritanis: qa ipsi erant Iudei in parte sicut ibidē dictū fuit. Sc̄do patet in miraculis qa Apostoli maiora fecerāt. magnū enī reputatū fuit q̄ infirmi sanabant ad tactū fimbrie uestimētoꝝ Christi ut habet Mat. vi. Sed maius uidet q̄ ad tactū umbre Petri sanabant. Act. v. Subdit autem causa quare Apostoli erant tāta facturi cum dicit. Quia ad patrē uado. qa maiora debebāt fieri post effusionē plenitudinis spiritus sancti: que effusio nō debebat fieri ante ascēsionē Christi ut supra dictū ē ca. vii. Nondū erat spiritus datus: qa nondū erat Iesus glorificatus & qa ꝓpter tanta que fienda erant per Apostolos posset credi q̄ essent futuri maiores ipsoꝝ ergo hoc remouet. d. & q̄d cunq; petieritis in nomine meo hoc faciā. In quo ostendit q̄ Apostoli illa nō fecerant nisi p uirtutē Xp̄i: q̄d patet qa talia faciebant deꝓcando. Christus autē fecit miracula impando. ut glorificet pater in filio. q̄ est ad inuocationē nominis Christi faciebāt miracula p Apostolos redūdabat ī gloriā patris cū pater filiusq; sit unus deus ꝓpter q̄d subdit. Si qd petieritis patrē in nomine meo hoc faciā. eadē uirtute q̄ & pater. Si diligitis. Supra cōsolatus ē discipulos p accessum eius ad patrē p fidē: hic consequēter idē facit ꝓmittēdo spiritus sancti donū: & hoc est q̄d dicit. Si diligitis me mādata mea seruate. amor enī & obediētia ad deū ē dispositio ad habendū plenius spiritus sancti gratiā qa sc̄m Aug. caritas meret augeri ut aucta mereat & p̄fici: ideo subdit. & ego rogabo patrē. hoc cōuenit Christo in q̄tum homo & aduocatus noster ē. & aliū paraclytū dabit uobis. i. cōsolatorem. dicit autē hoc ad ostendendū distinctionē filii & spiritus sancti in p̄sona ut maneat uobiscū ineternum q. d. iste cōsolator nō auferet a uobis sicut subtrahit humanitas mea per mortē: sed eternaliter manebit hic p gratiā & in futuro per gloriā. Spiritū ueritatis. tum qa est eternaliter ipsa ueritas. tū qa ueritatē docet. Quē mūdus nō potest accipe. i. homines mūdiales affectū in terrenis ponētes: qa nō sunt ad hoc dispositi. ideo sequit. qa non uidet eū. i. nō dirigit intentionē ad ip̄m nec scit eū. i. cognoscit qa sola bona sensibilia sunt hominibus mundialibus nota sc̄m q̄d dicit p̄ma Chorin. ii. Animalis homo non ꝑcipit ea que dei sūt. uos aūt cognoscetis eū. p specialē reuelationē & p signū sensibile: qa spiritus sanctus sup Apostolos in linguis igneis appuit. qa apud uos manebit. qa nō receperūt p modū passionis transeuntis sed habitus firmiter p̄manētis in q̄tum fuerunt per gratiā cōfirmati. Et in uobis erit hoc dicit ad denotādū familiaritatē spiritus sācti erga discipulos. Non relinquam uos. hic consolat eos ꝓmittēdo eis suū reditū: qa de dono spūs sācti q̄d adhuc ignorabāt paꝝ erant cōsolati. & diuidit in duas qa ꝓmittit eis p̄mo suū reditū. sc̄do donoꝝ suoꝝ beneficiū ibi. hec locutus sum uobis. p̄ma in tres quia p̄mo ꝓmittit suā uisitationē sc̄do assignat huius rationē. ibi. Qui habet mādata mea. tertio remouet discipuli dubitationē ibi: dixit ei Iudas. Dicit ergo in p̄ma parte Non relinquam uos orfanos. Orfanus dicit p̄uatus patre carnali qui enī uult a deo in filiū adoptari oportet eū carnalē affectū ad parētes relinquere in q̄tum ē contra deū: sc̄m q̄ dicit saluator Luc. ix. Qui nō odit patrē & matrē etc. non potest meus esse discipulus. Apostoli autē talia reliquerant: ideo quodāmō erant orfani respectu parentum carnaliū. & sic erant filii dei per adoptionem: propter q̄d Christus gerebat

curam de eis sicut de filiis. propter qđ subdit. Veniam ad uos. nó solú spiritualiter ad consolandum: sed corporaliter uisitádo & in fide cófirmádo qđ fecit Xps post resur/rectionẽ suã apparens discipulis p.xl.dies: & loquẽs eis de regno dei ante ascensionẽ suã ut habet Act.i. Adhuc modicú & múdus tã me nó uidet. qa modicú tẽpus erat usq; ad tempus sue mortis p quã ratióe sue humanitatis subtrahendus erat Apostolis. Vos autẽ uidebitis me. Post resurrectionẽ.n.fuit uisus nó oĩbus sicut ante: sed solis Apostolis & aliis discipulis sicut habet Act.xx. Et subdit causa sue resurrectiónis cum dicit. Quia ego uiuo.q.d.licet moriar ex infirmitate carnis tñ resurgã uirtute diui/nitatis que semp uiuit. & uos uiuetis. hoc dicit assecurádo eos qa timebãt mori cú ipso: unde supra.xi.ca. hoc Thomas timẽs dixit: Eamus & moriamur cú ipso ut ibidẽ ex/positú fuit. In illo die uos cognoscetis. qa ego sum in patre meo. Post resurrectionẽ enim habuerũt plenioré noticiá de mysterio trinitatis ut p̃dictú ẽ eodẽ ca. & uos in me & ego in uobis. nó p essentie unitatẽ sicut pater ẽ i filio: & ecóuerso: Sed p mutuã dilectionẽ sicut amás est in amato & ecóuerso. Qui habet mãdata. Hic reddit causam huius beneficii collati Apostolis & nó múdo: ut patet ex p̃dictis: hec causa est dilectio & obedientia ad Christú que fuit in Apostolis: & hoc est qđ dicit Qui habet mãdata mea. in aure ad audiendú & in corde ad meditandú & in ore ad docendú & seruat ea adimplendo ope: ille est qui diligit me. qa ꝓbatio dilectionis est exhibitio opis secúdú Greg. Diliget a patre meo & ego diligam eũ. qa unus est amor patris & filii. & ma/nifestabo me ei .s. post resurrectionem in humanitate gloriosa & sic manifestauit se Christus suis discipulis: qa habebãt códitióes p̃dictas. manifestat etiã talibus p apertã uisionẽ diuinitatis in gloria celesti. Dixit ei Iudas. Hic remouet discipuli dubitationẽ qa Iudas frater Iacobi audiẽs a Christo: qa manifestaret se Apostolis & non mundo admiratus ẽ de hoc q̃ eos toti mundo p̃ferebat. qa uere humilibus admirabile ẽ audire de se magna: ideo quesiuit. d. dñe qd factú est qa manifesturus es teip̃m nobis & non múdo. q.d. unde nobis tãta excellẽtia. Rñdit Iesus. reddẽs causam huius. s. ꝓgatiuá dilectiónis & obediẽtie ad Christú: que erat in Apostolis. nó sic autẽ in alios & hoc est qđ dicit. Si qs diligit me sermonẽ meú seruabit. quia obedediẽtia in opere ꝓcedit ex amore existente in corde. & pater meus diliget eú. p hoc ostendit se unú cú patre in essentia. & ad eú ueniemus & mãsionẽ apud eú faciemus. & sic patet q̃ plus eis ꝓmittit q̃ ante: qa ante ꝓmiserat uisitationẽ suã corporalẽ: hic autẽ cú hoc ꝓmisit uisitationẽ spiritualẽ nó transitoriã sicut illis qui ad uomitú reuertuntur: sed ꝓmanentẽ gratiam cófirmatiónis in pñti & postea pfecte glorificatiónis. talis enim gratia fuit data Apostolis. Qui nó diligit me sermonẽ meú nó seruabit. tales enim sunt múdani homines: ideo nó sunt digni habere tale beneficiú: sicut uos q estis mei discipuli. & qa dixerat. sermonẽ meú seruabit & pater meus diliget eú. uidet forte alicui q̃ non dixerit conuenienter sed magis debuisset dixisse & ego diligam eú: ideo huic tacite questioni rñdens dicit. & sermonẽ quem audistis nó est meus: sed eius qui misit me patris. sicut enim p̃dictum est lingua Christi nó mouebat ad loquendum ex conceptione anime nisi scd̃m q̃ anima mouebat a diuinitate. ideo uerba Christi erãt magis ipsius patris qui ẽ unú in deitate q̃ essent ipsius Christi in q̃tum homo: & ideo qa in humanitate p̃ferebat uerba illa cú dicit. pater meus diliget eú. magis q̃ ego diligã ad denotandú q̃ uerba sua magis erãt deitatis in q̃ pater ẽ unú cú filio: q̃ humanitatis que ista p̃ferebat ꝓpter qđ & pater diligit obseruatores illoꝝ uerboꝝ. Hec locutus sum uobis. Supius Christus promisit Apostolis spiritú sanctú & suú reditú: hic consequẽter oñdit utilitatẽ utriusq; ꝓmissi: & diuidit in duas qa primo ostẽdit utilitatẽ ꝓmi. secundo secúdi. Pacem meã do etc.

Dicit igitur primo sic. Hec locutus sum uobis apud uos manens. s. in p̄sentia corporali
apparens. paraclytus autē spūs sanctus quē mittet pater in noīe meo? ille uos docebit
omnia. i. faciet uos intelligere oīa que dico uobis. Apostoli autem adhuc rudes & in
timore positi ex auditu passionis Xp̄i & ideo ad uerba Xp̄i male attendebāt: & per
cōsequēs nō capiebāt ea ad plenū: ꝓpter qđ dicit gratiā spūs sancti postea supplere
istū defectū. & suggerit uobis oīa quecūq; dixero uobis. i. ad memoriā uobis reducet
hoc dicit quia multa de illis que Christus dicebat obliti sunt discipuli timore passionis
cōcussi. Pacē meā. Hic oñdit reditus sui utilitatē: que est cōsecutio uere pacis: & hoc
est qđ dicit. pacē relinquo uobis pacē meā do uobis. Post resurrectionē enī suam eis
apparēs dixit. pax uobis qa p eius uisitationē & instructionē in illis diebus. xl. corda
eorū sunt pacificata ex turbatione p̄cedētis passiōis & bene dicit pacē meā do uobis ad
distinguendū pacē sanctorū a pace mūdi que magis est apparēs & ficta q̄ uera. Ad
cuius intellectū sciendū q̄ pax est trāquillitas cordis scđm Aug. In hoīe aūt triplex
debet esse ordo: ad seip̄m ad ꝓximū & ad deū: & ideo ad pacē scōrū requiē tranqllitas
in seipso: & hoc q̄tū ad tria que in ipso homine debēt ordinari. ꝑmo quo ad ītellectū
ne errore obscuret. scđo quo ad uolūtatē: ut in deū libere dirigat. tertio quo ad ap/
petitū sensitiuū ut nō inordinatis passionibus moueat. ꝓpter qđ Aug. diffinit pacē
libro de uerbis dñi dicit. pax est serenitas mētis quo ad ꝑmū: tranqllitas animi quo ad
scđm: simplicitas cordis quo ad tertiū. p cor. n. qđ mouet alia mēbra ītelligit uolūtas
que mouet alias potētias ad agendū. Scđo ad pacē sanctorū requirit ordo ad ꝓximum
per cōsortiū caritatis ordinantis bonū ꝓximi ad deū. Tertio requirit ordo ad deū per
amoris indissolubilis uinculū. Pax autē mundi ordinat ad quietā fruitionē tēporaliū
quā frequēter cōcomitat simplicitas peccatorū scđm illud Deute. xxxii. Incrassatus
est dilectus: & recalcitrauit etc. Ezechiel. xvi. Hec fuit iniqtas Zodome sororis tue
superbia saturitas panis & abundātia & otiū. Ideo de hac pace subdit. Nō qūo mūdus
dat ego do uobis. i. nō talē pacē ut patet ex p̄dictis. Nō cōturbet cor uestrū. Scđm
cōsolatus ē Christus Apostolos de morte sua rationibus sumptis ex parte ipsius Christi:
& diuidit in duas scđm duas rationes q̄s ponit: scđa ibi. Iam nō multa. Prima ratio per
quā debebāt de morte Christi cōsolationē habere ē qa q̄uis esset dura & ignominiosa
tñ erat ordinata ad exaltationē Christi. & hoc ē qđ dicit. Nō turbet cor uestrū. q. d.
nō debetis turbari de morte mea. neq; formidet. hoc addidit eos assecurādo qa timebāt
mori cū eo. audistis qa ego dixi uobis uado & uenia ad uos. q. d. nō sic recedo a uobis
p mortē: qn adhuc appareā uobis per resurrectionē. Si diligeretis me gauderetis utiq;
qa uado ad patrē. Ibi accipit. s. pro qa: & ē sensus ac si. d. qa diligitis me & p cōsequēs
debetis gaudere: qa per mortē uado ad patrē me exaltantē & clarificantē q̄liter enī
Christus clarificatus ē & exaltatus ꝓpter eius humiliationē in cruce frequēter dictum
est. qa pater maior me ē. nō scđm deitatē in q̄ filius ē eq̄lis patri: sed scđm humanitatē
in q̄ filius minor ē patre. & q̄ hec littera sic debeat intelligi patet: qa Christus loqtur
de seipso scđm illā naturā in q̄ cōuenit et mori & exaltari. hoc autē nō potest esse in
natura diuina que immortalis est & magnitudine infinita: scđm naturam humanā in
eo poterat mori & exaltari: & p hoc patet falsitas arrii: qa ex hoc loco arguebat filiū
in diuinis a patre distingui in essentia: qa nō loqtur de filio scđm diuinā naturā sed
humanā tm̄. Et nūc dixi uobis. ꝑus q̄ fiat ut cū factū fuerit credatis. s. q̄ nō tm̄ sum
hō qui pōt mori & exaltari: sed etiā deus qui certitudinaliter p̄dico futura cōtingētia
qđ est proprium ipsius dei scđm qđ dicit Esa. xli. Annunciate nobis que futura sunt in
futurum: & dicemus quia du estis uos. hoc enim addit Christus quia immediate fuerat

ſed per eternam generationem & perſonalē diſtinctionē. & uenit in mundū. per carnis aſſumptionem. Iterū relinquo mundū. q̄tum ad corporalē p̄ſentiā. & uado ad patrē. faciendo naturam mortalē paterne glorie conſortem: ſicut ſupra expoſitū eſt ca. xiii. Dicunt ei diſcipuli. Ecce nūc explicauit rationes ſuprapoſitas ad diſcipulorū conſolationē Hic conſequenter oſtenditur effectus p̄dicte explicationis que eſt plenior cognitio Apoſtolorū. & diuidit in duo qa primo ponit iſta plenior cognitio. ſc̄o ſubdit ipſorū firma diſpoſitio ibi. rñdit Ieſus. In prima igit̄ parte dicitur ſic. dicunt ei diſcipuli eius. clariꝰ intelligentes q̄ ante. ecce nunc palam loqueris & prouerbiū nullū dicis. clariꝰ enim loquebat̄ eis de p̄ceſſu eius a patre & de aduēctu eius in mundū p carnis aſſumptionem: quā fecerat ante. & ideo eius deitatē clariꝰ intelligētes dicunt. Nunc ſcimus qa ſcis oīa. ex doctrina enim eius & miraculis pleniꝰ eius diuinitatē cognoſcebant. Et non eſt opus ut qs pluſ interroget. hoc uidebāt ex hoc q̄ p̄uenerat eos reſpōdēdo anteq̄ interrogarent ut dictū eſt. in hoc credimus. i. ex factis & dictis p̄teritis. quia a deo exiſti. & ſic fidē quam habebāt in corde confitent̄ ore. Reſpondit Ieſus. Hic predicit̄ eorū conditio infirma ne ex plenioꝛi cognitione habita eleuent̄ & cautioreſ cōtra pericula reddant̄: cū dicit̄. mō credidiſtis. q. d. patꝫ ſtabitis in hac fidei cōfeſſiōe Ecce uenit hora & iā uenit. qa ex tunc incipiebat tēpus ſue paſſionis de quo loquebat̄ ut diſpergamini unuſq; in propria. ſicut enim propter fidē Xp̄i Apoſtoli reliquerāt oīa & adinuicē cū Xp̄o colligati erant per amorē ut habet̄ Mat. xviii. Ecce nos reliquimus oīa & ſecuti ſumus te. ita ecōtrario p̄pter infirmitatē eorū in fide imminēte Xp̄i morte diſperſi ſunt ab inuicem & a Xp̄o querētes propriū cōmodū. ideo ſubdit̄ & me ſolū relinquis q̄d factū eſt in ſua captione que imminebat de p̄ximo. Veruntn̄ ex fuga eorū nullū detrimētū accidit Xp̄o ideo ſubdit̄. Et nō ſum ſolus qa pater mecū eſt. qa humanitas māſit deitati cōiuncta: in q̄ deitate pater & filius ſunt unū. q. d. in mea paſſione non indigeo ueſtra preſentia cū habeā preſentiam patris omnipotētis. Hec locutus ſum. hic concludit̄ cōcluſio principaliter intenta: ad hoc enim dixit Xp̄s predicta omnia ut Apoſtoli firmarent̄ contra tribulationes eis imminentes & hoc eſt q̄d dicit̄. hec locutus ſum uobis. ſ. ad hunc finē ut in me pacē habeatis aduenientibus tribulationibus futuris qa ſicut graue quieraē in loco proprio ita cor humanū in deo In mundo preſſurā habebitis. i. a mundanis hominibus uos p̄ſequentibus. In me autē pacē ſancti enim uiri non habent tribulationes puras: qa habēt conſolationē dei admixtā ſed mali habēt eas puras nō habētes cōſolationē iſtā. Sed cōfidite qa ego uici mundū. q̄tum ad cōcupiſcentiā carnis per auſteritatē q̄tum ad concupiſcentiā oculorū per paupertatē q̄tum ad ſuperbiā uite per humilitatem in hac uictoria Xp̄i debent confidere ſancti: qa eius conſideratione armati faciliter ſuperant tribulationes mundi propter q̄d dicit Petrus p̄ma epiſtola. iiii. Xp̄o in carne paſſo & uos eadē cogitatiōe armamini etc. Occaſione cuiuſdam dicti in hoc capitulo queritē. Vtrum plenitudo ſpūs ſancti debuit dari immediate poſt aſcenſionem Chriſti: & arguit̄ primo q̄ non. immo debuit dari ante quia plenitudo gratie debuit dari in tēporis plenitudine. Sed plenitudo temporis incepit a Chriſti natiuitate ſc̄m q̄d dicit Apoſtolus ad Gal. iiii. At ubi uenit plenitudo tēporis miſit deus filiū ſuū factū ex muliere etc. Iterū arguit̄ q̄ adhuc plenitudo gratie non ſit data: qa ſicut filius eſt a patre: ita ſpiritus ſanctus eſt ab utroq;. Status autē ueteris teſtamēti correſpōdet patri in quo intēdebāt patres generationem. dicitur ſtatus noue legis quo reſpondet filio in quo clerici attendentes ſapientie filio appropriate habēt populū regere: ergo ut uidet̄ q̄ futurus ſit alicuius ſtatus ſpiritui ſancto correſpondens. In tempore autem ſpiritui ſancto correſpondet

debet plenitudo gratie dari ergo etc. Cōtra utrūq; p̄dictoꝝ arguit̄ per illud qđ dixit
saluator discipulis suis in littera. Si.n. nō abiero paraclytus nō ueniet ad uos. Exquo
patet q̄ ante ascensionē Xp̄i nō fuit data plenitudo spiritus sancti. sequit̄. Si aut̄
abiero mittam eū ad uos. exquo patet q̄ spiritus sāctus post ascensionē Xp̄i ꝯo fuit
datus. Respondeo circa hanc questionē errauerūt Manichei occasione uerboꝝ Xp̄i
scđm qđ dicit Aug. scđo libro cōtra faustū. Christus enī in hoc ca. loquēs de aduētu
spiritus sancti dixit Apostolis. Cum aūt uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos oēm
ueritatē. Apostoli autē oēm ueritatē nō cognouerūt scđm qđ dicit̄ p̄ma Corin. xiii.
Ex parte cognoscimus & ex parte p̄phetamus: Et ideo dixerūt aliqui q̄ promissio
spiritus sancti non fuit impleta in Apostolis sed in ipso Manicheo: qui fuit posterior
ipsis: & scđm eos cognouit plenitudinē ueritatis: propter qđ Manichei non recipiunt
librū actuū Apostoloꝝ qa ibi expresse ponitur missio plenitudinis spiritus sāncti sup
Apostolos. patet Act. v. Sed dictū illoꝝ Manicheoꝝ manifeste patet falsum: quia
Manicheus quē dicūt omnē ueritatē cognouisse nō solūmō multa falsa sed etiam ab/
surdissima dicit: ut patet intuenti eius errorem & erroꝝ reprobationem a doctoribus
nostris scđo sentēciaꝝ. xxiii. & in pluribus aliis locis qđ omitto p̄sequi rōe p̄lixitatis
uitāde: & qa heresis Manichei & eius reprobatio sunt satis note p̄pter qđ dicendum
q̄ plenitudo spiritus sancti secūdū q̄ Christus p̄miserat fuit cōpleta in Apostolis qui
fuerūt ipsi Christo p̄pinquissimi in quo habitat oīis plenitudo diuinitatis. Veruntāmen
non fuit data ista plenitudo Apostolis ante ascensionē Christi: Cuius ratio est qa ad
hoc dat̄ spiritus sāctus hominibus ut corda eoꝝ trahant̄ sursum per appetitū celestiū.
Appetitus aūt hominis tēdit efficaciter ad aliqd nisi illud ap̄hendat̄ possibile & ideo
possibilitas peruenīdi ad celestia debuit p̄us hominibus declarari: q̄ daret̄ plenitudo
spiritus sancti. Illa autē possibilitas fuit declarata in Christi ascensione: scđm q̄ dicit̄
Mich. ii. Ascēdit ante eos pandēs iter & ideo plenitudo spiritus sancti nō debuit dari
ante ascēsionē Christi: p̄pter q̄ dicit Iobā. supra ca. vii. Nondū erat spiritus sāctus
datus: qa nōdū fuerat Iesus glorificatus. Secūda ratio est ad hoc qa spiritus sanctus ē
amor spiritualis & ideo Apostoli p̄us debuerūt disponi per aliquē spirituālē amorem
ad Christū anteq̄ reciperēt plenitudinem spiritus sancti: talis autē dispositio facta est
subtracto amore carnali ad ip̄m qui causabat̄ ex p̄ntia corporali ipsius Christi cum
Apostolis que qdem p̄ntia subtracta est in eius ascēsione. ideo etc. Tertia ratio est ad
hoc qa Christus nō dat spiritū sanctū inq̄tū homo sed inq̄tū deus & ideo p̄us debuit
declarari eius diuinitas p̄ ascensionē patris ad eq̄litatē: q̄ daret spūs sāncti plenitudinē.
Item nō debuit retardari talis plenitudo p̄ magnū tēpus: qa sicut iā tactū est. decens
erat ut ibi p̄mi fūdatores ecclesie post Christū post ip̄m i maiori plenitudine haberēt
spiritū sanctū: qbus statim imminebat tēpus p̄dicādi ueritatē euāgelii p̄ orbē uniuersū
cū plenitudine potestatis diuine potest dari plenitudo spiritus sancti indifferenter: in
quolibet tēpore. Ad primū dicendū q̄ plenitudo gratie incepit a Christi cōceptiōe: qa
eius anima extunc plenitudine gratie fuit repleta: ueruntamē illa plenitudo non fuit
ad alios deriuāda sed post ascēsionē & glorificationē Christi ut patet p̄ p̄dicta. Non
enī oporteret q̄ a principio plenitudinis tēporis det̄ oīis plenitudo gratie sed secūdū
ordinatū p̄cessum dispositiōis diuine. Ad scđm dicēdū q̄ lex noua successit ueteri sicut
p̄fectū imperfecto: sed nō est alius status expectāduś perfectiōe noue legis cū noua
lex ultimā p̄fectionē possibilē in uia cōtineat & ideo nō est expectanda alia lex uel
alius status magis corespōdēs spiritui sancto q̄ status noue legis potissime qa lex noua
est amoris: amor autē appropriat̄ spiritui sancto sicut & filio sapiētia: p̄pter qđ dicit

Apostolus Ro. viii. lex spiritus uite in Xpo Iesu. Sed eodē modo lex uetus nō solū corresp̄det patri sed & filio inq̄tū fuit ibidē p̄nūciatus & p̄figuratus: p̄pter qđ dicit saluator Io. v. Si crederetis Moysi credеretis forsitā & mihi de me. n. ille scp̄sit. Illud autē q̄ adducebāt Manichei pro se. cū uenit ille spūs ueritatis docebit uos oēm ueritatē. solutū ē exponēdo ſrām: qa cognouerūt oēm ueritatē eoꝝ statū detentiū. q̄ aūt dicit Aplūs. i. ad Corin. xiii. ex p̄te cognoscimus loqt̄ de cognitiōe uie respectu cognitionis patrie & ideo non ualet qa Apostoli cognouerūt ea que docuit eos scire pro statu uie ut dictum est. .XVII.

HEc locutus ē Iesus. Postq̄ Xps cōfortauit discipulos suos per doctrine bñficiū: Hic cōsequēter eos cōsolat̄ p orationis suffragiū. Circa qđ notandū q̄ oratio ē petitio decētiū a deo scđm Damas. lib. iii. & iō orare nō cōuenit Xpo scđm diuinitatē sed magis orari qa sicut est eq̄lis deo patri: scđm aūt humanitatē in q̄ est minor patre cōuenit ei orare pro aliis & pro se. diuidit̄ ergo p̄s capitulū in tres partes. qa primo Xps orat p seipso. scđo p Aplōꝝ collegio ibi. manifestaui. tertio p toto fideli populo ibi. nō p eis aūt tm̄. Prima in tres. qa p̀mo p̄mittit suā orationē. scđo remouet q̄dam dubitationē ibi. hic in anima. tertio subiūgit exaudit̄iōis rationē ibi. ego te clarificaui Circa p̀mū sciendū q̄ Xps orauit nō ad aliqd impetrandū tm̄ sed etiā ad dandū orādi nobis exēplū. & iō sua oratio hic describit̄ optimis circūstātiis disposita p̀mo respectu p̄cedentiū cū dicit. hec locutus ē Iesus. qa post discipulorū instructionē cōuertit se ad orationē ad oñendū q̄ cōplem̄tum boni opis est a deo requirendū. Scđo respectu p̄cedentiū cū dicit. Et subleuatis oculis in celū. inter alias p̄tes corporis dispositio ſterior mētis maxie relucet in oculis. In oratiōe aūt mēs debet in deū eleuari qa scđm Dam. Oratio est ascēsus mētis in deū: & ideo ad hoc denotandū saluator orādo p̄sentialiter oculos leuauit in celū. tertio respectu sequētiū. iminēte. n. tribulatiōe debet hō recurrere ad deū & ideo Xps in p̀ncipio sue oratiōis exp̀mit tēpus sue passiōis iminētis. d. Pater uenit hora. s. passiōis mee. clarifica filiū tuū. In passiōe. n. filius clarificatus est a patre p̀mo p signa diuinitus oñsa: que sunt solis obscuratio. terremotus. ueli templi scissio. & huiusmōi. qbus ut̄is Cēturio q̄ erat gētilis dixit: uere filius dei erat iste. Scđo p passionē fuit clarificatus inq̄tū p ipsā meruit corpis gloriā & exaltationē. Tertio qa p hoc uenit in totius mūdi noticiā p gentiū credulitatē. granū. n. frumēti mortuū attulit hūc multiplicē fructū. hāc aūtē triplicē clarificationē petit hic xps: ueruntñ qa gloria filii redūdat in gloriā patris iō subdit̄. ut filius tuus clarificet te. nō redūdat solū in patrē sed i oībus adherētibus xpo p fidē: qa bonū capitis ad mēbra derivat̄. iō seqtur. Sicut dedisti ei p̄tātem oīs carnis. i. oīs humane nature. ut omne qđ dedisti ei p adherētiā fidei. det eis uitā eternā. qa p meritū Xpi habemus introitū ad gloriā quā amiseramus p Adā. Hec ē aūt. hic remouet q̄ndā dubitationē: possent. n. aliq credere q̄ ista uita eterna p eū fidelibus dāda cōsisteret i carnalibus bonis sicut dicūt sarraceni qui expectāt in alia uita in uoluptatibus carnalibus & diuitiis & cōsimilibus p̄miari: scđm qđ dicit̄ in Alchorano machameti que tñ uita scđm philosopū dicit̄ uita pecudū p̀mo Ethi. p̄pter qđ ipse Auicēna hoc cōsiderās dixit q̄ p̄pheta quē uocāt machometū p̄mittit eis tātam felicitatē in p̄miū quā multi sapiētes non attendūt. Similiter iudei resurrectionē futurā expectāt ad uitam carnalē: & ideo felicitatē uite future credūt cōsistere in bonoꝝ tēporaliū & bonoꝝ spiritualiū plenitudine & pacis trāq̄llitate. hoc autē remouet saluator. d. hec ē aūt uita eterna ut cognoscāt te solū deū & quē misisti Iesum xp̄m. uita. n. eterna sicut beatitudo consistit eternaliter in aspectu clare ipsius diuinitatis ut tñ hoc habet adiunctā fruitionē que ē cōpletiua felicitatis:

ex cõsequẽti uero cõsistit in aspectu humanitatis Xpi que ẽ instrumẽtũ nos inducẽs ad beatitudinẽ ꝑncipalẽ. Beatitudo. n. hoís cõsistit in cõiunctiõe ad ultimũ & optimũ & ideo nõ pót cõsistere in cõiunctiõe ad aliud bonũ tẽporale uel corporale ut dicũt rudes Sarraceni: & Iudei sed in adeptione ipsius ꝑmii & sũmi boni p aptã uisionẽ & fruitionẽ. Considerandũ etiã q̃ tũc dicit filius loquẽs ad patrẽ. hec est uita eterna ut cognoscãt te solũ deũ. p hoc nõ habet q̃ solus pater sit deus & filius sit creatura ut dicebat Arrius: qa hec dictio exclusiua solus nõ determinat Li te ut sit sensus q̃ solus pater sit deus sed determinat li deũ & ẽ sensus: q̃ illa ẽ sola deitas uera que ẽ in patre & sic ab ea nõ excludit filius sed magis ĩcludit: qa una ẽ deitas in utro q̃ sed excludit uera deitas ab aliis. q a gẽtibus colebant. s. Ioue Saturno & cõsimilibus. dato q̃ etiã hec dictio solus determinet li te ut sit sensus q̃ solus pater ẽ deus nõ tñ p hoc excludit filius a deitate sed magis includit: qa scd̃m philosophũ solus idẽ q̃ nõ ẽ cũ alio: & ideo tñmõ excludit id qd̃ alienitatẽ dicit. filius aũt nõ ẽ aliis a patre in eẽntia sed tãtũ in psona & ideo qñ hec dictio solus addit uni psone respectu termini eẽntialis sicut ẽ in ꝓposito nõ excludit aliã psonã sed magis ĩcludit. & hoc patet p autoritatẽ saluatoris Mat. xi. Nemo nouit filiũ nisi pater neq; patrẽ qs nouit nisi filius. Si. n. hec dictio nisi exclusiua addita uni psone respectu termini eẽntialis excluderet aliã sequeret̃ q̃ pater nõ cognosceret se: sed tñ filius nec filius cognosceret se sed tñ pater. qd̃ est absurdũ dicere. Et te clarificaui. hic subdit ratiões q̃re sua oratio debeat exaudiri qa fuit pfecte obediẽs deo patri carnẽ assumẽdo: & ueritatẽ fidei in terris homies docẽdo: & hoc ẽ qd̃ dicit. Ego clarificaui te sup terrã. & nõ ẽ solũ exaudibilis ꝓpter ꝓdicta: sed etiã qa ad consũmationẽ mysterii sue ĩcarnatiõis mortẽ cõstãter sustinebat. ideo seqtur. Opus cõsũmaui. qd̃ dedisti mihi ut faciã. dicit cõsũmaui qa iã eius passio incipiebat q̃ pacta dicit consũmatũ ẽ: ut habetur infra. xix. Et nũc clarifica me pater apud temetipm claritate quã habui ꝓ⁹ q̃ mũdus eẽt. apud teipm. i. illius glorie quã habeo eternaliter tecũ scd̃m diuinitatẽ: fac participẽ naturã mortalẽ quam assumpsi ꝓpter hoim salutẽ. Manifestaui. hic cõsequẽter orat p collegio Aplõr & diuidit in duo qa ꝑmo oñdit q̃ debet p eis depcari. scd̃o format orationẽ suã deuote. ibi. pater sãcte. Circa ꝑmũ ponit q̃ttuor ratiões ad oñdendũ q̃ debebat p Apostolis deprecari. Prima accipit̃ ex pte ipsius Xpi q erat eorũ magister: & ipsi eius discipuli: bonus aũt magister debet zelare p suis discipulis & eos dirigere & hoc ẽ qd̃ dicit̃. Manifestaui nomẽ tuũ hoibus: quos dedisti mihi de mũdo qa Apostoli fuerũt specialiter cõiuncti ipsi xpo cui erãt scd̃m eternã ꝓdestinationẽ. & mihi eos dedisti. uocãdo tẽporaliter ad fidẽ & apostolicã dignitatẽ de mũdo. qa añ uocationẽ suã Apostoli erãt mũdialiter uiuẽtes sicut & ceteri hoies. Scd̃a ratio accipitur ex parte Aplõr q fuerũt xpo obediẽtes & hoc ẽ qd̃ dicitur. sermonẽ tuũ seruauerũt. s. corde & ope & núc cognouerũt: qa oía que dedisti mihi abs te sũt. i. a te ꝓcedẽtia. & uerba que dedisti mihi dedi eis. qa a plenitudine sctẽtie facta ẽ redundantia in Apostolis. & ipsi acceperũt doctrinã xpi recipiẽdo. & cognouerũt uere qa a te exiui. hoc. n. cognouerũt per doctrinam xpi & per miracula. ueruntñ qa talis cognitio ẽ fidei: ideo seqtur. Et crediderũt qa tu me misisti. Tertia rõ accipitur ex parte custodie xpi cui Apostoli erãt specialiter cõmissi & hoc ẽ qd̃ dicitur. Ego p eis rogo nõ p mũdo. hoc dicit qa efficacia sue orõis tñmõ se extẽdit ad electos q̃uis sit efficax p oibus tñ mali imponũt sibi impedimẽtum ne sint participes ipsius: & ideo subditur. Sed p eis quos dedisti mihi rogo. quo ad efficaciã. qa tui sunt. scd̃m eternã ꝓdestinationẽ. & oía mea tua sunt. qa ꝓpter inseparabilem unionẽ humanitatis & diuinitatis in xpo sit idiomatũ cõmunicatio attribuẽdo ea que

ſunt hominiſ ipſi deo & ecõuerſo. Sicut. n. demõſtrato xp̃o hec ꝓpoſitio eſt uera. Iſte homo creauit ſtellaſ. Ita hec eſt uera deuſ mortuuſ ẽ: qa ꝓpter unitatẽ ſuppoſiti oĩa que ſunt dei cõmunicãtur homini. & ecõuerſo mõ p̃dicto. Et clarificatuſ ſum in eiſ. hoc dixit qa Apoſtoli glorią eiuſ tã partí cognoſcebãt & de ꝓpinquo pluſ cognoſcituri erant. Quarta ratio accipit̃ ex neceſſitate imminẽte Apoſtoliſ: qa Xp̃ſ cito erat receſſuruſ ab eiſ cuiuſ corporali pñtia erãt cõfortati: & tõ ꝓ tũc indigebãt ſpecialiter deo patri ꝓ orationem Xp̃i recõmendari & hoc ẽ qđ dicit̃. Et iam nõ ſum in mũdo. i. ſum in propinquo receſſu ab eiſ. Et hi in mundo ſunt. remanenteſ in tribulationibuſ mundaniſ. Et ego ad te uenio quaſi. d. ꝓpter hoc pro eiſ rogo. Pater ſancte. Poſitiſ ratiõibuſ q̃buſ debet ꝓ eiſ orare: hic cõſequẽter format ſuã orõnem & diuidit̃ in duo qa ꝑmo orat eiſ cõſeruationẽ a malo. ſcđo ꝓfectionẽ in bono ibi. Sãctifica eoſ. dicit ergo ꝑmo ſic. Pater ſãcte ſerua eoſ in noĩe tuo. i. in fide & cõfeſſione noſtri. quoſ dediſti mihi. ꝓ ſpecialẽ amicitiã eoſ mihi cõiungẽdo. & ſint unũ ſicut & noſ. i. ut ſint uniti ꝓ caritatẽ. ſicut noſ ſumuſ ꝓ naturã. ita q̃ li ſint nõ importat eq̃litatẽ ſed q̃ndã imitationẽ lõginquã. & allegat cõſequẽter Apl̃ỏs neceſſitatẽ reſpectu huiuſ cõſeruationiſ diuine. d. Cũ eẽm cũ eiſ. p̃ntia corpali. ego ſeruabã eoſ: in noĩe tuo: quoſ dediſti mihi cuſtodiui. firmiter & ſecure. & nemo ex eiſ periit niſi filiuſ pditiõiſ. hoc dicit qa ſua ꝓditio nõ fuit ex defectu cuſtodie Xp̃i: ſed ex malicia ſua: ſicut dicit̃ aliqſ filiuſ mortiſ eo q̃ facit aliqđ dignũ morte. ut ſc̃ptura impleat̃. li ut tenet̃ ibi conſecutiue. qa ꝓ ꝓditionẽ Iude cõſecuta ẽ impletio ſc̃pture que de hoc loqtur. Pſal. xl. ut ſupra allegatũ ẽ. xiii. ca. Nũc aũt ad te uenio. per mortẽ meã. & hec loquor in mũdo. hoc dicit ꝓpter hoc. q̃ ex dictiſ eiuſ: aliq poſſent credere q̃ nõ haberet ptãtẽ cuſtodiẽdi eoſ in abſentia ſicut in p̃ntia. Ideo hoc remouet. d. hec loquor mũdo. ſ. exiſtẽſ p̃ntia corporali ac ſi. d. Sic loquor nõ ꝓpter defectũ uirtutiſ ſed ad oñendũ ueritatẽ hũane nature eiſ cõpatientẽ. tõ ſubdit̃. ut habeãt gaudiũ meũ impletũ. in ſemetipſiſ. gaudiũ enĩ Xp̃i ẽ de unĩõe humanitatiſ ad diuinitatẽ per quã illa humanitaſ habet gratie & glorie plenitudinẽ: ut ſupra dictũ ẽ. i. ca. ad hoc aũt erat intẽtio Xp̃i orãtiſ ut Apoſtoli uenirẽt ad gloriã beate fruitionis in q̃ aperte uiderẽt in ipſo unionẽ deitatiſ & humanitatiſ. Alia aũt rõ q̃re Apoſtoli indigebãt a deo ſpecialiter cõſeruari ẽ: qa erãt iudeiſ odioſi ꝓpter doctrinã Xp̃i & hoc allegat ſaluator. d. Ego dedi eiſ ſermonẽ tuũ cuſtodiẽdo & p̃dicãdo. & mũduſ eoſ odio habuit. qa nõ ſunt de mũdo q̃tũ ad effectũ licet ſint de mũdo q̃tum ad corporalẽ p̃ntiã. Nõ rogo ut tollaſ eoſ de mũdo. qa non expedit ſaluti fideliũ donec fides ſit publicata ꝓ totũ mundũ. Sed ut ſeruet̃ eoſ a malo dãdo eiſ cõſtantiã i tribulatiõibuſ imminẽtibuſ de ꝓximo. Sãctifica eoſ. hic cõſequẽter orat Apoſtoliſ ꝓfectionẽ in bono. d. Sãctifica eoſ. i. cõfirma. ſanctũ. n. uno modo ſignificat idẽ qđ firmũ. In ueritate. ſ. fidei catholice. Sermo tuuſ ueritaſ ẽ. i. doctrina mea quã dedi eiſ que etiã tua ẽ: ſicut ſupra dictũ ẽ ca. vii. Iſta aũt cõfirmatio apl̃ỏs facta ẽ a deo patre q̃n in die Penth. miſit eiſ ſpiritũ ſc̃m & neceſſitaſ huiuſ cõfirmatõiſ ſubdit̃ cũ dicit̃. Sicut tu me miſiſti in mundũ. ad ueritatẽ ſalutiſ eterne docendum. & ego miſi eoſ in mundũ ad hãc doctrinã ubiq; ꝓbandum. Et notandũ q̃ dicit miſi. i. mittã loquẽdo de futuro ꝓ modũ ꝓteriti ꝓpter certitudinẽ euẽtuſ futuri: qa Apoſtoli nõ ſũt miſſi ad p̃dicandũ ꝓ mundũ: niſi poſt acceptionẽ ſpũſ ſãcti licet. n. ante fuiſſẽt miſſi ad p̃dicandũ ciuitatibuſ Iudee tm̃. Et ego pro eiſ ſãctifico meip̃m. i. ſacrificium in cruce offero tibi acceptũ. ut ſint ipſi ſanctificati in ueritate. Sicut. n. ueteſ teſtamẽtum ꝓ ſanguiniſ effuſionẽ cõfirmatũ eſt: ſic confirmatio noui teſtam̃ti facta ẽ ꝓ effuſionẽ ſanguiniſ Xp̃i ut oñdit Apoſtoluſ ad Hebre. ix. Non pro biſ aũt tm̃. hic

consequenter saluator orat pro toto fideli populo & diuidit in duo qa primo orat eis cõsecutionẽ gratie & scdo glorie ibi pater quos dedisti mihi. dicit igit̃ ꝑmo sic. Nõ ꝓ eis aũt tm̃ rogo: sed & pro eis qui credituri sunt. ꝓ uerbũ eoꝝ in me ut oẽs unũ sint In unione caritatis in q̃ unione cõsistit pfectio xp̃iane religiõis: qa ꝓ hoc mẽbra ecclesie cõiungãtur ad inuicẽ & capiti homini Xp̃o & ulterius ipsi deo qa q adheret deo unus spiritus est ut dicit ꝑma Corin. vi. & sic per cõsequẽs ꝑmũ ꝓncipiũ qd̃ est deus cõiungit̃ homini q est quodãmõ oẽs creatura. Sicut tu pater in me & ego in te ut & ipsi in nobis sint unũ. Nõ est ibi unitas eq̃litatis sed cuiusdã imitatiõis qa Xp̃i hoĩs & dei est unitas psonalis: Aliorꝝ autẽ hominũ a deo est tm̃ unitas caritatis ut mundus credat qa tu me misisti. hoc addit qa ex magna caritate & unitate que fuit i ꝑmitiua ecclesia multi cõuersi sũt ad ueritatẽ fidei ut habet Act. xxiiii. & qa ꝓ ꝑdicta posset aliqs credere q̃ filius nõ eẽt causa pfectiõis Aplõꝝ sicut & pater: nõ hoc remouet. d. Et ego claritatẽ quã dedisti mihi dedi eis. qa potestas miraculorꝝ ꝓ quã declarata est diuinitas Xp̃i data est Apostolis a Xp̃o ut patet Luc. x. & Mat. x. tm̃ aliter dedit eis hanc potestatẽ quam ipse habuit: qa Xp̃s uirtute ꝓpria miracula fecit: Apostoli uero nõ ꝓpria uirtute sed uirtute Xp̃i miracula faciebãt: ꝓpter qd̃ in miraculis faciendũ nomen Xp̃i inuocabãt. ut sint unũ sicut nos unũ sumus. i. sint in uera unitate ecclesie absq; scismate. Ego in eis & tu in me ut sint consũmati in unũ. qa ꝓ unionem humanitatis facta est Xp̃i ad deum unio totius creature ut ꝑdictũ est. Et cognoscat mũdus qa tu me misisti: & dilexi eos sicut me dilexisti. ꝓ opa. n. miraculorꝝ ab Apostolis facta adductus ẽ mũdus ad fidei ueritatẽ & cognouit diuinitatẽ xp̃i & familiaritatem siue amicitiã dei ad Apostolos qbus aderat diuina uirtus in opibus miraculosis. Pater quos. hic orat fideli populo pfectionẽ glorie. d. pater quos dedisti mihi. ꝓ uerã fidẽ. uolo. i. oro & desydero. ut ubi sum ego & illi sint mecũ. i. in eterna beatitudine in q̃ iam erat xp̃s actualiter q̃tum ad animã que est ꝓncipalior pars hoĩs. ut uideant claritatẽ meã quã dedisti mihi. i. diuinitatẽ meã. uel aliter claritatẽ corporis mei glorificãdi: qa utranq; claritatẽ habet filius a patre unã eternaliter aliã ex tẽpore. Quia dilexisti me añ mũdi cõstitutionẽ hoc patet q̃tũ ad xp̃i deitatẽ similiter q̃tũ ad humanitatẽ in q̃tũ deus pater eternaliter ꝑdestinauit ipsam ad hãc gloriã & exaltationem & cõsequẽter oñdit saluator q̃ sua oratio sit exaudibilis. d. Pater iuste mũdus te non cognouit. licet. n. Pharisei deũ cognouerũt q̃tum ad essentie unitatẽ nõ tm̃ q̃tum ad tẽporalẽ distinctionẽ: & ideo nõ cognouerũt ꝓprie loquẽdo deũ patrẽ. Similiter de hoc Iudei habuerũt aliquã cognitionẽ ꝓ scꝑturas ꝓphetasꝝ loquentes de distinctione psonarꝝ in diuinis: illa tm̃ fuit in eis obstinata ex liuidia & odio ad xp̃m ut supra dictũ est & ideo nõ cognouerũt deũ patrẽ nisi large loquẽdo de paternitate in q̃tũ dicitur pater oĩm ꝓ creationẽ. Ego aũt te cognoui. qa in q̃tũ deus cognoscit patrem noticia cõprehẽsionis & in q̃tũ homo plenius cognoscit q̃ aliqs angelus q̃tũcunq; beatus. Et hi cognouerũt qa tu me misisti. qa Apostoli ꝓ doctrinã & miracula Xp̃i habuerũt notitiã q̃ ipse eẽt missus ꝓ salute mũdi: & notũ feci eis nomẽ tuũ. i. nomẽ paternitatis ꝓprie dicte in diuinis & ꝓ cõsequẽs totius trinitatis qa cognita una ꝑsona & alie cognoscunt Istud. n. nomẽ sãctissime trinitatis qd̃ erat aliis ignotũ ut ꝑdictũ est ꝓ doctrinã Xp̃i fuit Apostolis reuelatũ. Et notum faciam. qa post resurrectionẽ Xp̃i qñ apperuit Apostolis sensũ ut scꝑturas intelligerẽt & post missionẽ spiritus sãcti Apostoli plenius cognouerũt mysteriũ trinitatis: ut dilectio q̃ dilexisti me in ipsis sit. i. spiritus sanctus qui est amor patris & filii. & ego in ipsis. qa ꝓ gratiã spiritus sancti facti sunt tẽplum & habitaculum Christi.

Hec cū dixisset Iesus. Hic incipit Euāgelista describere Xp̄i passionē & mortē. Ipsa autē fuit p Iudeos incohata & p gētiles consūmata: scd̄m q̄ Xp̄s p̄dixerat Mat. xx. Filius hoīs tradet̄ p̄ncipibus sacerdotū & scribis & condēpnabūt eū morte & tradēt eū gētibus ad illudendū & flagellandū & crucifigendū. Ideo euāgelista p̄mo oñdit qd Xp̄s a Iudeis sit passus. scd̄o qd a gētibus. xix. ca. ibi. Tūc ergo app̄hēdit. Prima in tres. qa p̄mo describit euāgelista q̄liter Xp̄s a ministris Iudeoꝝ fuit captus scd̄o q̄liter a ministris pōtificibus corā Pilato fuit accusatus. ibi: Adducūt eū. Circa primū euāgelista tria describit. p̄mo pditiōis locū. scd̄o pditoris apparatū ibi. Iudas ergo. tertio animū Xp̄i ad suscitandū p̄paratū ibi. Iesus itaq; sciēs. Circa p̄mū sciēdū q̄ Xp̄s exiuit ad locū extra ciuitatē ad quē sciebat aduēturū pditorē ut oñderet se uolūtarie subire mortē: & hoc ē qd̄ dicit̄. Hec cū dixisset Iesus egressus ē cū discipulis suis trans torrentē Cedron. nomē ē torrētis iter ciuitatē Hierusalē & montē Oliueti fluētis p uallē Iosaphat que est intermedia. ubi erat ortus. locus clausus cōueniens ad capiendū ipsos: qui essent intra ip̄m. in quē introiuit ipse & discipuli eius. offerens se captioni. Sciebat aūt & Iudas qui tradebat eū locū. ex quo patet aptitudo loci ad capiēdū Xp̄m ex tribus. qa erat a ciuitate remotus & ipsi querebāt eū cape sine strepitu turbaꝝ: ut habet̄ Mat. xxi. Secundo qa erat clausus. & tertio qa pditori cognitus. Iudas ergo. hic describit̄ pditoris apparatus: qa Iudas de tribus se muniuit. Primo de magna societate & forti & autētica. Ideo dicit̄. Cū accepisset cohortē. s. militū a p̄side assignatā ut sic multitudo populi si supueniret nō auderet impedire eius proditionem p̄pter iusticie publice timorē. Et a pōtificibus & phariseis ministros ut sic haberēt fulcimentū ab utraq; curia. s. pōtificis & imp̄atoris. Scd̄o muniuit se Iudas de lumīe cōtra noctis tenebras qd̄ notat̄ cū dicit̄. Venit illuc cū laternis & facibus. Tertio muniuit se de armis si aliqui uellēt eius pditioni resistere: ideo subdit̄. & armis. Iesus itaq;. Hic oñdit̄ p̄mptitudo Xp̄i ad patiendū: & hoc dupliciter p̄mo qa Xp̄s se non occultauit Scd̄o qa defēsionē p̄hibuit ibi. Simon ergo. In p̄ma igit̄ parte dicit̄ sic. Iesus itaq; sciēs oīa que uēture sunt sup eum p̄cessit & dixit. Quem queritis? ex quo manifeste patet q̄ sua uolūtate captus ē: qa cū sciret oīa futura ut supra declaratū fuit p̄mo ca. nō se occultauit: sed magis querētibus eū obuiā iuit. Rn̄derūt ei Iesum Nazarenū dixit eis ego sum. uirtute. n. diuinitatis factū est ut ueniētes ad capiendū eū p̄mo nō cognoscerēt etiā suus discipulus q̄ uenerat ad tradendū eū: unde subdit̄. Stabat aūt & Iudas q̄ tradebat eū cū ipsis. ut p̄ hoc oñderet̄ qd̄ de uolūtate sua caperet̄ qa ex quo erat eis incognitus poterat ab eis recedere & nō solū patuit hoc p̄ p̄dicta sed etiā manifestius p̄ hoc qd̄ subdit̄. ut ergo dixit eis ego sum abierūt retrorsum & ceciderūt in terrā. Si. n. uno uerbo oīs eos p̄strauit de facili poterat eos oīs euadere: oīa enim ista facta sunt ex diuina ordinatiōe ut declararet̄ uirtus diuinitatis eius p̄ p̄dicta sicut fragilitas hūanitatis p̄ captionē eius sequentē: & passionē. Iterū ergo eos interrogauit quē queritis? hoc fuit facto interuallo a p̄ma interrogatiōe qa q̄diu tacuerūt p̄strati nō mouit se de loco ut magis declararet̄ uolūtaria sua captio. Illi autē dixerūt Iesum Nazarenū. Non. n. eū cognoscere poterant nec capere donec ipse uellet. p̄pter hoc subdit̄ dixi uobis qa ego sum. & tūc habuerūt ipsius noticiā: & capiēdi licentiā. p̄pter qd̄ sequit̄. Si ergo me queritis sinite hos abire. q. d. Sic do uobis potestatē me capiēdi ut tñ mei discipuli nō faciatis aliqd mali. ut impleret̄ sermo quē dixit ca. p̄cedenti. Quia quos dedisti mihi nō p̄didi ex eis quēq̄. Illud uerbū dixerat Iesus nō tantum de salute spirituali suoꝝ discipuloꝝ: sed etiā de salute corporali eoꝝ: qd̄ patet ex hoc qd̄ inde excepit Iudā qui perditus est & spiritualiter & corporaliter: qa ex desperatione

se suspendit: & ideo euāgelista applicāt uerbū p̄dictū ad perditionē corporalē non discedit ab intētione littere. Simon ergo. hic ponit̄ ꝓmptitudo Xp̄i ad patiendū ex hoc ꝙ defensionē ꝓhibuit & hoc ē qđ dicit̄. Simon ergo Petrus habēs gladiū eduxit eū. dicūt aliqui ꝙ discipuli emerāt gladios de p̄cepto dn̄i scd̄m ꝙ habetur Luc. xxii. ubi dicit̄ sic. Et q nō habet uēdat tunicā suā & emat gladiū: sed hoc nō est uerisimile qa ut ibidē subdit̄. Apostoli stati rn̄derūt. Ecce gladii duo hic. Et dixit Iesus sufficit ex quo patet ꝙ ante illos gladios habebāt: dicendū igit̄ ꝙ Apostoli fuerūt piscatores. In piscatiōe. n. oportet aliqñ retia cū paxillis affigere & cū pticis nauiculas dirigere & ideo in talibus & cōsimilibus usus magnoꝝ cultelloꝝ est necessarius: & ꝓbabile est ꝙ aliqui de Apostolis illos cultellos retinuerūt ad scindendū. unde etiā de illis carnes agni paschalis cōciderant. Petrus autē unum de illis retinuerat apud se qa erat magis p̄ōptus ad defēsionē sui magistri q̄ alii. & p̄cussit seruū p̄ōtificis. qui magis de ꝓpe se ingerebat ad Xp̄m capiendū. & abscidit auriculā eius dextram. credidit. n. eū magis ledere sed diuina ordinatione ictus declinauit. Erat autē nomē seruo Malchus. Hic ponit euāgelista ad oñendū certitudinē rei geste exp̄mēdo ꝓpria noia. Dicit ergo Iesus Petro mitte gladiū in uaginā. q.d. noli hoc uti ad defēsionē meā & subdit̄ causa Calicē quē dedit mihi pater nō uis ut bibā illū? q.d. passionē quā ordinauit pater celestis ad salutē humani generis debeo patiēter tollerare & ideo nō est locus defēsionis & resistētie sed magis patiētie. Cohors quoq;. Hic ostenditur q̄liter Xp̄s a ministris comp̄hensus p̄ōtificibus p̄ntatur: & diuiditur in duo qa ꝑmo describit ipsius p̄ntatio Anne. scd̄o Cayphe ibi. Et misit eū Annas. Prima in duo qa ꝑmo ponit̄ Xp̄i p̄ntatio scd̄o Xp̄i examinatio. ibi. Pōtifex ergo. Prima in duo qa ꝑmo describitur p̄dicta p̄ntatio. scd̄o incidēter ponit̄ Petri negatio ibi. Sequebat̄ aūt. Dicit igitur ꝑmo sic. Cohors aūt. s. militū. & tribunus. qui eis p̄erat & isti erant gētiles. & ministri Iudeoꝝ isti erāt iudei. cōprehēderūt Iesum. ex quo patet obstinatio eoꝝ qa nō fuerūt auersi a suo malo uisis p̄dictis signis: sed magis attribuebāt ea artibus magicis. Et ligauerunt eū q̄si morte dignū. Illi. n. qui reputabant̄ morte digni ligati iudicibus p̄ntabant̄. Et adduxerūt eum ad Annā primū. i. ꝑmo. cuius causa subdit̄. Erat. n. socer Cayphe & qa eundo ad domū Cayphe habebāt transire ante domū istius Anne. ideo intrauerūt domū eius ꝓpter ipsius reuerentiā. Alia etiā ratio fuit qa p̄ōtificatus tūc singulis ānis uēdebat̄ & isti duo. s. Annas & Cayphas. q̄si alternatim erant p̄ōtifices: ꝓpter qđ q̄si p̄ōtifex habebat̄ quia anno p̄cedēti fuerat. Tertia ratio est ut Xp̄s coram iudicibus pluribus condēpnatus uideretur magis dignus morte: qa erat p̄ōtifex anni illius. Ista sunt exposita supra. xi. ca. Sequebat̄. hic interponit̄ ꝑma negatio Petri cū dicitur. Sequebat̄ Iesum Simon Petrus & alius discipulus. s. Iohannes. licet. n. isti sicut & alii primo fugissent: tñ postea secuti sunt Iesum qa feruētiores alus erant. Discipulus autē ille notus erat p̄ōtifici. dicūt aliqui ꝙ Iohānes erat ꝓtus in lege & ꝓpter hoc habebat noticiā cū p̄ōtifice: sed hoc nō ē uerisimile qa piscator erat & de naui a Xp̄o uocatus fuerat ut habet̄ Mat. iiii. Vnde dicit Hieronymus in epistola ad Paulinū. Iohānes rusticus piscator indoctus etc. & ideo aliq̄ alia fuit causa sue noticie cū p̄ōtifice: quia forte missus a patre suo pluries portauerat pisces ad domū p̄ōtificis: uel quia aliqs de cognatione eius ibidē seruiebat uel aliq̄ causa quam aliqui assignāt de Dauid & sacerdotes habebāt istas Genealogias. Et introiuit cū Iesu ī atriū p̄ōtificis & ꝓpter noticiā p̄dictā ꝑmissus est intrare. Petrus autē stabat ad hostiū foris. tanq̄ incognitus: tñ per Iohannem ꝑmissus est intrare. Dixit ergo Petro ancilla hostiaria nunqd & tu es ex discipulis hominis istius? q.d. uidetur ꝙ sic: uidit enim eum timide stantem & sic habuit

de eo ſuſpitionē. Dixit ille non ſum. ex quo patet fragilitas Petri qa ita cito negauit & ad uocem uniuſ mulieriſ que non loquebatur acriter. Non enim dicebat ei eſ tu de familia iſtiuſ ꝓditoriſ uel aliqd hutuſmodi ſed hominiſ iſtiuſ: quaſi cōpaſſione loquēdo Stabant autē ſerui & miniſtri ad prunaſ qa frigus erat. ſicut ſolet eſſe in martio poſt mediam noctem: & calefaciebant ſe. erat cū eis Petrus ſtans & calefaciens ſe. Pōtifex uero. Hic ponitur Xp̄i examinatio & diuiditur in treſ. quia p̄mo ponitur dicta examinatio. Scd̄o Xp̄i reſponſio ibi. dixit ei Ieſus. Tertio reſponſionis probatio ibi. hec cum dixiſſet. Circa primum ſciendū ꝙ Xp̄s reputabatur a Iudeis ſeductor hoim & doctor falſe doctrine: ideo examinatus fuit de utroq; & hoc eſt qd̄ dicit. Pōtifex ergo interrogauit Ieſum. dicitur autem Annaſ pontifex nō quia tunc eſſet actu: ſed quia ante fuerat & quia ſocer pōtificis erat ut dictum eſt. de diſcipulis ſuis. ut uideret ſi poſſet eum cōprehendere ꝙ fuiſſent ab eo ſeducti. Et de doctrina eius. ad uidendū ſi poſſet ibi inuenire falſitatem uel calumniam & aliquod dictū contra legem. Rn̄dit ei Ieſus. hic ponitur Xp̄i reſponſio. de diſcipulis autem ſuis nihil poterat pro tūc boni reſpōdere. qa principaliorē inter eos ſtatim audierāt ip̄m in ſua p̄ſentia negaſſe: ſed de doctrina ſua rn̄dit: oñdēs ꝙ nō erat mala uel ſuſpecta ſed ſana qd̄ declarat ex duobus qa primo ex loco cū dicitur. Ego palam locutus ſum in mūdo. doctrina autē ſuſpecta in angulis & lateribus docet: nō in loco publico & ſacro. Scd̄o ex auditoris teſtimonio d. Interroga eos qui audierunt. q. d. paratus ſum teſtimonium eorum ſubire qd̄ ē tibi magis credibile q̄ meum dictum q̄uis ſcd̄m ueritatem debet eſſe contrarium. Hoc cum dixiſſet. hic ponitur huius reſponſionis probatio: & hoc dupliciter. primo per factum cum dicitur. Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu. Secundo per uerbū cum ſubdit. Sic reſpondes pontifici. Ille enim miniſter ſceleris accepit reſponſionem Ieſu quaſi notaſſet pontificē de ſtulta interrogatione. Reſpondit Ieſus humiliter ueritatē oſtendendo. Si male locutus ſum teſtimonium perhibe de malo. i. poteſ perhibere. Si autem bene quid me cedis? & non me iniuſte percutere. Sed uidetur ꝙ hic Xp̄s fecit contra doctrinam ſuam quia Mat. v. dicit. Si quis te percuſſerit in maxillam dextrā prebe ei & alteram: ipſe autē hoc non fecit ſed magis p̄cutientem ſe correxit: dicendū ꝙ iſtud Xp̄i preceptū & plura alia que ibi ponuntur non dantur abſolute: ſecūdum qd̄ dicit Aug. ſed magis ſecundū preparationē animi: quia homo debet habere animū preparatum ad hoc faciendum ubi uideret hoc expedire: ad honorem dei. & utilitatē eccleſie: aliaſ autem non. immo aliquando expedit iniuriantibus reſpondere ad ipſoꝝ & aliorꝝ inſtructionē: ſicut fecit hic Ieſus & aliquando etiam facto reſiſtere ne detur occaſio maliſ male agendi. Et miſit. hic oſtenditur q̄liter Xp̄s preſentatus ē Cayphe & diuiditur in duo. qa primo deſcribitur dicta p̄ſentatio. ſcd̄o ſubditur ſcda & tertia Petri negatio. ibi: Erat autem. In prima igitur parte dicitur ſic. Et miſit eū Annas ligatum. q̄ſi morte dignū & iam coram eo condemnatum. ad Caypham pontificem. tum quia ad ipſum pertinebat principaliter Xp̄i examinatio. tum ut uideret Xp̄us magis morte dignus qui fuiſſet coram iudicibus pluribus condemnatus. Sciendū tamen ꝙ hic Iobānes tacet qualiter Cayphas eū examinauit & qualiter ueſtimēta ſua ſcidit & q̄liter Chriſtus in domo ſua illuſus fuit qa alii euāgeliſte hoc ſufficienter exp̄ſſerāt. Erat autē. Hic reuertitur euangeliſta ad narrandū de negatione Petri & ideo quaſi eadē uerba que dixerat in fine prime negationis reſumit. d. Erat autē Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe. Ille enim qui narrat hiſtoriam aliquam quando occurrunt aliq̄ incidētia narrāda interrūpit p̄ncipale ad illud incidēs narrādū: quo facto reuertit ad propoſitū & ſic facit hic Iobānes ut dictū ē. Dixerūt ergo ei miniſtri. ad ignē ſtātes.

Nunquid & tu ex discipulis eius es q̃si. d. sic quia uiderunt eum timidum & pauidum negauit ille non sum. de ista secũda negatione Petri uidet Mat. contradicere Iohãni primo quo ad personam: quia dixit ip̃m. Secundo negasse ad uocem alterius ancille Mat. xxvi. Iohannes autem hic dicit q̃ fuit ad uocem ministroꝝ ad ignem stãtium. Secundo quo ad locum: quia Mat. dicit q̃ secundo negauit in exitu ianue hic autem dicitur q̃ stans ad ignem. Propter qđ sciendũ q̃ intentio euangelistaꝝ erat exp̀mere trinam Petri negationem & in hoc oñes conueniunt: de personis autem accusantibus seu de negationis loco non erat principalis eorum intentio & probabile est: q̃ multi ad uerba Petri concurrebant circa eum & consimilia uerba dicebant: improperando ei magistrum suum & ideo unus euangelistarum exprimit unã personam accusantem & alius aliam: & uterq; dicit uerum. unde secundum ueritatem historie uidetur q̃ prima negatio sit facta ad uocem ancille hostiarie Petro domum intrante. Secunda autem negatio facta est in domo quia post primam negationem Petrus timuit inter Iudeos diu stare: propter qđ uoluit exire & tunc alia ancilla uidens eũ timidum accusauit eũ & simul ad hoc concurrerunt illi qui ad ignẽ stabant: & idem dicebant cũ illa ancilla propter qđ Mat. dicit q̃ ad uocem ancille alterius negauit. Iohannes autẽ ministros concomitantes exprimit. Item Mat. dicit q̃ negauit ipso exeunte ianuam. i. uolente exire & ad hoc se preparante: propter timorem: ut p̃dictum est: quia cum adhuc erat in domo nec ab igne longe recesserat ideo dicit Iohãnes q̃ prope ignem facta est illa negatio. Tertia autẽ negatio facta est multis eũ accusantibus & cõcurrentibus p̃pter predicta. tamen inter illos erat principalis unus seruus pontificis propter qđ Iohãnes exprimit illũ tacendo de alio. dicit unus ex seruis pontificis cognatus eius cuius Petrus abscidit auriculam: & ideo acrius ceteris eum accusabat & in accusationis sue assertione adduxit factũ precedens: dicens. Nonne ego te uidi in orto cum illo. q. d. sic. Iterũ ergo negauit Petrus. Aliqui autem uolentes excusare Petrum dicunt q̃ non negauit ex timore mortis sed ex amore: nolens ab eo separari: sed semper eum sequi. Sciebat enim si diceret se esse discipulum eius statim ab eo separetur. Sed hoc est contra uerba domini supra habita ca. xiii. ubi exprobrauit Petrum animam tuam pro me ponesꝫ q̃ fuit dictũ negatiue sicut fuit supra expositũ & ideo patet q̃ Petrus negauit timẽs animam suam exponere pro Xp̃o. Et statim gallus cantauit. s. tertia uice: quia post primam negationem semel cantauit gallus sed Petrus timore perturbatus non p̃cepit scđm qđ fuit expositum Mat. xxvi. Adducunt ergo. hic ostenditur qualiter Xp̃us a Iudeis coram Pilato accusatur: & diuidit̃ in tres. qa primo describitur Xp̃i p̃ntatio secundo presentati examinatio ibi. Exiuit ergo. Tertio innocentie Xp̃i declaratio ibi. Et cũ hoc dixisset. In prima ergo parte dicit̃ sic. Adducũt ergo Iesum a Caipha in pretorium. i. de domo Caipbe pontificis ad domum Pilati presidis ad quẽ p̃tinebat iudicium in causa sanguinis & locus ubi iudicabant pretorium uocabatur. Aliqui autẽ libri male habent ad Caipham: quia in domo Caipbe erat Xp̃s nullus autem inducitur ad locum in quo est. Preterea Iohannes scripsit in greco hoc euãgelium & ideo pro ueritate textus habenda recurrendũ est ad grecum. In greco autẽ ponitur a Caipha Erat autẽ mane. hoc addit euãgelista ad ostendendũ q̃tum Iudei sitiebant sanguinem Xp̃i effundere: qui summo mane querebãt sententiam de eius morte dari. Et ipsi nõ introierunt in pretorium ut non contaminarent̃. ex ingressu domus hominis gentilis & tamen non timebant inquinari ex p̃curatione mortis innocentis: ex quo patet eoꝝ superstitio uana. Sed ut mãducarent pascha. i. azimos panes qui a Iudeis comedebant̃ in paschate per octo dies. non enim erat licitum comedere nisi personis mundis & ideo

per paſche mundationem non intelligitur hec comeſtio agni paſchalis ut male dicunt greci qa illum comederant die precedenti. Exiuit ergo. hic ponit̃ examinatio Xp̃i & hoc dupliciter quia primo examinatur coram Iudeis: Scd̃o ad partem ſine ipſis ibi. Introiuit ergo iterū. In prima ergo parte dicit̃ ſic. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras. Iudei enim non audebant domum ſuam ingredi ne ſuas obſeruationes uiolarent ideo uolens eis deferre exiuit ad eos dicens. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? uidebat enim eum ligatum in ſignum damnationis: ideo querebat de cauſa quia non erat conſuetudo Romanis condemnare aliquem niſi prius audirent accuſationem ſuam & haberent locum defendendi ſe ut dicitur Actuum .xxv. & ideo Pilatus qui erat iudex ab imperatore Romano illuc miſſus uoluit modum Romanorum tenere. Reſponderunt & dixerũt. Si non eſſet hic malefactor nõ tradidiſſemus eũ tibi. q.d. Nos eius factum diligenter examinauimus: & inuenimus eũ dignũ morte: ac ſi diceret non oportet aliam examinationem facere. Et dixit eis Pilatus. quaſi indignatus ex reſponſione eorum: qa ſciebat eos per inuidiam tradidiſſe ipſum ut dicit̃ Mat. xxvii. Accipite eũ uos & ſcd̃m legẽ ueſtram iudicate eum. q.d. Si ſufficit ueſtra examinatio ſufficiat ueſtra ſententia. Sciendũ enim q̃ Romani aliq̃ minora iudicanda dimiſerãt Iudeis ſed non poterant pro talibus inferre penam mortis. ſ. quia Romani retinuerãt ſibi cauſam ſanguinis & ideo per hanc reſponſionem inhibebat inferre Xp̃i mortem ipſi autẽ non poterant uitam eius ſuſtentare: & ideo renuunt hoc accipere. d. Nobis non licet interficere quenq̃. Si enim poſſent dare mortis ſententiã iudicium recepiſſent ut ſermo Ieſu impleretur: quem dixit ſignificans qua morte eſſet moriturus: Xp̃ſ. n. predicens mortẽ ſuam Apoſtolis Mat. xx. dixit q̃ a principibus ſacerdotum traderet̃ gẽtibus ad illudendũ & crucifigendũ: & hoc fuit impletum: per hoc q̃ ipſi renuentes iudicium dimiſerunt ipſum Pilato qui erat gentilis iudicandum & ſententie executionẽ ſuis militibus. Introiuit ergo. hic ponit̃ examinatio Xp̃i in ſecreto & diuidit̃ in tres. quia primo ponit̃ Pilati interrogatio. Secundo Chriſti reſponſio ibi. Reſpõdit Ieſus Tertio Pilati obiectio. ibi. dixit itaq̃. Circa primum ſciendum q̃ Iudei cum tumultu irrationabili petebant mortem Chriſti propter qd̃ Chriſtus non reſpondebat ſecũdũ illud Eccle. xxxii. Vbi non eſt auditus non effundas ſermonẽ. & propter hoc Mat. & Mar. dicunt q̃ cum accuſaretur a principibus ſacerdotum nihil reſpondit. propter qd̃ Pilatus intrauit pretoriũ qd̃ erat in domo ſua ut ibi Xp̃m magis pacifice examinaret extra tumultum Iudeorum: qui non audebant intrare pretoriũ ut dictum eſt Chriſtus autẽ de tribus fuit accuſatus coram eo: ut habet̃ Luc. xxiii. hunc inuenimus ſubuertentẽ gẽtem noſtram & prohibentem dari tributa ceſari & dicentem ſe Chriſtũ regem eſſe. Pilatus autem de duobus primis non curauit inquirere: quia de prima. ſ. ſubuerſione obſeruationũ legaliũ nõ curauit utrũ eſſet uerum uel falſum: qa nõ erat iudeus ſed gentilis. Scd̃m cognouit eſſe falſum per famam publicam: quia audiuerat Chriſti reſponſionem qua Iudeis de hac materia reſponderat Mat. xxii. Reddite que ſunt Ceſaris Ceſari & que ſunt dei deo. Sed de tertio q̃ uidebatur eſſe contra honorẽ imperatoris queſiuit. ſ. de regno quia imperatores Romani nomẽ regium a iudeis abſtulerunt ut frangerent eorum ſuperbiam. & tollerent rebellandi occaſionem: & ideo queſiuit a Chriſto. Tu es rex Iudeorum? q.d. eſt hoc uerum qd̃ tibi imponitur. ſ. q̃ uelis tibi uſurpare regnũ? Reſpondit Ieſus. hic ponit̃ Chriſti reſponſio in q̃ primo examinauit Pilati interrogationem. A temetipſo hoc dicis an alii dixerunt tibi de me quaſi. d. concepiſti hanc opinionem de me per teipſum? Reſpondit Pilatus nunqd ego Iudeus ſum? q̃ſi. d. ex me non concepi quia ego non ſum Iudeus: & ideo non poſſum

inuestigare ex libris iudaicis quis debeat esse rex eorum: sed ad peritos legis pertinet: ideo subditur. gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, accusantes te super hoc. Quid feci?ti?q.d.uidetur ꝙ tu sis in aliquo culpabilis ex quo illi qui sunt de gẽte tua & tante autoritatis sicut sunt pontifices accusant te. Respondit Iesus. examinata interrogatione Pilati. Iesus respondit ad questionẽ sibi factã de usurpatione tẽporalis regni. d. Regnum meũ non est de hoc mũdo. non enim negat se esse regẽ sed magis concedit: quia scd̃m ueritatem ipse erat rex regum: ueruntamen ad tollendũ calũnie occasionem temperat suam responsionem. d. ꝙ non querit huius mundi tẽporalem dominationem qd̃ probat consequenter. d. Si ex hoc mundo esset regnum meũ ministri utiq; mei decertarent ut non traderer Iudeis. Omne enim regnum temporale habet firmitatẽ non solũ ab ipso rege: cũ sit unus solus hõ sed a ministris cõtra aduersarios: pro ipso pugnantibus: qd̃ non querebat Xp̃s & sic patet ꝙ satis fecit ad questionem ostendendo ꝙ non querebat inter Iudeos temporaliter dominationem. Veruntamen concesserat se esse regem ideo concludit. Nunc autem regnum meum nõ est hinc id ẽ quantum ad temporalia ista querenda. Sed contra hoc uidet̃ ꝙ dicit Psal. xliii. Rex omnis terre deus. Ipse autem est uerus deus sicut uerus homo ergo regnum eius est de hoc mundo. Dicendum ꝙ secundum ueritatẽ diuinitatis omnia sunt subiecta Christo tamen quantum ad humanitatem: in primo aduentu suo non uenit ad dominandum temporaliter: sed magis ad seruiendũ & patiendum & sic patet ꝙ sufficienter excluſit illud qd̃ sibi imponebatur de usurpatione regni iudee: quia nõ fiebat questio de ipso nisi in quãtum homo & pro statu presenti in quo erat: qui ad primum eius aduentum pertinebat. Dixit itaq; Pilatus. hic ponitur Pilati obiectio: sicut enim uisum ẽ Xp̃s in sua responsione data non concesserat se esse regem: sed dixerat regnum suum non est hinc. Ideo Pilatus ad plenum uerba eius non intelligens accepit per hoc ip̃m esse regẽ alicuius regni: de quo nõ intromittẽt se Romani: Sed ꝙ Xp̃s ꝑ hoc intelligeret regnũ celeste & spirituale nõ intellexit: & iõ uoluit scire magis determinate cõcludẽs ex uerbis Xp̃i predictis. Ergo rex es tu?q.d.ex quo concedis te esse regẽ regni nõ ptinẽtis ad dominiũ imperatoris declara magis quid sit illud regnum. Rñdit Iesus. post conclusionem factam concedẽdo. d. tu dicis. quia rex sum ego. & ita est scd̃m ueritatẽ Sed consequẽter declarat huius regni conditionẽ. d. ego in hoc natus sum. tẽporaliter & ad hoc ueni in mundum. per carnis assumptionem. ut testimoniũ perhibeã ueritati docẽdo & radicãdo ueritatem de diuinis in cordibus fidelium. Oñis qui est ex ueritate. prima que deus est: non solum per creationem sed per imitationẽ & subiectionẽ audit uerba mea corde credendo: & opere obediendo: & per cõsequens in talibus spũaliter regno & tale regnũ in nullo ꝛpediebat imperatoris Romani dominiũ de quo querebat Pilatus. Dixit itaq; Pilatus. Quid est ueritas? Non querit diffinitionem ueritatis sed querit que est illa ueritas cuius uirtute & participatione homines efficiuntur de regno Christi. Intellexit enim per hoc in quodam generali aliud dominium existens extra cõmunem modum hominum: & hoc est uerum si intelligatur determinate & magis in particulari. quia ueritas diuina filio appropriatur ueritas per quam homines in pñti efficiunt̃ de regno Christi est quedã impressio & participatio diuine ueritatis. Huius autem questionis Pilatus non expectauit responsionem duplici de causa: una qa erat de regno spirituali ut uisum ẽ. Ipse aũt nõ habebat se ĩtromittere nisi de tẽporalibus & ideo hoc aduertens dimisit illius questionis perfectionem. Alia causa fuit quia iam perceperat Christi innocentiã & Iudeoꝝ maliciã sciens ꝙ ipsi tradidissent eũ ꝑ inuidiã & ideo ꝑmissa questione ꝑdicta uoluit ꝓcedere ad eius liberationẽ ut statim patebit.

Et cum hec dixisset iterū exiuit ad eos: & dicit eis. Hic consequēter ponit innocētie Xpristi declaratio. cum enim Pilatus uellet eum liberare ut dictum est: occurrit eius memorie modus conuenies liberationis sue: uidelicet de consuetudine Iudeorum quia dabatur eis a preside in sollemnitate paschali unus uinctus in memoriam liberationis filiorꝫ Israel de terra Egypti & propter hoc uoluit Xp̄m liberare per hunc modum & primo ad hoc faciendū allegat Xp̄i innocentiā. d. Ego nullā inuenio in eo causam scilicet dignā morte. Scd̄o allegat consuetudinem de cuius obseruatione sciebat eos esse cupidos. d. Est aūt cōsuetudo uobis ut unū dimittā uobis ī pascha. uultis ergo dimittā uobis regē Iudeorꝫ? q. d. uos debetis hoc uelle. Ad cuius intellectū sciendū q̄ Pilatus uolens Xp̄m liberare posuit eis subdistinctionē de liberatione Xp̄i uel Barrabe & de nullo alio ut magis exprimitur Mat. xxvii. Sciebat enim q̄ cōsuetudinē suā nullo modo dimitterēt. Ex altera parte Barrabas erat ita pessimus & populo odiosus q̄ firmiter credebat ut eius liberationē nullo modo uellent: & sic per consequēs liberationē Xp̄i consentirent. Sed sacerdotes deceperunt populum inducentes eum ad petendum liberationē Barrabe & non Xp̄i: & hoc est qd̄ subditur, Clamauerunt rursum omnes dicentes: non hunc sed Barrabā. s. nobis dimitte. Erat autē Barrabas latro. s. publicus & famosus: hoc addit euangelista ad ostendendū eorꝫ malitiā qui ad p̄curandū mortē Xpristi petierunt latronis publici liberationem contra bonum publicum & iusticiam.

TVnc Pilatus. Hic consequenter euāgelista describit .XIX.
quid passus sit Christus a gentilibus: Passus est autem tria ab eis. s. flagellationē illusionem crucifixionē: scd̄m qd̄ predixerat saluator Mat. xx. Tradent eū gētibus ad illudendū flagellandum & crucifigendū & ideo euangelista primo agit de illusione & flagellatione: Scd̄o de crucifixione ibi. Tunc ergo tradidit. prima in duo q̄a p̄mo describitur Christi flagellatio & illusio. Scd̄o circa hoc ostenditur Pilati intentio ibi Exiuit ergo iterum. Circa primū sciendum q̄ Pilatus uidit ex clamore eorꝫ q̄ nullo modo poterat dimittere Iesum omnino liberum: cum pace eorꝫ. Ex altera parte durū erat sibi īnocentē interficere: ideo ad satisfaciendū eis fecit Christū flagellari & illudi & hoc est qd̄ dicitur. Tunc ergo apprehēdit Pilatus Iesum & flagellauit: nō p̄ seip̄m immediate: sed per milites suos & ministros: & milites plectentes coronā de spinis. i. de iuncis marinis ad modum spinarꝫ duris & acutis. Imposuerunt capiti eius tanq̄ uolenti regnare: & non potenti. q̄ fecerunt ut eorꝫ illusio corresponderet Iudeorꝫ accusationi & ueste purpurea circundederunt eum tali enim ueste utebantur olim reges. Et ueniebant ad eum & dicebant. Aue rex Iudeorū. hoc totum illusorie factum est: unde sequit̄. & dabant ei alapas. ut illuderent factis sicut illuserant signis & uerbis. Exiuit iterum. hic ponitur circa predicta Pilati intentio que erat bona quantum ad hoc q̄a p̄dicta tulerat fieri ut Iudei tali afflictione Christi saciati essent & sic consentirent in eius liberatione sine morte: tñ per hoc non excusatur a toto quia cum esset iudex sup eos non debebat ei quē innocentem sciebat etiam minimā penā inferre. igit̄ euāgelista circa sequentia procedit sic. quia primo declarat conatū Pilati ad Christi liberationem scd̄o Iudeorꝫ resistētiā ad eius condēnationē ibi. Cum ergo uidisset. In p̄ma ergo p̄te dicitur sic. Exiuit iterum Pilatus foras. ubi Iudei stabāt: q̄a domum eius ingredi non audebant ut supra dictum est. Et dixit eis. primo allegans Christi innocentiam. Ecce adduco eū foras. s. postq̄ diligēter correxi examinaui & flagellaui ad uobis satisfaciendum: ut cognoscatis. quia nullā in eo inuenio causam mortis. Scd̄o ostendit ipsius Christi punitionem iam factam ultra condignum cum dicitur. Exiuit ergo Iesus. ex precepto Pilati. portans spineam coronam: & purpureum indumentum: uolebat enim

Pilatus ut sensibiliter uiderent quia fuisset illusus & flagellatus & sic mouerentur ad cõpassionẽ. Et dixit eis. Ecce homo. q.d. & si in aliquo male egisset tñ ultra cõdignũ punitus est: & ideo debet uobis sufficere. Cum ergo uidissent eũ pontifices: hic ponit Iudeoꝝ resistentia & hoc dupliciter. primo p irrationabilẽ clamorẽ: scdo per rationẽ ibi. Responderũt Iudei. In prima ergo parte dicit sic. Cum ergo uidissent pontifices & ministri. sic flagellatũ & illusũ & cognoscentes q̃ Pilatus uolebat dimittere ipsum. clamabãt. tumultuose & alios ad clamandũ excitabãt. d. Crucifige: crucifige eũ. q.d. Hec pena nullo modo sufficit nobis: sed petimus qđ moriat̃. Dixit eis Pilatus accipite eum uos & crucifigite eũ. derisorie & indignãter hoc dixit: qa nõ habebãt potestatẽ aliquã iudicandi ad mortẽ: ut supra dictũ est: & est similis modus loquẽdi ac si diceret Si habetis potestatem mortis dare sententiam cito & sine causa faceretis. Sed ego hoc agere nolo. ideo sequitur. Ego enim in eo non inuento causam. s. dãdi talẽ sentẽtiã. Respõderũt ei Iudei. uidentes Iudei q̃ Pilatus nõ acquiesceret eoꝝ clamori ceperũt allegare rationes alias q̃ supra allegauerant: Non enim illas audebant reiterare qa tã Pilatus illas euacuerat. & ideo hic aliud allegant & primo allegant ipm fecisse contra legem dei: scdo contra legẽ Imperatoris Romanoꝝ ibi. Exinde querebat. In prima igitur parte allegant sic Iudei. Nos legem habemus a deo datam in monte Sinai. & scdm legẽ debet mori. qa Leuit. xxxiiii. precipit̃ q̃ blasphemi occidant̃ & tale crimẽ imponebant ei: unde sequit̃. Quia filiũ dei se fecit. Veruntamen hoc dicendo Xpus non blasphemauit sed ueritatẽ dixit & per scripturam probauit ut supra habitum est ca. x. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ magis timuit non ppter legẽ Iudeoꝝ quam non obseruabat: sed ne uerũ esset ut Iesus sibi oblatus esset uere dei filius: & sic factum enorme fecisset ipm flagellando: & ideo de hoc uoluit certius inquirere: unde sequitur. Et ingressus est pretoriũ iterũ. ut ueritatem magis posset cognoscere extra tumultũ Iudeoꝝ. Et dixit ad Iesum unde es tu? p hoc querẽs si eẽt ex origine diuina scdm ueritatem. Iesus autem responsum non dedit ei. Primo quia erat homo gentilis & idolatra & generationem filii in diuinis capere nõ posset. Scdo quia nolebat suam passionem impedire. Tertio quia prophetizatũ erat de eo Esa. liii. Sicut agnus corã tondente etc. & ideo uolebat illud propheticum implere. Dixit ergo ei Pilatus mihi non loqueris? Mirabatur de eius taciturnitate cum esset in puncto liberationis uel cõdempnationis sue. ideo sequitur. Nescis qa potestatem habeo crucifigere te & ptãtem habeo dimittere te quasi. d. mihi saltem deberes respondere. Respondit Iesus. non ad impediendum suam passionem sed ad reprimendum Pilati iactantiam. Non haberes potestatem aduersus me ullam nisi tibi datum esset desuper. id est a principibus Romanorum & ulterius permissum a deo qui est potestas superior & ex hoc arguit eius peccatum quia non acceperat potestatem a Cesare nec a deo condemnando innocios sed magis liberandi eos: tñ ostendunt peccatum Iude & Iudeorum esse magis peccatũ q̃ peccatum Pilati: quia ad occasionem Christi Iudas fuit motus cupiditate: Iudei autẽ inuidia & rãcore. Sed Pilatus fuit motus humano timore & fauore ut magis patebit: & hoc est qđ dicitur. propterea qui me tibi tradidit maius peccatum habet. In quo concludit peccatũ Pilati qa maius nõ dicitur nisi p cõparationẽ ad minus. Et exinde Hic cõsequẽter allegãt Xpm fecisse cõtra legẽ Impatoris qa uidebãt q̃ Pilatus erat paꝝ motus ex eoꝝ p̃dicta allegatione sed uolebat omnino Iesum dimittere & hoc est qđ dicit̃. Et exinde querebat Pilatus dimittere eũ. Viderat enim Pilatus tãq̃ homo astutus q̃ Christus rationabiliter cõuicerat eũ de peccato: si eũ innocentẽ condẽnaret & ideo querebat occasionẽ dimittendi eũ qđ uidẽtes Iudei clamabãt. Si hunc dimittis

non ẽ amicus cesaris. i. non zelas pro honore & statuto domini tui custodiẽdo. Quod arguũt cõsequẽter dicẽtes: Omnis enim qui se regẽ facit cõtradicit Cesari. Imperatores enim Romani abstulerant a Iudeis regiã dignitatẽ: ne haberent rebellandi occasionẽ & ideo quicunq; inter Iudeos dicebat se regẽ q̃libetcunq; uidebat cõtra ordinationẽ Imperatoris facere: Xp̃s autẽ dixerat se regẽ esse: ut patet ex predictis: & ideo q̃uis scd̃m ueritatẽ hoc regnũ non esset contra dominiũ Imperatoris: ut supra dictum est: tñ hoc nõ arguebãt apparẽter. Pilatus autẽ etiã non audebat scd̃m nimiã apparẽtiã facere contra Imperatoris honorẽ. Ideo seqtur. Pilatus ergo cũ audisset hos sermões adduxit foras Iesum. ut coram Iudeis euidẽtius de facto inquireret & eorum dictum falsum oñderet. & sedit pro tribunali. i. in loco sedis iudiciarie. in loco qui dicit Lycostratos. i. lapidũ structura & dicit̃ a lycos q̃ est lapis & stratos qd̃ est pauimentum siue structura: & est nomen grecũ. hebraice autẽ Golgata. qa hoc nomen hebraicum idem significat sicut grecũ. Ille enim locus erat ante domũ Pilati. Ante enim domos magnatoꝝ solet esse locus ex lapidibus factus. Erat autẽ parascheue pasche. quia erat feria sexta & prima dies sollemnitatis paschalis dicebatur autẽ feria sexta Parasceuen id ẽ p̃paratio: qa illa die p̃parabant Iudei cibaria pro die sabbati: in quo nõ erat licitũ aliqu id decoqui ut habetur Exodi uicesimosexto hora quasi sexta. cõtrariũ uidetur Mar. ubi dicit̃. Erat autẽ hora tertia & crucifixerunt eũ. prius autẽ fuit iudicatus q̃ crucifixus ergo etc. dicendũ q̃ scd̃m ueritatẽ erat tẽpus mediũ inter tertiã & sextam mediũ autẽ ab utroq; extremo potest denominari & ideo Mar. exp̃ssit illud tempus mediũ per horam tertiã. Iohãnes autẽ per sextã. Et dixit Iudeis. allegãs pro Christi liberatione. Ecce rex uester. q. d. mirũ est q̃ hunc hominẽ abiectum & flagellatum dicitis uelle sibi usurpare regnũ Iudeoꝝ. Illi autẽ clamabant. sicut furibundi. Tolle tolle crucifige eũ. q. d. Nõ possumus uidere eũ. dixit eis Pilatus allegãs in crucifixõe Christi eoꝝ uerecundiã. d. Regẽ uestrum crucifigã? q. d. ex quo eũ regnare formidatis & iam de hoc fuit fama magna erit uobis uerecũdia si morte moriat̃ sic abiecta. unde postea Pilatus scripsit titulũ crucis ad eoꝝ uerecundiam. Iesus Nazarenus Rex Iudeoꝝ. Rñderũt põtifices non habemus Regẽ nisi Cesarẽ. ex quo patet q̃ ex tũc perpetue subiectioni Romanoꝝ se obligauerũt renũciãtes oñi alteri regie dignitati. Patet etiã eoꝝ obstinatio ad p̃curandũ mortẽ Xp̃i cũ pro eius p̃curatiõe cõfessi sũt in p̃petuũ subiectos seruituti. Tũc ergo. Hic incipit euãgelista agere de crucifixiõe Christi. Et diuidit̃ in tres. qa primo agit de crucifixione. Scd̃o de morte ibi. postea sciens Iesus. Tertio de sepultura ibi. post hoc autẽ rogauit. prima in duo. quia primo describit ipsam crucifixionẽ. Scd̃o agit de cõsequẽtibus ad ipsam ibi. Scripsit autem titulũ. Circa p̃mũ sciendũ q̃ Pilatus uidẽs q̃ p̃pter mortẽ Christi obligabãt se p̃petue seruituti Romanoꝝ timuit si hoc refutaret ne accusaret̃ apud Cesarẽ: & ideo motus timore Imperatoris & fauore Iudaici populi cui p̃erat & a q̃bus uenalẽ pecuniã sperabat contra iusticiã dedit sententiã de morte innocẽtis: & hoc ẽ qd̃ dicit̃. Tunc ergo tradidit eis illũ. per sentẽtiã diffinitiuã ut crucifigeret̃. tñ p̃ius lauit manus suas imponẽs peccatũ de morte Xp̃i Iudeis ipsis hoc recipiẽtibus: ut habet̃ Mat. xxvii. q̃uis p̃ hoc non esset excusatus scd̃m ueritatẽ. Susceperũt autẽ Iesum & eduxerũt eũ: & baiulãs sibi crucẽ. p̃mo. n. portauit eã: ut hic dicit̃. tñ postea inuenientes Simonẽ Cyrenẽsem fecerũt sibi portare crucẽ ut citius ueniret̃ ad locũ passionis: qa Iesus p̃ totã noctem precedentẽ afflictus fuerat: & ideo lento in gradũ incedebat. Exiuit in eũ qui dicitur Caluarie locum. hebraice autẽ Golgata. Iste locus erat prope ciuitatem Hierusalẽ & dicunt aliqui q̃ dicitur locus Caluarie a caluari Ade ibi sepulti: sed hoc est falsum: qa

sepulcus fuit in Ebram ut dicitur Iosue. iiii. Sed sic nominatur locus caluarie quia in loco illo malefactores ibi decapitabant: & sic patet mortis Xpi turpitudo ex cōditiōe loci & ex mō mortis cū dicit ubi eū crucifixerūt. Crucifixio. n. erat turpissimū genus mortis. Et cū eo alios duos hinc & hinc medium autē Iesum. ex quo patet turpitudo mortis Xpi ratione societatis: qa inter duos malefactores fuit crucifixus: hoc autem factū est ex Iudeoꝝ intētione & diuina ordinatione tñ diuersimode: qa Iudei intē/debant per hoc inducere suspitionē populo ꝙ Iesus esset particeps & principalis in eoꝝ malefactis. ¶ Ex intētione aūt diuina factū est hoc ut impleret dictū Esa. liii. Et cū iniquis reputatus est. Scripsit autē. Hic ponunt quedā cōsequētia ad Christi cru/fixionē & sunt tria primū ptinet ad Pilatū. scdm ad milites crucifigētes Iesum. tertiū ad parētes Christi existētes ppe eū. scdm ponit ibi. Milites autē. tertiū ibi. Stabant autē. Circa pmū sciendū ꝙ modus Romanoꝝ erat scribere causā mortis crucifixoꝝ propter lignū crucis. Iudei autē cōtra uoluntatē Pilati petierūt Christū crucifigi ut patet ex pdictis & ideo p talē modū scripsit titulū ut redūdaret in uerecundiā eoꝝ & hoc est qd dicit. Scripsit autē & titulū Pilatus. in q̄dā cartha tabule affixa. & posuit sup crucē illā tabulā. Erat autem scriptū. Iesus in quo exprimit nomen proprium. Nazarenus. quo ad patriā: qa ibi fuit nutritus: ut supra dictū est. Rex Iudeoꝝ. in quo exp̄mit causa mortis. hunc ergo titulū multi Iudeoꝝ legerūt. & causa subdit. qa prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus & ideo multi de ciuitate poterāt de facili illuc uenire. Et erat scp̄tus hebraice grece & latine. ut oēs q de diuersis ptibus orbis ad festū paschale uenerāt possent illū legere. Venerant. n. ibi aliqui gentiles ut supra dictū ē. xii. ca. & ideo titulus fuit scp̄tus in tribus linguis p̄ncipalibus. Dicebāt ergo Pilato pontifices Iudeoꝝ noli scribere rex Iudeoꝝ. quia uidebāt ꝙ talis modus scribendi redūdabat in uerecundiā eoꝝ & maxime ppter gētiles qui hoc uerbū erāt reportaturi ad diuersas partes orbis: & ideo uolebāt titulū sic corrigere. Sed qa dixit rex sum Iudeoꝝ. hoc. n. modo nō sonaret in eoꝝ uerecundiā. Respōdit Pilatus: qd scripsi scp̄si. qd scp̄serat cōfirmādo nec fortuitu factū ē hoc: sed diuina p̄ordinatione qa hoc erat ante pphetatū ppter qd Psal. xviii. q loquit de passiōe Christi & duo precedētes psalmi sic intitulant. Ne corrrūpas tituli inscriptionē & ideo titulus crucis tripliciter descriptus nō fuit mutatus: sed magis confirmatus. Milites autē. hic ponit scdm cōsequēs ad Christi crucifixionē: & ptinet ad milites: qui crucifixo Christo di/miserunt suas uestes sibi: & hoc ē qd dicit. Milites ergo cū crucifixissent eū acceperūt uestimēta eius. ex quo apparent duo. primū est passionis Christi ignominia: in hoc ꝙ nudū eū crucifixerūt: ꝙ nō fit nisi abiectis & uilibus p̄sonis. Scdm est crucifigētium auaritia: qd patet in hoc: qa Christi uestes q̄uis essent pauꝝ ualētes tñ sibi rapuerunt. Et fecerunt sibi q̄ttuor partes unicuiq; militi partē. qa erant q̄ttuor milites ip̄m cru/cifigētes. Et tunicā. s. citra partes p̄dictas quā nō diuiserūt eo qd erat inepta diuisiōi qd patet in eo qd subdit. Erat autē tunica incōsutilis. i. sine scissura. desup cōtexta per totū. Ex quo dicunt aliqui ꝙ Christus p̄ciosis uestibus utebat. Sed Crisost. dicit contrariū. d. ꝙ in palestina pauperes utunt talibus indumentis: reticulato ope factis ad modū cilicioꝝ: & hoc uidet uerius: qa Christus cōmēdauit uilitatē uestimentoꝝ in Iohāne Baptista Mat. xi. Quid existis in desertū uidere? hominē mollibus uestitum? q. d. nō. & p̄ciositatē ibi reprobauit. d. Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regū sunt. Iesus autē cepit facere & docere. ut habetur Act. i. & ideo non est uerisimile ꝙ usus fuerit p̄ciosis uestibus. Dixerunt ergo milites ad inuicē: non scindamus illā. quia partes nihil ualuissent sed sortiamur de illa cuius sit. unde patet ꝙ super solā tunicam

miſerunt ſortem. Sed contrariú uidetur Mar. xv. ubi dicitur diuiſerũt ſibi ueſtimẽta eiuſ mittenteſ ſortẽ ſup eiſ quiſ tolleret. dicendú ꝙ dictú Mar. debet diuiſiue intelligi ſic: diuiſerunt ſibi ueſtimenta eiuſ. ſ. alia a tunica: & poſtea ſequitur mittenteſ ſortem ſup eiſ qđ ꝑ Synodochen debet intelligi ſup eiſ. i. ſup aliq̃ eoꝝ. ſ. ſuper tunicam quiſ tolleret illã tunicã. ſeqtur ut ſcriptura impleret Pſal. xxi. dicẽſ ꝓtiti ſunt ueſtimenta mea ſibi. ſ. alia a tunica inconſutili. Et ſup ueſtẽ meã miſerunt ſortẽ. i. ſup illã tunicã inconſutilẽ. ex quo etiã patet ꝙ ꝓprie etiã habebat plura ueſtimẽta. Et militeſ qdem fecerũt hec. ſ. ſicut erat ſcriptú pſal. p̃dicto hoc addit euangeliſta ut oñdat ꝓphetiam impletã ꝑ factú eoꝝ: patet etiã p̃dicta falſitaſ Iudeoꝝ exponentiú pſalmú de ꝑſecutione quã habuerunt Iudei per Aman dicenteſ ꝙ Mardocheuſ fecit p̃dictú pſalmú. qa titulus pſalmi oñdit cõtrariú qa ille pſalmus ītitulat̃ a Dauid & nó a Mardocheo Iterú in principio pſalmi dicit̃. longe a ſalute mea uerba rugituſ mei: ſcđm ueritatem hebraicã & tranſlationẽ Hieronymi qđ uerificatú eſt de paſſione Xp̃i: qui nó fuit liberatuſ a paſſione q̃uiſ de hoc clamaret ad patrẽ ſicut ſupra dictú eſt ca. xii. Pater ſaluifica me ex hac hora. Tẽpore autẽ Mardochei Iudei fuerũt liberati celeriter poſt orationẽ eoꝝ qa priuſ fuerunt liberati q̃ ueniret tẽpuſ ſtatutú interfectioniſ eorum. Iterú ibidẽ ſubdit̃. Cõfoderunt manuſ meaſ & pedeſ meoſ qđ nó ẽ impletú in Mardocheo: nec ī aliquo Iudeo illiuſ tẽporiſ: ſed magiſ ecõuerſo ipſi Iudei Aman & filioſ ſuoſ crucifixerunt. Stabant. hic ponitur tertiú conſequenſ ad Xp̃i crucifixionem: & ꝑtinet ad eiuſ parẽteſ quia Xp̃ſ in cruce poſituſ anteq̃ moreretur uoluit matri ſue de cuſtodia & miniſtro ꝓuidere: danſ exemplũ aliiſ ut ipſi ſint ſolliciti impendere debitũ obſequiú parentibuſ ſuiſ: & hoc eſt qđ dicitur. Stabant autẽ iuxta crucẽ Ieſu mater eiuſ & ſoror matriſ eiuſ Maria Cleophe & Maria Magdalene. Contrariú uidet̃ Luc. xxiii. ubi dicitur. Stabãt omneſ noti eiuſ a longe. Dicendum ꝙ primo fuerunt prope ut hic dicitur. Et tunc Xp̃ſ hec uerba dixit. Sed poſtea procedente paſſione ꝓpter turbã cõprimentẽ ſe retraxerũt: ſcđm qđ dicit Lucaſ. uel forte iſte ꝑſone hic noſtate tanq̃ magiſ feruenteſ in amore Xp̃i propinquiuſ ſtabãt ſicut dicit Iohãneſ. Alie aũt multe ꝑſone erant Xp̃o note que pre timore a longe ſtabant & de illiſ loqtur Luc. dicit tñ ꝙ omneſ noti eiuſ ſtabãt a lõge qa multo plureſ erant ſtãteſ a lõge q̃ a ꝓpe. Cum uidiſſet ergo Ieſuſ matrẽ & diſcipulum ſtantẽ quẽ diligebat. ſ. Iohannẽ q ſcꝑſit hoc euangeliũ. & propter hoc de ſe loqtur q̃ſi de quodã altero: ut ſupra dictum eſt: Dixit matri ſue mulier ecce filiuſ tuuſ. q. d. uſq; quo nunc fui ad obſequium de cetero iſte erit loco mei. Et nota ꝙ loquẽſ matri ſue de cruce nó dixit ei mater: ſed mulier: uocáſ eã cõmuni nomine ne ex temeritudine noſ materni ſi exꝑmereꝰ: aggraueretꝰ animuſ uirginiſ uidẽtiſ paſſionẽ filii. Deiñ dixit diſcipulo: ecce mater tua. q. d. deputo te ad eiuſ obſequiũ. Et ex illa hora accepit eã diſcipuluſ in ſuam. ſ. curã & diligentiã. Poſtea ſciens. hic agit euãgeliſta de Xp̃i morte: & diuiditur in duo. qa primo ponit̃ Chriſti conſummatio per mortem. Secundo eiuſ lanceatio poſt ipſam ibi. Iudei ergo. Circa primú ſciendum ꝙ conſummatio noſtre ſalutiſ conſummenda erat ꝑ uenerabilẽ mortem Chriſti: ut declarat Apoſtoluſ ad hebre. ii. Et hoc eſt qđ dicit̃. hic poſtea. ſ. que dicta ſunt. Sciens Ieſuſ quoniam omnia conſummata ſunt. ſ. que ſcripta erant de Chriſto paſſuro quia pauca reſtabant ante mortem eiuſ implenda. ſ. eiuſ potatio que in pr̃optu erat. unde ſequit̃. ut cõſummereꝰ ſcꝑtura pſal. lxvi. In ſiti mea potauerũt me aceto: & ad iſtud reſiduum implendum dixit. Sitio. tãtum enim laborauerat & de ſanguine emiſerat ꝙ corpuſ eiuſ erat exſiccatũ & aduſtum & ꝓpter hoc ſitiebat ſupra modum & taliſ ſitiſ eſt maximum tormentum. Vaſ autem erat poſitum aceto plenum.

Illud enim portauerant milites ut darent crucifixis ad bibendum: ut per hoc citius morerentur & sic de custodia eorum in cruce expedirentur: talis enim potatio aceti mortem accelerat crucifixi ut dicunt aliqui. Aliam etiam causam huius aceti tetigi Mat. xxvii. & uidetur probabilior ista & est ibidem satis diffuse posita: propter qđ hic omitto. Illi autem spongiam plenam aceto Isopo id est ligno Isopi circũponẽtes obtulerunt ori eius. erat enim eleuatus a terra ita ꝙ sola manu non poterat attingere ad os eius. Cum ergo accepit Iesus acetum. Contrarium uidetur Matth. xxvii. ubi dicitur noluit bibere. dicẽdum ꝙ illud qđ est modicum quasi nihil reputatur: ut dicit secundo Phisicorum: & ideo quia parum de illo aceto accepit ut dicit hic Iohannes: Mattheus dicit noluit bibere per talem etiam modum loquendi dicimus communiter de homine parum bibente ꝙ non uult bibere. Dixit consummatum est scilicet qcqd scriptum erat de me: uel aliter consummatum est opus redemptionis humane. Et inclinato capite tradidit spiritũ. ostendens ex modo moriendi ꝙ moriebat ex obediẽtia patris & non inuolũtarie: sicut supra dixerat Iohannes decimo capitulo. Nemo tollit animam meã a me: sed ego ponam eam. Iudei ergo. Hic describitur uulneratio Xp̃i mortui & diuiditur in tres. quia primo ponitur huius uulnerationis occasio. secundo ipsa uulneratio ibi. Venerunt ergo milites. tertio dicti certificatio ibi. Et qui uidit. Circa primum sciendum ꝙ occasio uulnerationis Xp̃i mortui fuit quia Iudei uolebãt cadauera de cruce deponi propter sollemnitatẽ crastinam imminẽtem: que incipiebat a uespera illius diei in quo Xp̃s fuit crucifixus: licet enim crucifixus fuerit prima die pasche que erat sollemnis apud Iudeos tamen secunda dies pro tunc fuit sollemnior apud Iudeos ratione sabbati: dies enim sabbati occurrens infra octauam pasche erat dies sollemnior: quia tunc festum duplicabatur. & hoc est qđ dicitur. Iudei ergo qũo parasceue. i. dies ueneris in cuius uesperam incipit sollẽnitas sabbati sequentis: ut nõ remanerent in cruce corpora sabbato. Erat. n. indecens in tãta sollẽnitate: Vñ seqt̃. Erat ens magnus dies ille sabbati. qa sicut dictũ est sollẽnitas eius duplicabat̃ propter octauã pasche cõcurrentẽ. Rogauerũt Pilatum ut frangerent̃ crura eorꝝ ne aliquo modo euadere possent: & tollerent̃ de patibulo. Venerũt ergo milites & primi quidẽ fregerũt crura & alterius: qui crucifixus est cũ eo. Sed uidetur ꝙ uenissent ad Iesum anteq̃ frangerent crura secũdi: qa Iesus erat in medio amborꝝ: dicendũ ꝙ duo milites frangebãt & unus fregit crura unius latronis ex una parte: & alter ex altera parte: & sic ambo uenerũt: hinc & inde ad Iesum qui erat in medio: & hoc est qđ dicit̃. Ad Iesum autẽ cũ uenissent & uiderũt eũ iã mortuũ: non fregerũt eius crura. qa hoc nõ fiebat nisi ad hoc ut euadere nõ possent depositi de patibulo. Sed unus militũ lancea latus eius apperuit ut certificaret̃ de morte eius. Et continuo exiuit sanguis & aqua sanguis ad nostram redemptionẽ & aqua ad nostram ablutionẽ peccatorꝝ. Sciendum tñ ꝙ ista aq̃ mirabiliter exiuit: qa non fuit humor fleumaticus: ut dicũt aliqui: sed aq̃ pura ad ostendendũ ꝙ corpus Christi erat ex ueris elementis cõpositũ: contra errorẽ eorꝝ qui dixerunt eũ habere corpus celeste: sicut dixit Valentinus & sequaces eius & eorum qui dixerunt eum habere corpus fantasticum sicut Manichei. Et qui uidit. Hic ponitur certificatio quia ipse Iohannes qui scripsit hoc euãgelium principaliter existens uidit hoc factum: & ideo eius testimonium est efficax ad credendũ & hoc est qđ dicitur. Et qui uidit. i. ego ipse qui loquit̃ de se per modũ alterius ut supra dictũ est. testimoniũ perhibuit. & uerum est eius testimonium. & ille. quia uerum dicit. & ut uos credatis. patet littera per predicta. Seqtur. Facta sunt hec ut scriptura impleret̃ Exo. xii. Os non cõminuetis ex eo. agnus ens paschalis fuit figura exp̃ssiua passiõis

Christi. Ideo ordinatione diuina constitutum est ut ossa agni paschalis nō frangerent ut sic figura & ueritas correspondereṫ: quia uera agni ossa non sunt fracta in cruce: ut predictum est: Et iterū alia scp̄tura dicit de eius transfixione. Zach. xii. uidebūt in quem transfixerunt. littera Hieronymi habet. Aspicient ad me quē crucifixerūt. propheta enim loquitur in p̄sona Christi loquens in persona propria. Sed euāgelista refert istud ad Christū loquens in tertia & eadē ē sententia. Illa autē transfixio ꝑprie fuit in lancee uulneratiōe. Sed hoc uidebitur a Iudeis in iudicio futuro: qa cicatrices uulnerum reseruate sunt in corpore Christi resurgente: nō solum ad certificationem sue resurrectionis ostēdendo illas cicatrices Apostolis: sed etiā ad conuincendū Iudeos in futuro iudicio de peccato sue mortis. Post hec. hic agitur consequenter de Christi sepultura que fuit gloriosa secūdum qđ erat predicta Esa. xii. Et erit sepulchrū eius gloriosum q̄uis mors precedens fuerit ignominiosa. & hoc est qđ dicit. Post hec autē rogauit Pilatum Ioseph. Erat enim ei familiaris cum esset nobilis & decurio: ut dicit Mar. xv. & ideo securius ipsum rogauit ab Aramathia oriundus eadē est ciuitas que primo Regū dicit Ramatha de qua fuit Samuel. Eo ꝙ discipulus eēt Iesu occultus id est fideliter credens eius doctrine. occultus autem propter metum Iudeoꝝ. ante. n. passionem ex imperfectione timebat de Synagoga expelli: quia erat ignominiosum si confiteretur Xp̄m: tñ post passionem feruētior factus est exemplo Xp̄i animatus manifestauit se uolens Xp̄m honorifice sepelire: Ideo sequitur ut tolleret corpus Iesu ad sepeliendum. Et permisit Pilatus. tum propter reuerentiam petentis: tum ꝑpter innocētiam Xp̄i passi quē ipse cognouerat. Venit ergo & tulit corpus Iesu de cruce. Corpora enim damnatorum non poterant sepeliri nisi de licentia presidis. Venit autē & Nicodemus qui uenerat ad Iesum nocte ut supra dictū est ca. iii. ferens mixturam Myrre & Aloes q̄si libras centū. Iste Nicodemus ante passionē Xp̄i sicut Ioseph erat discipulus Xp̄i occultus: Sed post passionē ex feruore se manifestauit sicut & Ioseph Sciendum etiam ꝙ licet ex deuotione istam unctionem faceret uidetur tñ ꝙ plenam noticiā de resurrectione Xp̄i nō haberent: qa de eo erat scriptū psal. xv. Nō dabis sanctū tuū uidere corruptionē: propter qđ non indigebat unctione cōseruāte cōtra putrefactionē. Acceperunt ergo corpus Iesu & ligauerunt in linteis id ē pānis lineis inuoluerūt. propter ꝙ statutū est ꝙ corporalia sup que conficitur corpus Xp̄i non fiant de panno serico: sed tm̄ lineo: ut habet de cōsecra. dis. p̄ma. Ex consulto omnū. Erat autē in loco ubi crucifixus est ortus. i. prope locū crucifixionis. & in orto monumentū nouū: in quo nondū quis q̄ positus fuerat: Hoc factū est ꝑpter certitudinē dominice resurrectionis & si fuisset sepultus in monumento ubi fuissent iam alii sepulti posset resurrectio dominica a Iudeis aliis i̇putari. Ibi ergo ꝑpter parasceuen Iudeoꝝ qa iuxta erat posuerunt Iesum. Hoc est dictū qa feria sexta non licitū erat operari & corpora sepeliri. sed quia dies iam declinabat ad uesperam: ideo sepelierunt Iesum in loco propinquo: quia non poterant longe portare: propter sollemnitatem sabbati in proximo imminentem. .XX.

UNa autem sabbati. Post q̄ euāgelista descripsit Christi crucifixionem & mortē: Hic consequenter describit eius resurrectionem: & diuiditur in duo quia primo describitur huius manifestatio resurrectionis: facta mulieribus deuotis: Secundo eius manifestatio facta Apostolis Ibi. Cum ergo esset sero. Circa primum sciendum ꝙ mulieres gradatim peruenerunt ad cognoscendum hanc resurrectionem: & ideo p̄mo euangelista ostendit qualiter eum cognouerunt per sepulchri euacuationē: Secundo per angelicam uisionem ibi. Abierunt discipuli. Tertio per dominicam apparitionem

Ibi. Hec cum dixisset. Prima in tres. quia primo describitur Christi sepulchri uisio. Secúdo rei uise denúciatio ibi. Cucurrit ergo. Tertio rei núciate inquisitio ibi. Exiit ergo. In ꝑma ergo parte dicit́ sic. Vna autē sabbati. i. ꝑma die post sabbatú. Sic. n. apud iudeos noiant́ dies hebdomade qa sabbatú sic noiat́ absolute ppter reuerentiā illius diei & ab illo denominant́ alii dies ita ꝙ sequēs imediate dicit́ ꝑma sabbati. & alia secunda sabbati & sic consequēter: & ppter hoc Matthеus & Marcus uocāt dñicam resurrectionē primā diē sabbati. Iohānes autē unā sabbati. qa hoc nomen unú frequenter accipit́ pro ꝑmo: sicut patet Gñ. ii. Et factú est uespere & mane. dies unus id est primus. & cōsequenter dicit́ factum est uespere & mane dies secundus. & postea tertius & sic consequenter. Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum id est anteq̄ esset clara dies: dimisit tantum diem sabbati transire qa non erat licitum aliquid operari illa die. Sciendum etiam ꝙ cú ea fuerunt etiam alie due mulieres secundum ꝙ dicunt alii euangeliste. Sed Iohānes istam solam exprimit: quia erat aliis feruentior & principalior. Et uidit lapidem sublatum a monumento. Angelus enim domini eum remouerat nó ad hoc ꝙ Christus de sepulchro resurgeret: quia clauso sepulchro resurrexit sicut clauso utero uirginis natus est: Hoc tamen fuit aliter qa in resurrectione habuit corpus gloriosum: cui aliqd non resistit: Sed exitus de utero uirginis fuit miraculosus. remouit igit́ lapidē angelus solú ad manifestandú Christi resurrectionem iam completam. Cucurrit. Hic describitur rei uise denúciatio cum dicitur. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Petrum & ad alium discipulum quē diligebat Iesus scilicet Iohānem. isti enim pre ceteris Christum amabant & inuicem se tenebant sicut familiares. Alii autem sicut dispersi fugerant: propter qd̄ in pluribus locis isti duo Apostoli leguntur simul combinati ut dictum est superius decimooctauo capitulo insequendo Christú captú. & Act. iii. Simul ascēdendo in templú: & .viii. simul missi sunt in Samaritanos ut darent eis spiritú sanctú. Et dixit eis tulerút dñm meú de monumēto & nescio ubi posuerunt eum. timebant enī ne Iudei corpus Christi asportassent ut ei ignominiā facerent. Exiit. Hic ponit́ rei nunciate inquisitio cum dicit́. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus & uenerunt ad monumētum. ut uiderēt factú: modus aút ueniēdi oñdit́ cū dicit́. Currebāt duo simul. ex desyderio uidendi. Et ille alius discipulus p̄currit citius Petro uenit ꝑius ad monumētum. qa erat iunior & agilior. Et cum se inclinasset ad uidendum per hostiú illius edificii intra qd̄ corpus Christi erat sepultú qa sepulchrú factum erat ad modum cuiusdā domuncule lapidee intra quam erat sepulchrum Christi positum & ideo erat ibi quoddam hostiolum ꝑ qd̄ erat ingressus ad illú locum: sic enim fiebāt sepulchra Iudeoꝝ antiquitus: & maxime magnaꝝ ꝑsonaꝝ: ut eoꝝ filii possent ibi sepeliri: ppter hoc dicit́ frequēter. iii. Reg. xxiii. ca. de regibus Iuda. Sepultus ē in sepulchro Dauid etc. uidit linteamina posita id ē bene disposita & plicata ad ostēdendú ꝙ corpus non fuerat sublatú: quia simul fuissent linteamina asportata: & maxime qa erant fortiter adherentia corpori ppter unctionem: & ideo per hoc apparebat ꝙ uere resurrexerat. non tñ introiuit in monumentum propter Petri reuerentiam: quem expectauit. qa erat senior ipso & inter Apostolos principalior. Venit ergo Simon Petrus sequēs eú & introiuit in monumētú & uidit linteamina posita & sudariú qd̄ fuerat super caput eius: non cú linteaminibus positum scilicet confuse & distincte. sed separatim inuolutum id est bene plicatum in unum locum: hoc autē totú factú est ad ostendēdum resurrectionē factā. Sequitur & uidit & credidit. hoc exponitur dupliciter uno modo sic. uidit. s. ea que sunt dicta a Maria. & credidit. esse uerú. s. ꝙ corpus Xp̄i fuisset ablatú de monumento & non

cogitauerat de Xp̃i resurrectione. ideo subditur. Nondum enim sciebat scripturam: quia oportebat eum a mortuis resurgere. Alio mó exponitur sic. s. uidit linteamina & sudariú: sic disposita & plicata ut dictú est. Et credidit resurrectionẽ Xp̃i factam & subditur causa. q̃re ante nó credebat: cú dicatur. Nondú enĩ sciebat scripturam. & ideo nó ex sc̃ptura sed ex signis uisis credebãt resurrectionẽ Xp̃i iã factã. Abierũt ergo. Hic oñditur q̃liter Maria peruenit ad angelicã uisionem cú dicitur. Abierunt ergo iterú discipuli. s. Petrus & Iohãnes non audẽtes diu manere iuxta sepulchrum. propter metú Iudeoꝝ. ad semetipsos. i. ad locú ubi p̃us latitabãt & unde ad sepulchrú uenerãt. Maria aút stabat ex feruore & cóstãtia: & qa nó imminebat sibi tm̃ p̃iculú sicut hominibus: ad monum̃tum foris ploransꝫ licet. n. intrasset clausurã: in q̃ erat do/ muncula sepulchri excisa in rupe: tm̃ illã domunculã nó intrauit. Veruntm̃ quia illa horti clausura tota aliqñ sepulchrú nominat̃: Inde est q̃ aliqñ dicit̃ interesse monu/ mentum: ut habetur Mar. & Luc. Similiter aliquãdo foras stetisse. ut hic. dum ergo fleret. propter absentiã corporis Xp̃i. inclinauit se & p̃spexit in monumentú. quia scd̃m Greg. uis amoris intentionẽ multiplicat inq̃sitionis & ideo non sufficiebat semel respexisse: p̃terea licet uidisset abesse corpus Xp̃i uolebat tm̃ adhuc uidere si aliquod eius uestigiú posset p̃cipere. Et uidit duos angelos. ex feruore enim deuotionis illam uisionẽ meruerat. In albis sedentes. ad designandú dominice resurrectionis gaudium. Apparitiones enim angelice fiunt ad instructionẽ hominú: & solent apparere per illú modum: qui cópetit rei de q̃ solent instruere. candor autẽ uestis splendorem denúciat sollemnitatis: & ideo in albis uestibus apparuerũt ad denotandum gaudium dominice resurrectionis. Vnum ad caput & aliú ad pedes ubi positum fuerat corpus Iesu. tum propter reuerentiã loci huius consecrati ex tactu corporis dominici: tú ad sollemnius denunciandú resurrectionẽ Xp̃i quia sollemnius denunciatur per duos q̃ per unum. Dicút ei mulier quid ploras? q. d. non habes causam flendi sed magis gaudendi: ex re/ surrectione Christi. Dixit eis quia tulerunt dominú meum & nescio ubi posuerũt eú. exponatur sicut supra. Hec cum dixisset. Hic ostẽditur dominica apparitio facta Marie cú dicatur. hec cum dixisset conuersa est retrorsum & uidit Iesum stantẽ. Sed solet hic queri quare cóuertit se retrorsum: quia angelos sibi loquentes cognouit esse angelos bonos uel saltẽ estimauit ualẽtes uiros: & ideo uidet̃ q̃ magis deberet uertere faciem ad ipsos. Dicendum q̃ angeli sedebant supra Christi sepulchrum ut dictum est: & uidit illos assurgentes propter reuerentiam Xp̃isti apparentis extra sepulchrum: & ideo illa conuertit se retrorsum ad uidendum cui tantam reuerentiam faciebant. Et non sciebat quia Iesus ẽ. Ipsa enim nondum habebat fidẽ resurrectionis Xp̃isti ut patet ex dictis: & ideo talis apparuit eis in corpore qualis erat apud eã in mẽte. In potestate. n. hominis habẽtis corpus gloriosum ẽ: sic apparere q̃ cognoscatur uel nó cognoscat̃: qa illud corpus est oino subiectú anime & eodẽ modo facta est apparitio duobus discipulis euntibus in emaus: ut habetur Luc. ult. Dicit ei Iesus. mulier quid ploras? non petit q̃si ignorans sed ut ex eius responsione conuenientius eam instruat. Illa existimãs quia ortulanus esset. Sciebat enim quia milites de sepulchro fugerant. & ideo neminem credebat aduenisse nisi illum cui incumbebat illa cura orti seruandi: in quo erat monumentum. Dicit ei: Domine si tu sustulisti eú? nó dicit si tu sustulisti Iesum Xp̃istú crucifixú loquẽdo determinate: secundú eú in generali: quia modus est feruenter amantiú estimare quod omnes cogitent de eo: quod habent in corde. Dicito mihi ubi posuisti eum ut ego eum tollam. ex uirtute enim amoris credebat se posse portare tm̃ corpus: etiã mortuum: quia feruenter amãti nihil uidetur difficile.

Dicit ei Ieſus. Maria uocat eã proprio nomine ut eam magis intentã faciat. & talẽ ſe ei exhibet: ut cognoſcat. Conuerſa illa ſcilicet oculis mentis ſicut & oculis corporis dicit Raboni ſicut. n. cõſueuerãt eũ appellare ante paſſionẽ ꝙa doctores apud iudeos uocant magiſtri. Dicit ei Ieſus noli me tangere: Illa enim ex deuotione ſtati uolebat oſculari pedes Ieſu ſed prohibita eſt ſecũdum Auguſ. quia erat indigna propter fidei defectum: ideo ſubdit. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. id ẽ in corde tuo nõ credis me uenisse ad eq̃litatem patris. Aliter exponit ſecundũ Cris. & melius uidetur Ad cuius intellectũ ſciendũ ꝙ appuit Marie in conſimili corpore ſcd̃m apparẽtiã q̃lẽ habebat ante paſſionẽ: & nõ in illa claritate que ẽ ꝓprietas corporis glorioſi: & illa Maria credebat ipſũ reſurrexiſſe ad uitã communẽ cũ diſcipulis ducendã: ſicut ãte & ideo uolebat eũ familiariter tãgere: ſicut ꝑus. hãc aũt opinionẽ uolebat dominus ab ea remouere. d. noli me tãgere. q. d. nõ credas me inter uos habitaturũ ſicut ꝑus: & qd̃ ſubdit. nõdũ aſcẽdi ad patrẽ meũ. Eſt aũt aſſignatio cauſe q̃re apparebat in ſimili corpore ſicut & ante paſſionẽ: & nõ in claritate corporis glorioſi: quod fuit ad ꝓbandũ ueritatẽ dominice reſurrectiõis in q̃tũ ſic appuit diſcipulis per dies. xl. inſtruẽs eos de regno dei: ante ſuã aſcẽſionẽ. ꝓpter qd̃ ſequit. uade ad fratres meos. i. Aplõs huos uocat fratres ꝓpter ſimilitudinẽ nature hũane: & ſpecialitatẽ amicicie ad eos: & dic eis. Aſcẽdo ad patrẽ me ũ. i. aſcendã ad patrẽ meum per naturã & patrem ueſtrũ per adoptiõis gratiam: deũ meũ & deũ ueſtrũ mq̃tum ſum homo. ſicut. n loquebatur i ꝓpoſito ut patet ex hoc quod imediate uocat Aplõs fratres ꝓpter ſimilitudinẽ nature: & eodẽ modo loquit cũ dicit aſcẽdo ad patrẽ meũ: quia aſcẽdere nõ competit ei ſcd̃m diuinã naturã: que ẽ altiſſima. per hoc igit ꝙ Xp̃us ſuã aſcenſionẽ denunciat Apoſtolis per Mariã inſinuat ꝙ eis ante aſcenſiõem illã appebat ad eorũ inſtructionẽ ſicut expreſſius dicũt alii Euangeliſte. Venit ergo maria Magdalene anũcians diſcipulis: quia uidi dominũ meũ? & hec dixit mihi patet littera ex dictis. Cũ ſero Hic cõſequenter oſtẽdit maifeſtatio reſurrectiõis Ieſu Chriſti diſcipulis facta: & primo oĩbus coĩter. ſecũdo aliqbus ſpecialiter ca. ſequẽti ibi. Poſtea ꝑma in duo: ꝙa primo maifeſtat oĩbus excepto Thoma abſẽte: ſecũdo Thome cũ eis exiſtẽte. ibi. Et poſt dies octo. ꝑma i tres ꝙa primo deſcribit Chriſti apparitio. ſcd̃o apparitiõis denũciatio ibi. Thomas autẽ. tertio diſcipuli audiẽtis obſtinatio ibi. Ille aũt dixit. Prima adhuc in duo. ꝙa ꝑmo deſcribit apparitiõis actus. ſcd̃o eius effectus ibi. gauiſi ſũt In prima ergo parte dicit ſic. Cũ ſero eſſet. In die. n. Apoſtoli erant diſperſi ꝓpter metũ iudeorũ: ſed in ſero cõuenieb̃at ad locũ unũ: & ideo tali hora apparuit. die illa. ſ. ꝑma die reſurrectiõis. una ſabbatoꝝ. i. prima die poſt ſabbatũ ut predictũ ẽ. Et fores eſſent clauſe ꝓpter metũ iudeoꝝ. hoc etiã ex diuina ordiatiõe factũ ẽ. ut Ieſus ĩträs tanuis clauſis oſtẽderet ſe habere corpus glorioſũ. Venit Ieſus & ſtetit i medio & dixit eis pax uobis. & hoc cõtra duplicẽ eorum cõturbationẽ. erãt. n. cõturbati de morte ipſius Chriſti & de perſecutiõe iudeoꝝ eis imĩnẽte: poterat. n. eos per ſuã preſentiã cuſtodire & de ſua reſurrectiõe certificare unde ſubditur. Et cũ hoc dixiſſet oñdit eis manus & latus ut per cicatrices remanẽtes oñderet idẽptitatẽ numeralẽ corporis ꝑus paſſi. Iſta enĩ in corpore Chriſti remanſerũt nõ ad defectũ ſed magis ad gloriã ꝓpter uictoriã ex illis uulneribus cõſecutã. Gauiſi ſũt. hic cõſequẽter ponit huius appitiõis effectus q̃ ẽ duplex. ꝑmus ẽ diſcipulorum exultatio cõtra duplicẽ triſtitiã ipſoꝝ ãmotam. ſ. de morte Chriſti: & iudeorũ metu: & q̃tũ ad hoc dicit. Gauiſi ſũt ergo diſcipuli uiſo dño ſcd̃o eorũ inſtructio q̃tũ ad hoc qd̃ ſubditur dicit ergo eis iterũ pax uobis qa uolebat eos inſtruere de pace futura que erat perpetua. Sicut miſit me pater. ad ueritatẽ

fidei docēdā in iudea: & ego mitto uos. i. ad hanc ueritatē publicādā. per totū mūdū & qa executio huius officii nō pōt cōueniēter fieri sine gratia spūs sācti: ideo sequit. & cū hoc dixisset insufflauit: & dixit eis Accipite spiritū sanctum. per illā sufflationem oñdere uoluit spiritū sanctū a se ꝓcedere. sicut ꝓcedit a patre. quoꝝ remiseritis peccata remittūt eis. licet. n. solus deus pricipaliter peccata remittat tñ ministri Ecclesie per uirtutē clauiū ad hoc m̄ ꝓ ferialiter operāt. & quorū retinueritis. i. retinēda iudicaueritis. retenta erūt. hoc tñ itelligendū est q̄ iudiciū ecclesie diuino iudicio conformet Thomas hic ponit apparitiōis Xp̄i denūciatio absēte discipulo cū dicit. Thomas autē q dicit Dydimus. hoc erat cognomē eius & sonat idē q̄ genimus: qa forte erat de tribu Beniamī de cognatiōe beni genimi. uel scd̄m alios idē sonat q̄ dubius: ꝓpter dubium de resurrectiōe Christi qd̄ Thomas habuit. ideo sic cognominatus fuit. unus de. xii. nō qa tunc essent. xii. cum Iudas esset mortuus sed qa erat de duodecī electis a ꝓncipio a Christo: uel qa cōnumerat hic Mathias postea electus i loco Iude: qa Iohānes hoc Euāgeliū scripsit post eius electionē? ut patet ex p̄dictis in pricipio huius operis non erat cū eis qñ uenit Iesus. Ipse. n. inter alios Apostolos uidet eē magis timidus: ut supra dictū est. xi. ca. & ideo tardius ceteris uenit ad locum ubi cōgregabāt discipuli & ideo ꝓpter tarditatem suā priuatus ē illa uisione Christi. hoc autē factū ē diuina ordinatiōe scd̄m quod dicit Gregorius uel permissione ut ex sua absentia sequeretur dubitatio & ulterius in dubitatiōe obstinatio & per cōsequens diligens ueritatis inquisitio ad nostram confirmationem. dixerunt ergo ei alii discipuli qa boni rumores cito nunciant. Vidimus dominū. Sic ent̄ ante passionē eū appellauerant ut supra dictū ē xiii. ca. uos uocatis me magister & dñe etc. Ille aūt dixit eis nisi uidero i manibus eius fixurā clauorū. Ridiculose petit ista thomas qa magis ē uidere repationē totius corpis Itē sicut durus ad credendū qa uolebat certificari duplici sensu. s. uisu & tactu: Ideo sequit. & mittā digitū meū in locū clauorū & manū meā in latus eius: nō credā isti. n. sūt duo sēsus q minus possūt decipi: qa uisus inter alios plures differētias rerū demonstrat. ut habetur. ii. Metha. Tactus autem in hoīe ē certissimus: Alii aūt sensus bene iueniunt efficatiores in alis animalibus ut habet. ii. de aīa. Et post dies octo. hic ponit scd̄a appitio facta Apostolis in presētia Thome & diuidit in duo. qa ꝑmo describitur dicta appitio. scd̄o ponit quedā breuis epilogatio ibi Multa qdē In prima igit̄ ꝑte dicit sic. & post dies octo iterū erāt discipuli eius intus & Thomas cū eis. & sic facto interuallo Xp̄us appebat discipulis qa nō cōuersabat cōtinue cū eis: ut ostenderet se resurrexisse ad uitā imortalē: ab hoībus huius mūdi sepatā. uenit Iesus ianuis clausis & stetit in medio eorū. ut posset ab oībus uideri. & dixit eis pax uobis. exponat sicut prius. deinde dicit Thome infer digitū tuū huc. q. respondēt petitiōi eius supra posite. In hoc etiā suā deitatē declarat inq̄tū absens corporaliter eius uerba sciebat. Et uide manus meas. uidet q̄ deberet dicere & tāge manus meas. dicēdū q̄ uisus propter sue certitudinē accipit ꝑ omni sensu: imo etiā aliqñ ꝑ intellectu sicut dicit alicui uides tu hoc? i. intelligis? ut Exo. xx. Cūctus populus uidebat uoces? i. audiebat. Ita q̄ ibi uisus accipit ꝑ auditu: & eodē mō hic accipit pro tactu. uel aliter: qa sicut dictū est Thomas uolebat certificari duplici sēsu: s. uisu & aspectu: & tactu manuū: & per lateris tactū. ideo sequit. Et affer manū tuā & mitte in latus meū: & noli eē incredulus sed fidelis hoc dixit Iesus qa Thomas dixit discipulis nūciantibus Christi resurrectionem se aliter nō creditur ū eā. Respōdit Thomas nō solū corde credendo sed etiā ore cōfitendo: quia utrūq; requiritur ad salutē ut frequenter dictū est supra. Et dixit ei dominus meus & deus meus. in hoc manifeste cōfitetur deitatem in Christo contra

perfidiam Arrianā: supra. n. uocauerūt ipsū Iesū dominū sed nō uocauerūt ipsū deū expresse: licet dixissent aliq uerba per que eius deitas pōt intelligi: ut patuit ex supra dictis. Sed Thomas hic factus perfectior in cognitiōe post Xpi resurrectionē manifestatū confessus est ipsū deum esse. Dicit ei Iesus qa uidisti me Thoma & credisti. Cōtrariū uidet per hoc qđ dicit ad Heb. xi. cū fides ē substātia rerū spandaz argumentū: nō apparentū & sic patet fides saltē inq̄tū ad actū nō pōt eē de uisis. Vtrum aūt posset eē de eis q̄tū ad habitū nō ē p̄sentis speculatiōis. Dicendū q̄ Thomas aliud uidit & aliud credidit: qa hūanitatē uidit & deitatē que in presenti uideri nō potest credidit. Beati q nō uiderūt & crediderūt. in hoc cōmendat aliqz p̄mptitudinem ad credendū & in hoc stat cōsolatio nostra q nō uidimus & tñ credimus: per doctrinam Xpi & Apostolorū ipsū uidentiū ad nos deriuatā. Sed huic dicto uidet cōtrariū qđ dicit Luc. x. Beati oculi que uidēt que uos uidetis. dicēdū q̄ duplex ē beatitudo: una rei que cōsistit principaliter in aspectu: & fruitiōe deitatis: & ex consequēti in uisione hūanitatis Xpi ut supra dictū ē. x. ca. & de hac beatitudine itelligit uerbū Luc. Alia ē beatitudo spei que habet in presenti & ista cōsistit in merito future beatitudinis: & ideo beatior ē hoc mō & plus meret q credit & nō uidet q̄ uidēs predicto mō & sic intelligit uerbū Xpi. Beati q nō uiderūt etc. hoc aūt dictū licet sit uerū tñ q̄tū ad p̄mā partē nō ualet ad p̄positū: qa Apostoli qbus Xpus loquebat Luc. x. nō erāt beati in re p̄pter qđ dicendū q̄ illud Luc. x. intelligit de uisione Christi in pñtia corporali que fuit multū desiderata a sāctis patribus ueteris testamēti: sicut patet per litteram sequentē: Luc. x. Multa quidē. hic ponit Epylogus respectu predictoz & oñdit insufficientia huius scripture respectu itelligētie Xpi in opere & doctrina: que tāta ē q̄ nō posset litteris cōprehēdi: & hoc ē qđ dicit. Multa qdē & alia signa fecit Iesus in cōspectu discipulorū suorū: que nō sūt scripta in libro hoc. hoc signanter dixit ne forte aliqs crederet ea nō eē uera: que ab aliis Euāgelistis scripta sūt: & a Iohanne dimissa: ostendit in hoc Epylogo utilitas huius doctrine cū subdit hec aūt scripta sūt ut credatis fide formata caritate. quia Iesus ē filius dei. s. naturalis in potētia sibi eq̄lis qa natura diuina ē idiuisibilis sicut. n. dictū fuit a principio principalis intētio Iohānis ē in hoc Euāgelio declarare diuinitatē Xpi & eternā eius generationē a patre. & ut credentes uitā habeatis. s. eternā: in qua clare uidebitur qđ nūc credit. In noīe eius. i. per fidē nostī Christi. quia scd̄m qđ dicit Act. iiii. neq̄. n. aliud nomē ē sub celo datū hoībus in quo oporteat nos saluos fieri.

Ca. Vltimum.

POstea autē manifestauit. Hic ponit tertia Christi apptio in qua manifestata est sua resurrectio aliquibus discipulis specialiter: & si ordinē istarū triū apptionū cōsideremus In p̄ma ostēdit Christus suā deitatē spiritū sanctū. s. insufflando. In secūda uere hūane nature idemptitatē cicatrices ostēdēdo. In ista tertia ostendit hūane nature ueritatatē cū Apostolis comedēdo. In hac aūt apparitione describenda sic procedit Iohannes. quia primo ostēdit qd Christus exhibuit duobus principaliter seu specialiter predilectis. s. Petro & Iobāni ibi Cū ergo prādissent. Prima in tres. qa primo describit Christi apptio scd̄o Christi apparentis cognitio ibi. dixit ergo Iesus discipulis ille. tertio predictorū epylogatio ibi hoc iā tertio. In prima igitur parte dicit sic. Postea manifestauit se iterū Iesus. i. facto interuallo temporis qa nō manebat cōtinue cū discipulis cuius causa ē dicta c a. precedenti Ad mare Tyberiadis. ex quo patet q̄ illa apparitio fuit in Galylea ubi ē illud mare sicut supra dictum est ca. vi. Precedētes apparitiones fuerunt in Hierusalē ex quibus Apostoli iā confortati abierunt in Galyleam ubi p̄miserat se eis manifestaturum ut habetur Math ultimo.

Manifestauit aũt sic. i. per modũ qui sequit. Erat aũt Symon Petrus ista duo nomina simul cõiungit: qa Symon fuit nomen eius primum. Petrus autem erat nomen sibi a Xpo impositũ: ut supra declaratum est primo ca. Et Thomas q dicitur Didimus & Nathanael q erat a Chana Galylee & filii zebedei & alii ex discipulis eius duo. istos nõ exprimit nominatim. quia erant minores Quot aũt tot nomina ppria hic exprimit. hoc ẽ ad maiorẽ expressionẽ rei geste. dicit eis Symon Petrus uado piscari. erant. n. pauperes & ideo ad procreandũ necessaria uite licite poterãt redire ad exercendũ negotiũ qđ sine peccato poterat exerceri Matheus aũt nõ redit ad tractandũ negotiũ Thelonei quia uix aut nũq̃m sine peccato põt fieri. propter qđ & Paulus artẽ Scenofactoriã didicit ut cũ necessitas occurreret uel utilitas ecclesie de labore suo uiueret ut habet in Actibus Apostolorũ. xx. ca. Et exierunt & ascenderũt nauim alienã eis accõmodatam uel locatã: uel alio mõ licito acceptam quia a principio sue uocationis nauem & retia relinquerant. Et illa nocte nihil prendiderũt. hoc factum ẽ ut captio sequẽs manifeste miraculosa appareret. Mane autem facto stetit Iesus in littore. nõ apparuit supra aquã. sed in terra solida: ad ostendendũ q̃ amplius non erat cũ eis in fluctibus uite corruptibilis sed magis transierat ad statũ uite immortalis. Non tamen discipuli cognoueruut: qa Iesus esset. sicut enim supra dictũ est corpus gloriosum est corporaliter in potestate anime: & ideo scđm conceptũ anime põt uisum diuersimode immutare & p cõsequẽs nõ cognosci. Dixit ergo eis Iesus. pueri nunqd pulmentarum habetis? i. aliquid qđ potest decoqui & comedi. Responderunt ei nõ credebãt. n. eum esse aliquem mercatorem qui uellet pisces emere. Dicit eis mittite in dexteram nauigii rethe & inuenietis. predicit certitudinaliter effectum futurũ ut ad sequentia habeãt animũ magis attentum. Miserũt ergo & iam nõ ualebant illud trahere p̃ multitudine piscium. Ex quo patet q̃ pisces illi fuerunt ibi miraculose adducti: uel uirtute diuina de nouo formati quia tota nocte ibi quesierant & nihil inuenerant. Dixit ergo: hic cõsequenter ponit Christi apparentis cognitio. Circa quod sciendum q̃ puritas mentis: & corporis maxime disponit hominẽ ad cognitionem diuinorum: & ideo Iohannes qui ceteris purior erat: tãq̃ uirgo citius alius cognouit Christũ. Tũ ex cõsideratiõe miraculi facti: Tũ quia Christus primo ostendit ei speciem cognoscibilem: propter suam puritatem: & hoc ẽ quod dicitur. dixit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus id est Iohannes. Petro. erat. n. sibi familiaris: ut dictum ẽ ca precedenti: & ideo p̃mo apparuit ei conceptũ animi. Dominus est. Sic. n. uocabant Christum ante passionem ut supra dictum est. Symon Petrus cum audisset quia dominus est tunica succinxit se. ut cum maiori reuerentia accederet ad Christum. Erat enim nudus id est parum uestitus ut esset expeditior ad piscandum. Et misit se in mari. ut citius ueniret ad Christum. ex deuotione hoc dicit Beda q̃ tunc non uenit ad Christũ super aquam ambulando sicut fecerat prius sed magis peditando: uel natando. Sed rationabilius uidetur contrarium: non enim uidetur q̃ natando uenerit quia tunica succinxit se: ut ad Christũ ueniret quod non fecisset si natando uenire uellet: nec etiam peditando profundum aque qa distabant a terra quasi cubitis ducentis unde nõ uidetur q̃ tanto spacio aquarũ maris ita esset parua: q̃ homo ibi posset peditare: & maxime quia aqua illa erat tanta q̃ in ea nauis illa poterat currere: in qua erant septem homines ad minus: quia tot sunt hic annumerati. &. c. li. magni pisces & retia. & alia instrumenta: propter hoc magis uidetur q̃ Petrus memor domini quem feruenter diligebat: & piscine ambulationis: sup aquas: quando ad Christum uenerat. q̃ simile hic fecerit. Alii autem discipuli nauigio uenerunt. quia non erant ita feruidi sicut Petrus. Non enim longe erant a terra sed

quasi cubitis ducentis trabētes rethe' pisciū. In hoc assignat ratio quare cito uenerūt post Petrū. scdm expositionē Bede Assignat ratio quare Petrus misit se in mare: qa propter paruā distantiā sine naui poterat uenire. Alia tamē expositio probabilior ē ut patet ex predictis. Vt ergo ascenderunt super terram uiderunt prunas positas & pisces super positos illis prunis. Et panē. nō supra prunas positū sed ibi paratum pro refectiōe eorū. Ista enim diuina uirtute fuerunt de nouo formata ad maiorē discipulorū cōfirmationē in fide resurrectiōis Christi Dixit eis Iesus afferte de piscibus quos prendidistis. nūc familiariter eis loquit̄ tanq̄ discipulis ad confirmandū ueritatē sue resurrectiōis. Ascendit Symon Petrus & traxit rethe in terram plenū magnis piscibus centū quinquaginta tribus. numerū & magnitudinē exprimit ad declarationem miraculi ex tanta captiōe: & iterum ex rethis integritate cum subdit̄. Et cum tanti tēnt nō ē scissū rethe. dicit eis Iesus. Venite prādete. Inuitat eos dulciter ad comedēdū secum: quia cū eis tunc comedit ad declarationē sue resurrectiōis licet nō exp̄mat hic. Et nemo audebat discūbentiū interrogare tu quis es? nō propter formidinem: sed propter cognitiōis certitudinē: quā habebant de ipso. propter quod subdit̄. Scientes qa dominus ē. & ideo frustra de hoc fecissent questionē. Et uenit Iesus & accepit panē & dabat eis: & piscem similiter. i. eo mō diuidebat eis & distribuebat sicut āte passionē ad declarandā suā resurrectionē. Dicunt. n. aliqui doctores & satis ꝓbabiliter: ꝙ sic diuidebat cibaria sola manu: sicut alius cū cultello: & in hoc cognouerunt eum cū alius signis sicut & discipuli cognouerūt eū in fractiōe panis ut habet̄ Luc. ultimo. Hoc iam tertio. Hic ponitur huius apparitionis Epylogatio cum dicitur. hoc iam tertio manifestatus est Iesus. uidetur ꝙ deberet dici quarto: quia iam alias tres appitiones descripserat ut patet ex predictis. Dicendum ꝙ littera sequens hoc soluit cū subditur. discipulis suis cū resurrexisset a mortuis. & sic patet ꝙ tantū hic annumerat appitiōes factas ipsis Apostolis. primam autem apparitionem: quam descripsit fuit soli Marie Magdalene: & ideo annumeratur hic. potest etiam aliter dici: ꝙ li tertio refertur ad diem appitionis. Due autem prime. facte sunt una die. Alia facta est in die octauo. Ista aūt facta est postea. Si autem cōsiderētur iste tres apparitiones Apostolis facte prima declarat Christi diuinitatem spiritū scilicet dādo. Scda resurgētis idēptitatem mirabilem cicatrices ostendendo. Tertia hūane nature ueritatem in comedendo. Cū ergo prandissent. Hic cōsequēter describit Euāgelista qd Christus exhibuit duobus discipulis predilectis & primo quid exhibuit Petro. scdo quid Iohānī. ibi. Et cū hoc dixisset. prima in duo. quia primo cōmittitur Petro primo super ecclesiā uniuersalē regiminis officiū. Scdo ei predicit suū martyriū ibi. Amen amen dico tibi. Circa p̄mū sciendū ꝙ Christus committēdo Petro pastorale officiū ipsum ter examinat de dilectione: quia pastores ecclesie debent deum pre ceteris hominibus diligere: & ter etiam committit ei officium pascendi: quia pastor ecclesie debet subditos pascere triplici pabulo scilicet ueritatis uerbo uite exemplo temporali subsidio: & hoc est quod dicitur. Cum ergo prandissent refecti. beneficio omnibus cōsequēter exhibito. dixit Symoni Petro Iesus uolens ei beneficium speciale conferre. Symon Iohannis id est filius Iohannis diligis me plus his? quasi expresse dicat. ille qui eligitur ad officium prelatiōis debet deum diligere pre ceteris quia scdm quod dicit beatus Gregorius Tanto debet precedere actionē populi uita presulis q̄tum distat a grege uita pastoris. & ideo uidet ꝙ ille qui aliquem eligit ad tale officiū debet semper eligere meliorē: nō tñ intelligitur melior litteratior: uel astutior. Sed ille qui omnibus conditionibus pensatis: melior est ad tale officium ad honorē dei. uel ecclesie utilitatem: scdm iudicium eligentis. Aliter

autē eligens uel promouens non attēdit ad honorē dei & utilitatem Ecclesie: & sic nó uidetur iudiciú diuinú euadere. Quod autem scd'm decretalem extra declaratú nobis olim. xxi. ca. Cum dilecti Sufficit eligere hoc est scd'm iudicium humanum: per qd talis nó est puniendus: tamē secundum ueritatem aliqua mala permittuntur humano iudicio incorrecta: propter maiora mala uitanda que tamen sunt diuino iudicio corrigenda: secundú q̄ dicit Augustinus. i. libro de libero arbitrio. Dicit ei etiam domine tu scis? quia amo te. non dicit plus q̄m alii sed absolute respódet: quia expertus p̄prie fragilitatis in Christi negatione non fuit ausus ultra se offerre in Christi dilectione secundú quantitatem sue dilectiónis posuit in iudicio Christi. qui secreta cordiú intuet sic sequit. dicit ei iterum. Symon Iohannis diligis me? ait illi etiam domine tu scis quia amo te. pasce agnos meos dicit ei tertio Symó Iohānis amas me. Contristatus ē Petrus quia dixit ei tertio amas me. Non fuit indignatus propter uerba Christi replicantis totiens petitionē de dilectione quasi indignaretur Petrus de hoc q̄ non acquiescebat sibi Christus: primo uerbo: Sed fuit turbatus eo q̄ sciebat eum scire etiam oía futura propter quod timuit ex tali replicatione ne Christus uellet sibi predicere aliquē casú sibi futurum sicut supra. xiii. ca. Asserente Petro: animam meam pro te pono statim predixit ei suam negationem futuram: & ideo merito timuit Petrus propter qd̄ dixit ei. Domine tu omnia scis. tu scis quia amo te: quasi diceret tu scis omnia presentia: & futura: & ideo tu scis q̄ nunc te diligo. Sed quid sit mihi futurum nescio. sed tu scis. Dicit ei pasce oues meas. Antea bis dixerat pasce agnos meos quia in fidelibus tres sūt gradus scilicet incipientiú proficientium & perfectorum Illi qui sunt in duobus primis gradibus dicuntur agni: & illi qui in tertio sunt oues nominantur. Amē dico tibi. hic predicit Petro suú martyriú: quia prelati Ecclesie debent tantam caritatem habere ut parati sint se morti exponere pro grege: q̄ hic exprimit Christus loquens Petro parabolice. Amen amē dico tibi cú esses iunior cingebas te. i. ab aliqbus superfluis te restringebas: tamē hoc erat pro uoluntate tua: ab alio non compulsus: ideo subditur Et ābulabas ubi uolebas: cú aút senueris. i. imminente morte. extendes manus tuas. p̄ hoc designatur promptitudo Petri ad martyrium tolerandum. Extēdes manus tuas & alter te cinget. fuit enim positus in cruce cum cordis ligatus: & non clauis affixus: ut longior esset ipsius cruciatus: & hoc uocatur hic cinctura. & ducet te quo tu non uis. Est enim in homine duplex appetitus scilicet sensitiuus & intellectiuus: & uterq̄ aliquando nominatur uolútas large loquendo: qa solus appetitus intellectiuus p̄prie dicitur uolútas. licet aút appetitus intellectiuus in Petro esset promptus ad martyriú tamen appetitus sensitiuus fugiebat: quia mors est ultimum terribile: & eodem modo fuit in Christo sicut dictum est supra. vii. ca. Ideo dicit. Et ducet te quo tu non uis: scilicet scd'm sensitiuum appetitum. Hoc autē dixit. hec sunt uerba Euangeliste exponentis uerba Christi de martyrio Petri. Scripsit enim hoc Euangelium post Petri mortem. quod patet ex hoc q̄ Euāgelista scripsit post reditú suú de insula Pathmos post mortem Domiciani Imperatoris: ut supra dictum est in prologo huius Euāgelii Petrus autē passus est sub Nerone Imperatore. qa qui diu ante Domicianú impauit. significans qua morte clarificaturus esset deum. Martyrium ens Petri fuit ordinatú ad dei gloriam. Hec cú dixisset. Hic ostenditur quid Christus cótulit Iohanni. Et diuiditur in duo. quia primo ponitur commendatio discipuli: Secundo sui Euangelii ibi. hic est discipulus prima in duo. quia primo ponitur commendatiónis occasio. Scd̄o ipsa commendatio ibi. dixit ei Iesus. Circa primum sciendú q̄ occasio huius fuit uerbú Petri querentis de Iohāne quod exprimitur cum dicitur. Et cum hoc dixisset. s. Iesus

Petro imponens pastorale officium: & sue passionis exemplum. Dicit ei Sequere me. Sicut enim in ueteri testamento Prophete aliquando significabant aliqua uerbis & aliqua factis ut supra dictū ē primo ca. Similiter Christus Postq̄ uerbo imposuerat Petro pastorale officium: & p̄dixerat suū martyrium incepit ire: & tunc dixit Petro Sequere me. s. gerendo uices meas in duobus predictis: & sic per illam sequelam corporalem significabat idem q̄ Petro per uerba expresserat. Conuersus Petrus uidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem. quia ceperat ire post Christū sicut & Petrus Qui & recubuit in cena supra pectus eius. Per hoc etiam patet q̄ iste fuit Iohannes qui scripsit ista non ad sui iactantiam: Sed ad ostendendum Petri excellentiam. Cui Christus commendauit ecclesiam magis q̄m Iohanni: quanuis esset ita familiaris sibi. Hunc ergo cum uidisset Petrus dixit Iesu. domine hic autem quid? Diligebat enim Petrus ipsum speciali dilectione: ut supra dictum est capitulo precedenti. Et ideo uolebat eum habere socium in prelationis officio & martyrio. Dixit domine: hic autem quid? quasi diceret bonum esset q̄ iste adiungeretur mihi socius. Dixit ei Iesus. Posita occasione ex uerbis Petri Hic consequenter ponitur officium collatum Iohanni cum dicitur: Sic eum uolo manere. occasione huius uerbi dixerunt aliqui q̄ Iohannes non est mortuus: Sed cum Enoch & Helia translatus in paradisum. Alii autem dicunt q̄ in sepulchro suo iacet dormiens: ex hoc accipitur signum q̄ in sepulchro eius uidetur quedam scaturitio manne per modū ebulitionis surgere: & dicunt q̄ hoc causatur ex anhelitu eius. Veruntamen quia statutum hominibus semel mori: ut dicitur ad Hebreos nono. Ideo dicūt ipsum circa finem mundi p̄ Xp̄o passurum propter quod Sequitur. Donec ueniam scilicet in fine mundi: ad iudicandū Sed ista improbat Augustinus per hoc quod dicitur a Saluatore de Iohanne ponit tanq̄m priuilegium seu beneficium speciale Iohanni concessum. Secundū uero dicta eorum hoc non esset uerum immo magis esset Iohannis detrimentum: si tam diu a diuina fruitione retardaretur: alius Apostolis in gloria existentibus Propter quod dicendum q̄ Christus respondet ad uerba Petri petentis habere eum socū in prelatiōe & martyrio dicēs. Sic eū uolo manere. quasi diceret. Nolo eum mori per martyriū nec in hoc me sequi. nec etiam nolo eum me sequi: quantum ad prelationis officium: in regimine uniuersalis Ecclesie: Sed magis uolo eū occupare in quiete contēplatiōis. Donec ueniam. non ad iudicium in fine. Sed ad uocandum eum ad gloriam celestem de statu huius mundi: habetur enim in legenda sancti Iohannis q̄ Christus apparuit ei circa finem uite sue uocans eum ad gloriam. Quid ad te? quia ad Petrum non pertinebat scire: quid deus ordinabat de Iohanne in futurum: sicut dictum ē Apostolis Actuum primo. Non est uestrum nosce tempora uel momenta: que pater posuit in sua potestate etc. Sed tantum pertinebat ad ipsum uerbo Christi pmpte & humiliter obedire: ideo sequit. Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres scilicet Apostolos q̄ erant uniti fraternitate seu caritate. Quod discipulus ille non moritur. hunc ergo intellectum conceperunt ex uerbis Christi: sed statim excludit iste intellectus cum subditur. Et non dixit Iesus quia non moritur. quia secundū ueritatem mortuus fuit ut dictum est supra in prologo huius Euangelii. Sed sic eum uolo manere: hoc est non per martyrium me sequi tamen in eo fuit promptitudo animi ad tollerandum martyrium quando fuit proiectus in feruentis olei dolium. Ideo illud pro martyrio ab Ecclesia colitur: quia secundum quod dicit beatus Augustinus libro de nuptis: & concupiscentia non est impar meritum pacientie in Iohanne qui passus non ē: & in

Petro qui passionem sustinuit. Donec ueniam assumens animam eius a corpore absq; tamen angustia & dolore: ut supra dictum fuit in prologo huius Euāgeli. Hic est discipulus. Posita commendatione discipuli. Hic ponitur commendatio sui Euangelii. Et diuiditur in duo: quia primo ponitur Euangelii commendatio. Secundo tollitur errorum occasio ibi. Sunt & multa alia. In prima igitur parte: dicitur sic. Hic est discipulus ille. id est Iohannes de quo Saluator immediate ante locutus est. Qui testimonium perhibet de his scilicet que uidit: & audiuit: propter quod eius testimonium est efficax: quia in principio sue Epistole dicit. Quod audiuimus & uidimus oculis nostris & perspeximus & manus nostre contractauerunt: de uerbo uite & uita manifestata est: & uidimus: & testamur. Et scripsit & scimus quia uerum est testimonium eius. Hic modus enim erat antiquorū q; illi scriberent historiam qui uidissent: ppter hoc dicitur: historia ab historis quod est uidere: & ideo Iohannes qui audiuit uerba Christi: & facta eius uidit conuenientissime potuit scribere. Sunt autem. Hic tollitur errorū occasio: quia forte possit aliquis credere q; nihil aliud esset uerum de Christo nisi: quod scriptum est in hoc Euangelio: & alius de ipso: & hoc tollitur cum dicitur. Sunt autem & alia multa que fecit Iesus que scripta non sunt. cuius causa subditur: cum dicitur: que si scribantur per singula quantum ad facta particularia: & conditiones & circunstantias eorum: & uirtutem: Nec ipsum arbitror mūdum. id est homines huius mundi capere eos: qui scribendi sunt in libros. Facta enim & uerba Christi nō sunt hominis tantum sed dei: quia ista humanitas erat organū diuinitatis: & ideo non possunt ad plenum ab hominibus explicari: aut etiam comprehendi: quod patet ex hoc quod a principio Ecclesie ceperunt sancti: & doctores libros scribere ad explanationem uerborum & factorum Christi: & adhuc ad plenum non sunt elucidata: immo si mundus duraret per mille milia annorum: & semper scriberentur libri: non elucidarentur ad plenum: quia sicut dictum est facta sunt & dicta dei que sūt nobis incomprehensibilia: propter eorum excellentiam: respectu intellectus nostri: & ideo debemus subiugare: & captiuare in obsequium Christi intellectus nostros ut ei assentientes per fidem que est in enigmate: tandem ueniemus ad contemplandum facie ad faciem: prestante domino nostro Iesu Christo: qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.